Digitized by Google

THE
PENNSYLVANIA
STATE UNIVERSITY
LIBRARY

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS, ET AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS, DETECTIS AUCTA ; INDICIBUS ORDINARIIS VEL ETIAM ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA ; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA ; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;

DUCENTIS ET QUADRAGINTA INDICIBUS SUB OMNI RESPECTU, SCILICET, ALPHABETICO, CHRONOLOGICO, ANALYTICO, ANALOGICO, STATISTICO, SYNTHETICO, ETC., RES ET AUCTORES EXHIBENTIBUS, ITA UT NON SOLUM STUDIOSO, SED NEGOTIIS IMPLICATO, ET SI FORTE SINT, PIGRIS ETIAM ET IMPERITIS PATEANT OMNES SS. PATRES, LOCUPLETATA ; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS INDICIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT :

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, CORRECTIONIS PERFECTIO, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, VEL ETIAM INEDITORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM,

ET EX INNUMERIS OPERIBUS TRADITIONEM CATHOLICAM CONFLANTIBUS, OPUS UNICUM MIRABILITER EFFICIENTIUM.

SERIES GRÆCA POSTERIOR,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ AB ÆVO PHOTIANO USQUE AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA ;

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ cleri universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS ET FORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIAM NEMPE LATINAM, ALIAM GRÆCO-LATINAM. AMBÆ PARTES PENE JAM INTEGRE EXARATÆ SUNT. LATINA, DUCENTIS ET VIGINTI DUOBUS VOLUMINIBUS MOLE SUA STANS, DECEM ET CENTUM SUPRA MILLE FRANCIS VENIT : GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALI COMPLECTITUR, NOVEMQUE ET CENTUM VOLUMINA, PRO PRIMA SERIE GRÆCA, NON EXCEDIT. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA QUINQUE ET QUINQUAGINTA VOLUMINA RETINETUR. SECUNDA SERIES GRÆCO-LATINA SEXAGINTA VOLUMINA PROBABILITER NON SUPERABIT ; DUM HUJUS VERSIO MERE LATINA TRIGINTA VOLUMINIBUS ABSOLVETUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM, SIVE LATINAM, SIVE GRÆCAM COMPARET NECESSE ERIT ; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. ATTAMEN, SI QUIS EMAT INTEGRE ET SEORSIM COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO NOVEM VEL PRO SEX FRANCIS SOLUM OBTINEBIT. ISTÆ CONDITIONES FUTURIS PATROLOGIÆ SERIEBUS APPLICANTUR, SI TEMPUS EAS TYPIS MANDANDI NON NOBIS DEEST.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CXXIII.

THEOPHYLACTUS BULGARIÆ ARCHIEPISCOPUS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE, EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1864

Digitized by Google

THE PENNSYLVANIA STATE UNIVERSITY
Library

Digitized by Google

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XI. ANNUS 1070.

ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΒΟΥΛΓΑΡΙΑΣ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

THEOPHYLACTI

BULGARIÆ ARCHIEPISCOPI

OPERA QUÆ REPERIRI POTUERUNT OMNIA.

ACCEDIT

FR. J. F. MARIÆ BERN. DE RUBEIS

DISSERTATIO

DE IPSIUS THEOPHYLACTI ÆTATE, GESTIS, SCRIPTIS AC DOCTRINA;

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS PRIMUS.

VENEUNT QUATUOR VOLUMINA 44 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1864

458994

Digitized by Google

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XI. ANNUS 1070.

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CXXIII CONTINENTUR.

THEOPHYLACTUS BULGARIÆ ARCHIEPISCOPUS *.

Fr. J. F. Mariæ de Rubeis Dissertatio de Theophylacti ætate, gestis, scriptis ac doctrina. col. 9

THEOPHYLACTI OPERA.

Enarratio in Evangelium S. Matthæi. 143
— in Evangelium S. Marci. 487
— in Evangelium S. Lucæ. 683
— in Evangelium S. Joannis. 1127

Theophylacti Opera recudimus juxta editionem quæ annis 1754-1758, curantibus viris doctissimis, Venetiis prodiit apud Josephum Bertellam, in officina Hertziana. Quatuor voluminibus formæ maximæ constat; sed editionis curatores, cum de reperiendo Theophylacti in Psalmos commentario desperarent, Euthymii Zigabeni Commentarium substituerunt, alibi Græce nunquam editum, ut tomum quartum absolverent. Inde hoc nobis incommodi ortum est, quod volumina nostra voluminibus editionis Venetæ jam non responderent; nam, dempto Euthymio, ut vult ratio temporum, e tribus tomis Venetis cum dimidio quatuor nobis constituendi fuerunt; unde fit ut primus tomus Venetus continuetur in secundo nostro, secundus in tertio, tertius et quarti pars prior in quarto nostro et ultimo.

Parisiis. — Ex Typis J.-P. MIGNE.

Digitized by Google

FR. J. F. BERN. MARIÆ DE RUBEIS

ORDINIS PRÆDICATORUM

DE THEOPHYLACTI BULGARIÆ ARCHIEPISCOPI GESTIS,

SCRIPTIS AC DOCTRINA,

DEQUE VENETA OPERUM EJUS OMNIUM EDITIONE,

DISSERTATIO

I.

Scriptores qui Theophylactum sæculo nono floruisse asserunt. Anachronismi causa, sumpta ex episcopo, quem nomine Theophylacti vocatum putant, eodem sæculo ad Bulgaros eruciendos misso. Sed eo ipsum nomine appellatum fuisse non constat.

[I] 1. Præviam ad opera Theophylacti Bulgariæ archiepiscopi, quæ sive hactenus excusa, sive nondum edita, typis Venetis Græce et Latine in lucem prodeunt omnia, Dissertationem pro munere imposito, proque mea virili elucubraturo, diligentius de tempore agendum primo loco mihi est, quo vitam agebat ille, floruitque sacra eruditione ac dignitatibus. Variæ feruntur, longe lateque discrepantes inter se, bibliographorum scriptorumve sententiæ. Fuere apud Labbeum in Dissertatione historica, qui, Eutropii auctoritate temere advocata, Theophylactum circa annum Christi 760 collocarunt. Hanc indicasse opinionem, ipsam est solide refutasse.

Antonius Possevinus in *Apparatu sacro* tomo II : « Vixit, inquit, circa annum octingentesimum et sexagesimum, » quo Constantinopolitanum imperium tenebat Michael Porphyrogenitus, hujus nominis tertius. Ipsum recenset ad annum octingentesimum octogesimum tertium, imperante Basilio dicto *Macedone*, Marquardus Freherus in sua Chronologia, quæ præmissa prostat Juri Græco-Romano ex pluribus bibliothecis eruto, Latineque reddito a Joanne Leunclavio : et hoc etiam tempore floruisse Theophylactum, opinio fuit Philippi Mornæi in *Historia papatus* pag. 187. Numerat demum Sixtus Senensis libro IV *Bibliothecæ sanctæ*, « annum Domini nongentesimum sub Michaele, ut ait, et Theodora : » ubi chronicum sphalma apertissimum est, cum Michael tertius anno 832 cum Theodora matre regere imperium cœperit, rexeritque ad annum usque 867.

2. In hunc ducentorum et amplius annorum inciderunt anachronismum scriptores alii, immanissimi erroris causam simul indicantes. Annalium parens Baronius ad annum 870 num. LII, refert, Ignatium, urbis regiæ Constantinopoleos patriarcham, auxilio Basilii imperatoris, in Bulgariæ misisse provinciam, « tanquam ad Ecclesiæ Constantinopolitanæ diœcesim pertinentem, » creatum a se episcopum, una cum aliis clericis, « quem nominatum fuisse Theophylactum affirmant. » En vero datam acceptamque errandi occasionem : temere scilicet sumpto Theophylacto episcopo, si fuit quidem eo [II] nomine appellatus, ad recens conversos Bulgaros transmisso, pro archiepiscopo nostro Theophylacto, quo de agimus.

Error hic est Roberti Chreygtoni, qui apud Allatium in Exercitatione XV in ipsum heterodoxum hominem, nihil hæsitans ait pag. 251 : « Photius (Ignatius *habent alii*) ...Theophylactum Constantinopolitanum in omni litteratura florentissimum, et a perenni lectione sancti Chrysostomi, quem in succum et sanguinem converterat, facundissimum virum... eo direxit, » in Bulgariam. In eumdem antea impegerat errorem Petrus Pithœus in Historia controversiæ de processione Spiritus sancti : « Etsi de Theophylacti ætate, in-

Digitized by Google

quiens, nemo adhuc quod sciam, certi aliquid prodiderit, eum tamen sub Photio vixisse ut probabilius credam, auctor mihi est liber quidam Fratrum Prædicatorum contra Græcos, qui Theophylactum a Photio quondam patriarcha Bulgaris missum habet. » Patriarchatum prima vice ab anno 857 ad annum 867 tenuit Photius. Iterum sedem illam conscendit Ignatius, quam anno 877 reliquit vita mortali functus : eamque denuo occupavit Photius ad annum usque 886.

Memoratum a Pithœo librum Fratrum Prædicatorum contra Græcos typis Ederianis Petrus Stevartius vulgavit Ingolstadii anno 1616, in-4, sub hoc titulo : *Tractatus contra Græcorum errores editus Constantinopoli in ædibus FF. Prædicatorum anno Domini MCCLII.* Ita scilicet inscriptum reperit vir clarissimus in codice Bavarico, quo utebatur. Opus istud in Magnam Patrum Bibliothecam intulerunt Parisienses tomo IV, Colonienses tomo XV, et Lugdunenses tomo XXVII. Anonymus auctor est, de quo egregie disserentem consule Jacobum Echardum tomo I Scriptorum ordinis Prædicatorum ad annum 1252. Anonymi verba sunt in editione Lugdunensi pag. 603, col. 2. « Theophylacti archiepiscopi Bulgarorum, qui missus est a Photio tempore schismatis in Bulgariam, ut ipsos Bulgaros tunc temporis Ecclesiæ Romanæ devotos et obedientes, ad Græcorum ritus et obedientiam revocaret : quod et factum est. Iste itaque Theophylactus, cum omnia fere scripta beati Joannis Chrysostomi suo ingenio abbreviasset, » etc. Primus innotescit is auctor, qui missum ad Bulgaros episcopum appellaverit Theophylactum, ipsumque existimaverit eumdem cum Theophylacto archiepiscopo.

3. Sed episcopum, quem ad Bulgaros transmisere Græci, non ait Baronius Theophylacti nomine vocatum. Indicat solum, « nominatum fuisse Theophylactum, ab aliis affirmari : » nec enim solida ac vetusta præsto erant viro doctissimo nonumenta, quæ hanc ejus episcopi appellationem confirmarent. Latissime de Bulgarico isto negotio apud Anastasium Bibliothecarium agitur in Vita Adriani II, qui Romanam sedem ab anno 868 tenuit ad annum usque 872, neque Theophylacti nomine episcopus vocatur, Constantinopoli missus ad Bulgaros. Eodem prætermisso nomine, rem narrat Constantinus Porphyrogenitus, Leonis Sapientis filius, in Vita Basilii Macedonis, imperatoris et avi num. XCV. « Ea gens Bulgarorum, inquiens, crebris imperatoris (Basilii) hortamentis, splendidisque acceptionibus ac cultu, necnon magnificis largitionibus ac muneribus ἀρχιπίσκοπον καταδέξασθαι, archiepiscopum recipere suadetur : καὶ ἐπισκόποις καταπυκνωθῆναι τὴν χώραν ἀνέχεται, et episcopis impleri provinciam non abnuit. » Utroque in loco Theophylacti nomen siletur.

II.

Vitam non egisse Theophylactum archiepiscopum sæculo nono, demonstrat Baronius epistolarum ejus auctoritate. Ad sæculum undecimum refert ipsum sub imperatoribus Michaele Duca, Nicephoro Botoniata et Alexio Comneno. Aliquo temporis intervallo dissident bibliographi scriptoresque recentiores ; maximeque Dufresnius tempora solius Alexii Comneni imperantis designat.

4. Fuerit vero Theophylacti nomine episcopus ille appellatus : at omni procul dubio « Theophylactus archiepiscopus Bulgariæ (verba sunt Baronii loco citato ad annum 870) cujus exstant in sacrum Evangelium lucubrationes, et alia scriptorum monumenta, longe post hæc tempora claruit, tribus (duobus) nimirum ab hoc sæculis evolutis sub Comnenorum et Ducarum familiæ imperatoribus. » Sententiam confirmat ad annum 1071, num. XV, « Evidentissime enim, inquiens, ad convincendum errorem (superius memoratum) testimonia eliciuntur ex ejusdem Theophylacti scriptorum monumentis : Epistolis, inquam, ipsius, quæ numero quinquaginta novem Græce [III] scriptæ exstant in Vaticana bibliotheca, industria viri disertissimi Jacobi Sirmondi societatis Jesu professoris, in lucem ex abditis vindicatæ, atque Latinitate donatæ, sed nondum cusæ. Ex his, inquam, *ejus Epistolis* multiplici argumento monstratur, *non ante annos ducentos* [anno circiter 870], sed *hoc ipso tempore* (undecimo sæculo), ipsum Theophylactum claruisse; quod scilicet ejus Epistolæ, vel datæ habentur ad eos qui hoc ipso tempore vixisse noscuntur, vel in eis eorumdem vitæ mentio habetur. »

Hoc loco Theophylacti Epistolas a Baronio recensitas litteris integris, non numeris, legis quinquaginta novem : unde miratur Joan. Albertus Fabricius in *Bibliotheca Græca* vol. VI, pag. 285, ab eodem Baronio ad annum 1073, num. XC, epistolam numerari 61 in

Digitized by Google

marginis ora. Aut alterutro certe in loco mendum cubat : aut ex ipsis numeris, *unarii transpositione* vitiatis, profectus error est; numero scilicet 61 posito pro 16, aut LXI pro LIX. Prædictas Theophylacti Epistolas ex alio ms. codice bibliothecæ Mediceæ postea deprompsit Andreas Schottus : ab eoque acceptas primus Græce typis edidit Joannes Meursius Lugduni Batavorum anno 1617, in-4, quas Latine conversas a Vincentio Marinerio Valentino præstat Coloniensis Bibliotheca Patrum tomo XV et Lugdunensis tomo XVIII. Numerantur vero quinque supra septuaginta : in quibus attamen aliquæ desiderantur, quæ Vaticano ex codice afferuntur a Baronio.

Pro sua sententia argumentum variis ex epistolis Annalium parens instruit ad annum 1071. Hæc enim habentur verba in epistola quæ decima septima Vaticano in codice numeratur, *ad filium Sebastocratoris* data : « Oro igitur, et his litteris tanquam corpore supplex procumbo, ut miserearis felicissimæ quondam Ecclesiæ, quam Christianissimus ille Borises, Bulgarorum rex, unam et ipsam e septem catholicis ædificavit : tu renova. » — « Cum in ea, Baronius ait, mentio fiat Borisis Bulgarorum regis, qui vixit, ut Zonaras et alii ostendunt, post centum (a Photio et Ignatio) annos, nempe sub Nicephoro Phoca et Joanne Zimisce imperatoribus (vel ab anno 971 ad annum 973, ut Dufresnius adnotat), plane apparet, non tunc ipsum vixisse sub Basilio (Macedone), sed longe post illa tempora Theophylactum Bulgarorum præfuisse Ecclesiæ archiepiscopum. Sed et cum et ibi meminit de ecclesiis ab eodem rege antea ædificatis, et post multum spatium temporis unam ex illis dirutam proponit restituendam, plane demonstrat, longe postea ab eo tempore eumdem Theophylactum claruisse. « Sapiens nemo fuerit, qui Theophylactum non removeat ab ævo Photiano.

5. Vitam ipsum egisse statuit Baronius, sub Michaele VII Duca, et Nicephoro Botoniata, et Alexio Comneno. Imperium primus auspicatus est anno 1071, alter 1078, tertius 1081, ad annum usque 1118. Primam refert Theophylacti epistolam ad Mariam imperatricem, Michaelis Ducæ, ac postea Botoniatæ uxorem. Epistolam addit decimam tertiam, quæ data legitur *ad Joannem Ducam, sororium imperatoris* : in eaque hæc habentur verba, « Cæterum, o fortunatum Ducarum genus, recta omnia et honesta in te complectens, in hac mihi bonitate persiste. » Addit etiam epistolam octavam, ubi sic ait Theophylactus : « Vides quomodo tam facile colendissimi Comneni sigillum subversum est ab ipso Comneno. »

Itaque affirmare necesse est, ut Baronius ait ibidem num. XVIII, Theophylactum ipsum, Bulgariæ archiepiscopum, eam functionem administrasse hoc tempore, quo sive Ducæ, sive Comneni Constantinopoli imperabant. Viro doctissimo nemo non porrigat manus.

6. Hujusce tamen temporis veluti periodos, quibus et vixit et floruit Theophylactus, sibi visi sunt definire accuratius posse bibliographi scriptoresve posteriores. Philippus Labbeus in sua ad Bellarminum Dissertatione historica : « Circiter annum 1071 vivebat (inquit), tempore summi pontificis Alexandri II et Romani Diogenis (ab anno 1068 imperantis) temporibus, ut ejus ex Epistolis constat. Pervenit quoque ad pontificatum Gregorii VII et imperium Nicephori Botoniatæ... Quo autem obierit anno, prorsus ignoro. » Eadem transcripsere verba Dupinius, et Casimirus Oudinus, et Georgius Matthias Konigius in *Bibliotheca vetere et nova*, « Theophylactum floruisse aientes, sub imperatoribus Romano Diogene, Michaele Duca et Nicephoro Botoniata. » Quæ utique verba vitam ejus concludere videntur intra ejusdem Botoniatæ regnantis tempora.

Imo potius sub Alexio Comneno suam egisse vitam, infulas gestasse Bulgaricas, ac [IV] litteris floruisse Theophylactum, adnotat Carolus Dufresnius Du Cange in notis ad Annæ Comnenæ librum VIII *Alexiados* : « Floruit Theophylactus, inquiens, Alexio Comneno imperante, non vero sub Romano Diogene, aut Michaele Duca, ut vult Baronius : quod ex ipsius Epistolis a Meursio editis satis constat. Quarum quædam ad Adrianum Alexii fratrem, Nicephorum Melissenum Cæsarem, Gregorium Taronitam, Nicephorum Briennium, Alexii consocerum, et alios ex Alexiana et Comnena familia principes scriptæ sunt. Una etiam ad Nicolaum patriarcham : » hujus nominis *Tertium*, qui sedem Constantinopolitanam conscendit, Anna Comnena teste libro X *Alexiados*, ἐπινεμήσεως ἑβδόμης ἔτους ,ςϛπϐ' *indictione septima, anno sex millesimo quingentesimo nonagesimo secundo*, æræ scilicet vulgaris 1084.

Digitized by Google

III.

Cum Baronio sentit Antonius Pagius, Theophylactum etiam sub Michaele Duca et Nicephoro Botoniata vixisse. Ejus argumentatio expenditur, quæ sumitur ex libro Regiæ Institutionis. *Hæc eadem tempora indicat epistola ad Joannem Italum philosophum : cujus varia fata narrat Anna Comnena. Chronographiam confirmant aliæ epistolæ.*

7. Hanc scriptorum discordiam, tametsi levem, conciliare aut omnino tollere splendidis vetustis monumentis non licet, quæ lucem afferant ad ejusdem Theophylacti chronographiam accuratissime digerendam. Pro virili agendum mihi est, ut ejus vitam agentis ac florentis tempora, quoad fieri diligentius poterit, proximius attingam, luce potissimum prælucente Epistolarum, sive quas Baronius edidit, sive quas typis vulgavit Meursius. Illud autem in lucro fuerit, quod easdem nos Epistolas decerpentes, tum ipsius Theophylacti gesta plura scitu digna enarrabimus, tum etiam adducemus non pauca, quæ res ejus ævi Constantinopolitanas illustrant.

« His ergo ex Epistolis (verba sunt Antonii Pagii ad annum 1071, num. XIII) Ducangius perperam deducit Theophylactum non sub Michaele Duca, sed sub Alexio Comneno floruisse : cum ex libro *De institutione regia* constet Theophylactum etiam sub Michaele Duca vixisse. » Quænam argumentationi ex *Institutione regia* a Pagio depromptæ vis insit, accuratiori opera disquirendum est.

8. Liber nuncupatus est Πρὸς Πορφυρογέννητον Κωνσταντῖνον, *ad Constantinum Porphyrogenitum*. Is Michaelis Ducæ et Mariæ, ex Alaniæ seu Iberiæ regibus satæ, filius erat, anno circiter 1074 natus. Desponsatam eidem Helenam Roberti Guiscardi filiam, narrant scriptores : et annum 1077 definit Lupus Protospatha. Hæc abrupit connubialia pacta Nicephorus Botoniata, qui anno 1078 usurpavit imperium, Michaele deturbato, remissaque ad patrem Helena, quæ Constantinopolim, ubi adolesceret et excoleretur in aula, adducta fuerat. In monasterio Studensi reclusi agebant Michael et uxor Maria, et Constantinus filius : cum idem Michael, detonsis capillis, Ephesi metropolita renuntiatur ; ac Mariam, caleatis Ecclesiæ legibus, uxorem Botoniata sibi copulavit ; ejusque filium Constantinum reduxit in palatium. Imperium occupante Alexio Comneno anno 1081 dictus est Constantinus « particeps imperii, » ut ait Anna Comnena libro III *Alexiados*, « atque adeo rubris cothurnis et corona Augustali utebatur, et nomen ejus cum Alexii nomine proclamabatur. » At vero « Maria excessit palatio, migravitque in ædes a Constantino Monomacho imperatore constructas prope templum magni martyris Georgii, quæ lingua vulgari *Mangana* dici solent : » ubi reliquum vitæ inter sanctimoniales exegit, vitaque mortali functa est.

Hæc Mariæ fata describit *Regia* in *Institutione* Theophylactus ; unde colligitur primo, opus istud nonnisi sub Alexio Comneno imperante vulgatum a Theophylacto fuisse : ac deinde Antonii Pagii argumentationem infirmari, eadem ex *Regia Institutione* conjectantis, floruisse Theophylactum sub Michaele Duca. Verba sunt capite 7 partis primæ : « Quid ipsi (*Mariæ*) gloria regni, quæ cum *omnia*, ut ait Apostolus [1], *arbitraretur stercora*, Christum solum lucrifacere elegit ; a quo et erepta de morte carnis, τὴν ἐν αὐτῷ κρυπτομένην ζωήν, *absconditam in ipso vitam* amavit : et sic summum regiæ quidem dignitatis fastigium reputavit barathrum, humilitatis autem quæ secundum Christum est, celsitudinem vere cœlestem. Adeo ut magis una ex parte mirabilis videatur tanta mutatio, et ex alia magis perfectæ [V] ipsius mutationis summus gradus. *Ad solitariam se transferre vitam*, ἐπὶ τὸν μονήρη βίον μετενεχθῆναι puellis multis contigit : sed magis muliebriter, sed mollius. Verum adeo ferventer pauperem evasisse spiritu, solius felicis Mariæ studium fuit et exercitatio. » Alexii Comneni tempora sine dubio definit hic Mariæ e palatio recessus, hic ejusdem accessus ad monasterium.

Ad idem pertinent Comneni imperium, quæ sequuntur. Corporeas Constantini dotes eximias celebrat Theophylactus capite 4, ipsumque repræsentat « insilientem in equum, » et « crebris exercentem sese cursibus, » et « in venationibus antevolantem comites. » Hæc eadem in puero jam *septenni*, adeoque vitam agente circa annum 1082, laudat Anna Comnena sub initium libri III *Alexiados* : « Erat ea justissima matris cura, inquiens, pro puero festivitatis et elegantiæ admirabilis, adhuc septenni... Cujus suavitas sive loquentis, sive ludorum genere vario quos ferebat ætas, corpus scitissime moventis, judicio spectantium, comparatione omni superior erat. »

[1] Philipp. III, 8.

Digitized by Google.

Regiam ergo suam *Institutionem* Constantino obtulerit Theophylactus, Alexio imperante : quod inficias iverit nemo. At inde ut Pagius argumentum promeret, quo Theophylactum jam antea et sub Michaele Duca floruisse suaderet, hæc illi fortasse indicia fuerunt. Sibi namque « notissima » fuisse ait Bulgarus capite 6, « ornamenta omnis generis, in eorum vita rebusque gestis elucentia, quorum e sanguine satus erat » Constantinus : avi scilicet Constantini Ducæ, qui ab anno 1059 tenuit imperium ad annum usque 1067, et Michaelis Ducæ patris. Hunc vero ejusque gesta in imperio ita commendat Theophylactus, ut se cum eo satis indicet versatum esse : « Divinissimo patri tuo, inquiens, quæ virtutis species animum non devinxerat? Aut cuinam is alteri vel in humanitatis studio primas, vel in sacræ doctrinæ accurata exquisitione concessit? Cui totum imperium nihil fuit aliud, nisi libri et dissertationes doctorum hominum ; et aut proferre ipsum ex sese, aut ab alio audire quiddam ex antiquitate scitu dignum. » Celebrat etiam cumulatissime laudes Mariæ, sive degentis in monasterio, sive prius imperatricis, et Augustæ in throno, suumque filium Constantinum tam laudabili cura instituentis, ut « plures nato magistros imposuerit, quorum alii os fingerent, linguamque formarent ejus ; alii subigerent disciplinarum præceptis animum, historiæ alii notitiam traderent, » ut legimus capite 13. Hos inter numerat se Theophylactus : « *Regiæ Institutionis* munusculum, inquiens, affero tibi irrequisitus et voluntarius magister tuus ; » πτεροῦμαι γὰρ τῷ ὀνόματι... Βασιλέως καθηγητὴς προσκαλούμενος, « exsulto namque et glorior eo nomine, quod imperatoris præceptor appeller. » Filii ergo Constantini præceptor a Michaele et Maria parentibus Theophylactus delectus designatusque videtur.

9. Hæc eadem tempora indicat ejus epistola quæ inter Meursianas numeratur 45, data τῷ φιλοσόφῳ κυρίῳ Ἰωάννῃ, *domino Joanni philosopho*. Is est Joannes Italus, qui ab Anna Comnena libro v *Alexiados* κατ' ἐξοχὴν vocatur *Italus*, utpote ex Italia oriundus. De ipso agunt Conradus Gesnerus in *Bibliotheca universali*, Casimirus Oudinus *De scriptoribus ecclesiasticis*, Antonius Pagius ad annum 1083, ut cæteros prætermittam. Michaelis Pselli discipulus primum fuit, deinde æmulus, philosophica eruditione clarissimus. Theophylacti ad ipsum verba sunt : « Nos jam multo abhinc tempore, neque vidisti, neque in rebus necessariis favisti. » Tum ejus philosophiam, « cujus ultimum jam scanderat fastigium, » impense laudat. « Nobis autem, ait, puram illam, et utrinque constantem invictorum imperatorum, παραμίλλων βασιλέων, benevolentiam assidue exhibe. »

Varias Itali vices ac fata paucis memoro, ut epistolæ ad ipsum datæ tempus innotescat. Ex Anna Comnena loco citato addiscimus, jurgia movisse ipsum contra Psellum, ex his admirationem sibi et plausum comparasse non solum plebis, verum etiam magnatum : favore potitum esse Michaelis Ducæ imperatoris, missum etiam ab eo anno circiter 1073 ad urbem Epidamnum, sive Dyrrachium, ut contra bellicos Normannorum in Italia motus invigilaret : sed veluti de proditione incusatum, fugisse Romam : citius attamen revocatum Constantinopolim, ibique « principatum professionis philosophicæ » obtinuisse : hanc illum egisse denique scenam, donec Alexio, qui anno 1081 capessivit imperium, de impia doctrina suspectus, ad Ecclesiæ tribunal delatus est, percussus anathemate, ac si « metempsychosim » docuisset, « venerabiles contemneret sanctorum imagines, » aliosque vulgasset errores.

Jam colligo superiorem Theophylacti epistolam datam non esse Alexiano tempore; [VI] datam vero dici debere, cum Italus adhuc esset imperatoribus acceptus, et imperatorum benevolentiam impetrare Theophylacto posset. Quos ego imperatores intellexerim Michaelem Ducam, et Mariam conjugem. Fuerit vero ipsa Maria imperatrix, et Nicephorus Botoniata imperator : sane cum hæc Theophylactus scriberet, se « jam multo abhinc tempore » non visum ab Italo aiebat ; ut hinc sumere indicium liceat imperii, quod Michael tunc administraret ad annum usque 1078, quo Botoniata successit.

10. Chronographiam confirmat ejusdem prima epistola *ad Mariam imperatricem*, cujus excerpta Baronius exhibet ad annum 1071, num. XVI. Verba sunt : « Descendo igitur ad Bulgaros, re Constantinopolitanus, hospitio Bulgarus, cariem situmque redolens, ut illi pellium pedorem. » Redibat scilicet ad suam Ecclesiam in Bulgariam, unde venerat Constantinopolim. Pergit vero : « Hæc itaque seuili ore sancto imperio tuo jocati sumus. »

Titulum imperatricis tenuit Maria sub Michaele Duca, primo ejus viro, tenuitque post

Digitized by Google

annum 1078, sub Nicephoro Botoniata, qui sibi eam copulavit uxorem : unde sub hæc tempora datam hanc a Theophylacto epistolam, constat. In ea jam senem vocat sese, id est ætatis jam provectæ : et hæc ejus *senilis*, aut ætas provecta ipsum sine dubio exhibet sub Botoniata et Michaele Duca litteris ac dignitate florentem. Alias Baronius affert ejusdem epistolas ad annum 1073, a num. LXXXIII, quibus indicari putat gentis Crabatorum irruptiones, quæ, testibus Nicephoro Briennio, et Curopalata, et Zonara, « tertio anno imperii (Michaelis) Bulgariam occupare aggressa est, ac quædam loca cepit. » Satius fuerit, virum doctissimum de his consulere.

IV.

Florebat sine dubio sub Alexio Comneno imperatore. Ejusdem Theophylacti epistola ad Nicephorum Melissenum Cæsarem, ubi de imperatoris, aut Constantini, aut Michaelis morte. Item ad Gregorium Camaterum.

11. Sed Alexii Comneni imperium, anno 1081 inceptum, attigisse Theophylactum, jam evincit ejus *Regia Institutio*, sub eodem Augusto ad Constantinum Porphyrogenitum nuncupata, ut adnotavimus num. 8. Rem facit indubiam epistola inter Meursianas tertia, data *domino Nicolao patriarchæ*, qui sedem Constantinopolitanam anno 1084 conscendit, tenuitque ad annum undecimum sæculi duodecimi. Recole dicta num. 6.

12. Epistola 12 *ad Cæsarem* data est, Nicephorum nempe Melissenum : « qui ab exercitu imperator proclamatus (verbis utor Dufresniiin Stemmate Comnenorum num. IV) potestate uxoris Eudociæ fratri, Alexio Comneno, ultro cessit, Cæsaris titulo contentus. » Cæsarea dignitate donatus est VIII Aprilis, feria V hebdomadis Paschalis anno 1082, excessitque e vita die XVII Novembris, indictione XIII, anno Christi 1104. Ea itaque epistola post annum 1082 a Theophylacto scripta.

Hæc in eadem habentur verba : « Affinis tui imperatoris mortem, cujus sanctitatis virtutes omnes et gratias ego ipse potissime sum expertus, unde planctu dignus et perpetuo luctu mihi ille videtur, si alicui alteri etiam : illam, inquam, in expeditam animi promptitudinem accipies. » Quonam de imperatore vita functo sermo fiat, non ita perspicuum. Num fuerit Constantinus Porphyrogenitus, Michaelis et Mariæ filius, qui ab Alexio Comneno particeps imperii dictus est, Anna Comnena teste libro III *Alexiados*, « corona Augustali utebatur, et nomen ejus cum Alexii nomine proclamabatur? » Eadem Anna libro VI suos enarrat natales anno circiter 1083, sibique futurum sponsum addit designatum fuisse Constantinum, et ambos publicis in acclamationibus conjunctos : « Quod satis longo tempore, ait, ita esse factum, a parentibus cæterisque sæpius audivi. » Emortualis ejus annus non innotescit : at ipsum vita functum post annum 1084 indicant Annæ verba : neque solida eorum narratio est, qui mortuum asserunt anno 1081, in Dyrrachino prælio, quod a Roberto Guiscardo commissum fuit. Itaque datæ a Theophylacto epistolæ tempus jam sublucet

Fuerit defunctus imperator ille Michael Ducas, pater Constantini, a Botoniata deturbatus, Ephesi metropolita detonsis capillis electus, in monasterium postea secedens, [VII] suis manibus laborans, semperque honorifice habitus ab Alexio. Hujusce imperantis tempore, vita mortali migravit : unde adhuc efficitur, eam Theophylacti epistolam ad Alexiani imperii procedentis tempora pertinere.

13. *Domino Gregorio Camatero* scripta legitur epistola sexta. Hæc habentur : « Non enim archiepiscopus (ipse nempe Theophylactus) viro illi (Camatero) ignovit, circum quem varia imperatoris negotiorum examina alto susurro semper immurmurant : καὶ τὰ παρ' ἑτέρων γράμματα παρενόχλημα οὐχ ἧττον, ἢ τὸ αὐτὸ γράφειν ἑτέροις, et cui aliorum litteræ non minorem molestiam afferunt, quam ad alios scribendi munus. » Injunctum Camatero secretarii munus intelligitur.

Hac de re agit Anna Comnena libro IX *Alexiados*, antequam sacrarum contra Saracenos expeditionum historiam aggrediatur, quæ anno 1096 inceperunt : « Scribaque advocatur cum tabulis, inquiens, Gregorius Camaterus, in id officii nuper ascitus apud imperatorem. » Hoc igitur tempore et vitam agebat et scribebat Theophylactus. Ad logothetæ dignitatem illum postea imperator evexit ; ipsique *Gregorio Camatero logothetæ* inscripta legitur epistola 71.

Digitized by Google

Attigit etiam sæculum duodecimum, ac septimum ejusdem sæculi annum, quo Boemundus Normannus in Bulgariam irrupit, Dufresnio adnotante. Viri clarissimi sententia confirmatur. Ejusdem Boemundi captivitatis mentio in epistola ad Gregorium Taronitam. Eamdem chronographiam aliæ confirmant epistolæ.

14. Dignissima animadversione occurrit epistola 65, *magistro domino Joanni Pantechnæ*. Theophylacti verba sunt : « Cuncta autem, in quibus Achris versatur, plena horrent metu, et Mocri regio. Est enim Mocrus portio Achridis, quæ παρὰ τοῦ δούλου καὶ ἀποστάτου, a servo et apostata variis in prædam incursibus vexatur. Et Bagora mons est, et ipse immensus, et inter Bulgaricos et Dyrrachinos montes interjectus assurgit, qui παρὰ τοῦ ἀντάρτου, a tyranno custoditur... Pansebastus, et militiæ princeps dominus Michael ab imperatore missus est, sub quo selecta virorum corpora cogere, et in hunc scelera-tum, τῷ καθάρματι, se prælio opponere statuit... Hic autem imperium ambit... neque hic imperatori obsequi illiusque esse servus dignus videbitur jugo. » Michael memoratus ex genere Ducarum est, in eorum Stemmatis parte altera num. VIII a Dufresnio recensitus : qui « in omnes fere, quas Alexius iniit, militares expeditiones secutus, in iis fortiter se gessit. »

In Notis ad *Alexiados* librum XII hunc Theophylacti locum expendens laudatus auctor : « Boemundus describitur, inquit, qui Alexio fidem et clientelam cum sacramento profes-sus erat : eoque posthabito, in imperatoris fines, *apostata et fœdifragus* factus, irruperat. » Hanc Boemundi irruptionem in Illyricum et in Bulgariam narrant Latini scriptores, eam-que cum anno 1107 illigant. Fulcherium Carnotensem refero in *Expeditione Hierosolymi-tana*, quæ inter *Gesta Dei per Francos* exstat, « A Brundusio, inquientem, navigavit in Bulgariam (anno 1107) et Avalonis portum applicuit : Avalonem cito cepit, et obsedit Du-racium. » Annam Comnenam consule in *Alexiados* libro XII.

15. Hæc si vera sit Dufresnii interpretatio, vitam egisse Theophylactum evincit sæculo incepto duodecimo : quod alios omnes latuisse videtur scriptores. Veram ejus interpreta-tionem existimo, eamque pluribus confirmo. Servus dicitur Boemundus, quod anno 1097 cum ad bellum sacrum accepta cruce profectus est, « Godefridi consilio, fecit homagium Alexio imperatori, et fidelitatis exhibuit juramentum, » ut ait Bernardus Thesaurarius *De acquisitione Terræ sanctæ* capite 17. Eadem habent ejus historiæ scriptores, et Anna Comnena libro X. In alio consimili, quod anno 1108 emisit Boemundus, juramento apud Comnenam in fine libri XIII profitetur sese « lizium hominem sceptri tui fore : hoc est, ut loquar clarius, servum ac subditum. »

Hinc vero apostata dictus, seu juramenti violator, cum fines imperii anno 1107 invasit. Ipsum etiam de ambitu Constantinopolitani imperii suspectum sæpe laudata Comnena incusat libro X citato. Ita videlicet sui patris vindicias agebat ipsa, cujus dolos, et fraudes, ac impedimenta sacris contra Saracenos expeditionibus apposita Latini referunt scriptores.

16. [VIII] Jam antea acciderat, Boemundum, renuntiatum Antiochiæ principem, « cum flumen Euphratis transiens, intrasset Mesopotamiam (ut ait Thesaurarius capite 102), et appropinquaret Meletinam, insidiis cujusdam admirati Turcorum Danismani, captum esse et in vinculis conjectum. » Hæc anno circiter 1100 contigerunt, Romualdo Salernitano teste. Inter epistolas Meursianas exstat vicesima sexta Theophylacti, *Gregorio præsidi Ta-ronitæ*. Eadem prostat apud Baronium ad annum 1073, num. XC, inscripta *Sebasto Pagu-riano domino Nicolao*, sed mutila in fine : unde eamdem viris duobus dederit epistolam Theophylactus. Cave, ne viros illustres plures confundas, qui *Taronitæ* et *Pacuriani* hoc ævo cognominabantur. Primo loco militares utriusque expeditiones prædicat in Colchi-dem et Pontum contra Turcas. Tum vero de Francis sic ait : « At vero Φράγγος, ὁ τὸν τράχη-λον τέως σιδήρεος, Francus cervice ferreus, nunc tepida cera mollior exsistit, et multo te pectore adorat, et per te potentissimum nostrum imperatorem summopere veretur et colit. Quid non est futurum, cum illum tibi supplici veneratione videas ad tua genua obvolu-tum... *Taronitarum* voluntati et statutis coactum obsequi, atque ab his tyrannica op-pressum vi, ut saltem suam ipsius libertatem, imperatorum gratia demereatur... Tuis

Digitized by Google

potentibus manibus Turcus constrictus... pasciscitur, ut Francum nostro imperatori potentissimo esset traditurus. »

Captum a Turcis Boemundum hæc satis indicant. Narrat autem Theophylactus, de libertate ejus obtinenda actum esse, « imperatorum gratia : » jam enim ab anno 1091 consors imperii declaratus fuerat Joannes Comnenus cum Alexio patre. Videtur etiam indicare, ob varias de Turcis relatas victorias, facile Turcas ipsos in id consensuros, ut Alexio imperatori traderent Boemundum, quem captivum tenebant. Refert Reinerus Reineccius in *Historia orientali*, libro IX, capite 38, « Alexium imperatorem, cui semper Boemundus suspectus erat, ne eum e regno expelleret, pecuniam CCLX millium Byzantinorum, creberrimis legationibus epistolarum, obtulisse Donimano (qui Boemundum captivum fecerat tenebatque) quatenus ipsum Boemundum suæ manciparet ditioni, volens eum aut æterno exsilio, aut perpetua damnatione punire. » Res vero contigit aliter. Ad hæc utique alludere videtur Theophylactus, qui tamen ea plus nimio amplificat, proque genio votisque composita narrat. Datam ergo hanc ejus epistolam anno circiter 1100 jam vides.

Cercyræ seu *Corcyræ episcopo* scripta est epistola 22, ubi hæc habentur : « Nos autem ἐξέθλιψε Σεναχηρεὶμ Ἀσσύριος, Sennacherib Assyrius elisit; ὃν ἡ μέση τῶν ποταμῶν ἡμῖν ἀμελλικτον ἐπαπέστειλεν, quem Mesopotamia nobis asperum emisit. » Hunc e Mesopotamia advenientem contra Bulgaros, facile Boemundum intellexerim. Bernardus Thesaurarius loco citato, capite 103, sic ait : « Bojamundus post hæc gratia Dei a carceribus liberatus (vel anno 1102, vel etiam 1104, ut aliis aliisque placet), gaudenter ab Antiochenis susceptus est. Ipse aliique, congregato exercitu, transeuntes Euphratem, ad obsidionem Carræ urbis profecti sunt. Est autem Carra, sive Carras, civitas... in Mesopotamia... Christiani fugerunt... Bojamundus Apuliam venit... Interea Bojamundus (anno 1107) nacto sibi tempore, ulcisci volens injurias quas per varias insidias ipse cum suis aliique Christiani ab Alexio imperatore, primo peregrinationis procinctu, perpessi fuerant, cum militibus quos de Gallis conduxerat, et omni Apulorum exercitu, parata classe maritima, Constantinopolim tendit : et per urbes imperii maritimas transiens, cunctas ferro populatus et igne, ingenti præda ditatus est... Cumque Duracium pervenisset, imperator Bojamundi viribus territus, pacem cum eo per legatos composuit. » Hac de re latissime agit Anna Comnena in *Alexiados* libris XII et XIII. His belli motibus elisum se elisosque suos Bulgaros ait Theophylactus ab « Assyrio Sennacheribo, » scilicet Boemundo, « ex Mesopotamia emisso; » propterea quod in Mesopotamia a Turcis captus, victus etiam ab eisdem, post libertatem in Mesopotamia, inde in Apuliam reversus est, collectoque exercitu in Illyricum rediit, et in Bulgariam, igne ferroque omnia populatus.

Ad hæc tempora spectat epistola 11, *ad dominum Theodulum metropolitanum Thessalonicensem*. Sic ait vero Theophylactus : « Non quidem ignoras, τίς ἐστιν οὗτος ὁ ἀπ' ἀρχῆς ἀποστάτης, καὶ τραχηλαστὴς, ὁ τοῦ κόσμου τύραννος, quis iste sit, qui a principio fuit apostata, superbiens et ferox, totius mundi tyrannus. Contra hunc quidem te vocamus, o Dei homo : et utinam jam eveniat nobis, ut omnibus illius [IX] tyrannide pressis et fusis, tua ope planctus et mœroris finem possimus aliquem invenire. » Boemundum passim Græci vocabant « a principio jam apostatam. » Anna Comnena libro X, ubi de juramento Boemundi agit : « Vel quod homo, inquit, ad religionis contemptum educatus, et longo usu quasi quadam natura perjurus, ridiculum putaret in juramento tergiversari. » Ait etiam ibidem Sangeles ad Augustum : « Cum a proavis perjurium et dolum, velut hæreditatem quamdam Bojamundus acceperit, mirum valde si permaneat. » Cur vero is dicitur, qui « cervicem extulerit, » et « mundi tyrannus esset, » Anna Comnena eodem loco declarat : « Religionis ille quidem, inquiens, et vindicandi Domini sepulcri larvam cupiditati superposuit : cæterum per istam occasionem omni modo decreverat, principatum sibi aliquem alicubi parare. Nec dubitaturus, si secunda spiraret aura fortunæ, Romanum ipsum cogitare solium, et Alexio extruso se imperatorem facere. » Ita Boemundum pingebant Græci, quibus adhærescit Theophylactus.

Ad eadem refero demum tempora epistolam 17, *Cercyræ episcopo*. Hæc habentur : « Gratia sit misericordiarum Patri, et Deo totius consolationis; » quoniam ἐν οὕτως ἡμέραις πονηραῖς, καὶ ἐν καιροῖς ἀφίλοις, καὶ θηριώδεσι, his diebus malis, ac temporibus inimicis et feris, tuam sanctitatem nobis paterna dilectione cinctam... indulsit... Ut neque

Digitized by Google

incursus hostiles, neque immensa potestas, furensque vis... me turpi deprimant ruina. » Satis mihi videor, chronographiam Dufresnii illustrasse et confirmasse : quin vocari in dubium queat, Theophylactum sacrarum expeditionum contra Saracenos, et Boemundi in fines imperii irruentis temporibus, sæculo duodecimo incepto, vitam egisse. Quo tandem vita ipse migraverit anno, incompertum; compertum vero, septuagenario majorem obiisse.

VI.

Quænam Theophylacti patria, an Constantinopolis, an Euripus Euboææ? Diaconum egit in Magna Ecclesia urbis regiæ. Quando promotus ad Bulgariæ archiepiscopatum. Sacris litteris ac humanioribus florebat. De munere abdicando irritum votum ejus.

17. De patria Theophylacti, deque muneribus regia in urbe obitis, ac de tempore quo Bulgariæ archiepiscopus renuntiatus est, deque litterarum præstantia agendum modo. Constantinopolitanum patria frequentius ipsum scriptores affirmant. Id sane deductum ex prima ejus ad Mariam imperatricem epistola apud Baronium ad annum 1071. Ait enim : « Descendo igitur ad Bulgaros, re Constantinopolitanus, hospitio Bulgarus. »

Michael Lequienus inter archiepiscopos Achridenses tomo II in *Oriente Christiano*, hæc verba refert ex ms. Regiæ bibliothecæ Indiculo : « Theophylactus ex Euripo. » Vocem hanc geographi præcipue attribuunt maris angustiis Achaiam inter et Euboeam insulam, vulgo *Stretto di Negroponte*. Tantæ illæ sunt, ut illa ponte jungatur isti ad Chalcidem urbem : unde dictus etiam *Euripus Chalcidicus*. In geographico Ecclesiarum episcopalium Indice apud Labbeum et Harduinum in Collectione conciliorum, Euripus accipitur pro Chalcide, « quæ est in Euripo, sive in Euboea. » An ergo patria Chalcidensis dici debeat Theophylactus? At quomodo se re Constantinopolitanum vocaverit? Adnotantem Cluverium legimus : post primas illas maris angustias, quas Hellespontum vocant, *Stretto de' Dardanelli*, porrigi tenuem quemdam Euripum, antequam latius æquor, dictum Propontis, exspatietur, ac denuo in arctum coeat sub nomine Bospori. An potius loco in aliquo ad hunc Euripum natales Theophylactus habuerit? Ratio fortasse apparet convenientior, ob quam appellare sese re Constantinopolitanum potuerit. Quidni vero tandem ita sese appellaverit ob diutinam in urbe regia commorationem, ubi litteras didicerit, ac etiam professor docuerit, aliaque obierit sacra munia? Rem satius mihi est, in medio relinquere.

18. Citato in Indiculo « fuisse legitur rhetor, et Magnæ Ecclesiæ diaconus, ὁ ῥήτωρ ὢν καὶ διάκονος τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας. » Sacram ædem Sanctæ Sophiæ, patriarchæ sedem, vocitari a Græcis consuevisse *ecclesiam Constantinianam*, et *Magnam Ecclesiam Constantinianam*, itemque *Magnam Ecclesiam Theodosianam*, et *Magnam Ecclesiam Justinianeam*, [X] ac demum *Magnam Ecclesiam* sine adjecto, adnotat Dufresnius in *Constantinopoli Christiana*, libro III, a num. II.

19. Ad archiepiscopatum totius Bulgaricæ Ecclesiæ evectus est. Vocat se ipse in epistola 73, *ad Michaelem Pantechnam*, imperatoris medicum, « totius Bulgariæ archiepiscopum : » et in epistola 6, *ad Gregorium Camaterum*, appellat sese « archiepiscopum in urbe Achride. »

Hanc dignitatem quando obtinuerit, perspicua desiderantur monumenta, quæ patefaciant. Infulas gestasse sine dubio videtur, cum epistolam scriberet *Joanni* (Italo) *philosopho* inter Moursianas quadragesimam quintam. Datam illam eo, quo Constantinopoli florebat tempore philosophus ille, ac imperatoribus gratus erat, Michaeli scilicet ac Mariæ, adnotavimus num. 9, unde sub ipso Michaele, qui ad annum usque 1078 tenuit imperium, Bulgaricam Theophylactus administrare cœpit Ecclesiam.

In alia, quam Baronius refert, *ad Mariam imperatricem* epistola, cum se « descendere ad Bulgaros, re Constantinopolitanum, sed hospitio Bulgarum » scribat, certo jam constat, ea tum potitum fuisse dignitate. Cum vero ibidem se appellet *senem*, id est provectioris ætatis hominem, colligi facile potest, non parum eadem in dignitate eodemque in munere insumptum fuisse temporis. Scriptam epistolam, ut tardius constitui liceat, imperante Nicephoro Botoniata, ab eoque jam sibi post annum 1078 copulata in uxorem *Maria*, ostendimus num. 10. Adeoque ante annum 1078, adhuc imperante Michaele Duca, collatas Theophylacto infulas archiepiscopales, dicendum videtur.

Digitized by Google

20. Litterarum præstantia florebat : egitque rhetorem ante indeptam dignitatem. Sacris ipsum in disciplinis plurimum valuisse, bene multa, quæ infra recensenda sunt, evincunt præclara ejus opera. Sed etiam liberalibus apprime excultum litteris produnt ejus Epistolæ, ac varia qua refertæ sunt, eruditio. Accedunt *Institutio Regia ad Constantinum Porphyrogenitum*, et *Oratio ad Alexium Comnenum Augustum*, ac denique in Carminibus pangendis peritia, quorum ipse meminit in epistola 20 *ad Mermentlarum episcopum*, inquiens : « Hoc quidem quod solum habui, iambicis versibus expuli, multas interim elegias totum per annum concinere coactus. » Hinc vero ob eruditionem, qua florebat, nato Constantino, Michaelis Ducæ et Mariæ filio, præceptor designatus datusque.

21. Sæpe memoratis ex Epistolis addiscimus, ita Achride in Bulgaria egisse Theophylactum, ut regiam in urbem identidem ventitaret, sive negotia sua pertractaturus, sive invisurus etiam discipulum principem, ejusque matrem Mariam, aut regnantem cum imperatoribus Michaele et Botoniata, aut in monasterio degentem sub Alexio Comneno. Tempore procedente, Bulgaricum minus ipsi placuisse incolatum, prodit ejus epistola *ad Joannem magnum domesticum*, apud Baronium ad annum 1071, num. XXI, ubi hæc habentur : « Non servio diviti reginæ, mundæque et pulchræ, atque adeo Veneri aureæ : sed servis barbaris, impuris fœtidasque pelles olentibus... Solvite me hac turpi servitute, qui potestis. »

Eumdem ipsius animum indicat epistola inter Meursianas 21, ad *Anenium*. Ait enim : « Meum mihi somnium enarras... me in media Bulgaria barbaros et rusticos mores credens imitari. Inspice enim, quantum ego rusticitatis et feritatis craterem ebiberim, qui τοσούτων ἐτῶν τῶν τῆς σοφίας χωρίων ἀποδημῶν, tot annis a sapientiæ locis absum. » Vota ejus irrita fuere.

VII.

Ecclesiæ Bulgaricæ sub regibus propriis initium. De jure in ipsam contentio Romanos pontifices inter ac episcopos Byzantinos. Throno Constantinopolitano non obnoxia. Subacta a Græcis imperatoribus provincia, autocephaliam servat Ecclesia, eamque tutatur Theophylactus contra jura Stauropegii. Morinus emendatus, itemque Joannes Lonicerus.

22. Bulgaricæ regionis, ubi Theophylactus Ecclesiam moderabatur archiepiscopus, nomen a populis profectum est, qui *Bulgari* vocabantur a fluvio *Bulga*, sive *Volga*. Pluribus remotioris ævi irruptionibus eorum in fines imperii prætermissis, [XI] iterum anno septimi sæculi septuagesimo octavo Danubium transmeantes, Thraciæ loca occuparunt : bellisque postea confectis, institutum regnum ampliavere subactis provinciis, quæ imperio Constantinopolitano parebant, Dacia mediterranea et Ripensi, Mœsia ulteriori, Dardania et Prævali, secundæ Macedoniæ parte, ac parte Pannoniæ.

Deleta in hisce regionibus Christiana fides mansit diu, usque scilicet ad Bogorim, novæ Bulgariæ regem, qui anno 861 sacro baptismate Constantinopoli ablutus est, nomenque mutavit in Michaelem, quo etiam vocabatur imperator Græcorum, Michael tertius Porphyrogenitus. Episcopos et presbyteros catechistas accepere Bulgari a Romanis et a Francis : ad eosque exstant Nicolai I summi pontificis de rebus fidei moribusque *Responsa*, anno circiter 866 data. Hæc ibi habentur de patriarcha, quem sibi ordinari ac præfici optabant num. LXXII. « Requisisti, si liceat in vobis patriarcham ordinari : sed de hoc nihil definitive respondere possumus, priusquam legati nostri, quos vobiscum mittimus, reversi fuerint... Nam interim episcopum habetote : et cum, divinæ gratiæ incremento, Christianitas ibi fuerit dilatata, et episcopi per singulas Ecclesias ordinati, tunc eligendus est inter eos unus qui, si non patriarcha, certe archiepiscopus appellandus est, ad quem omnes concurrant. »

23. De juribus in Ecclesiam Bulgariæ orta lis est Romanos inter et Constantinopolitanos. Soluta octava œcumenica synodo, contra Photium celebrata, de prædictis juribus anno 869 actum est. Græci judices, tametsi recusati, sententiam tulere : « Bulgarorum patriam in Græcorum potestate dudum fuisse (eas nempe provincias, quibus novum Bulgariæ regnum constituebatur), et Græcos sacerdotes habuisse sanctæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ, » adeoque cum « ab ea (Ecclesia Constantinopoleos) per paganismum recessisset, nunc per Christianismum eidem restitui debere. » Contra decretum interces-

Digitized by Google

serunt legati Adriani II Romani pontificis. Episcopum designaverat Bulgaris, nomine Silvestrum, idem Adrianus : at Græcorum donis adducti, archiepiscopum accepere a Basilio imperatore et patriarcha Ignatio. Hac de re litteras lege Pontificis, querelis plenas, ad Basilium et ad Ignatium, anno 871 datas, apud Baronium, et conciliorum collectores. Photiano schismate effectum est, ut a Romanis avulsa maneret Ecclesia Bulgariæ.

24. Throno Constantinopolitano parebat archiepiscopus ejus regionis. Ætate Leonis Sapientis, qui anno 886 capessivit imperium, αὐτοκέφαλος evasit, suique juris, ut verisimilius existimat Lequienus in *Oriente Christiano*, tomo II, in *Ecclesia Lychnidi*. Verba ejus affero : « Hic vero Bulgarorum primarius antistes Constantinopolitanæ quidem sedi, Romanis pontificibus frustra reclamantibus, obnoxius primum fuit : subinde autem αὐτοκέφαλος, suive juris evasit ; cum Bulgarorum principibus, qui perpetuis bellis Græcos lacessebant, non arrideret Ecclesiarum suarum negotia apud Byzantinos tractari. Id quod Leone Sapiente, Basilii Macedonis filio, imperatore contigisse reor. Qui cum Turcas et infideles alios populos in Bulgarorum gentem concitasset, in causa fuit ut Bulgari inito consilio ad Romanos pontifices concesserint, auxilii inde petendi gratia. Tum Byzantini patriarchæ, ut eos ab hac affinitate deterrerent, satius duxerunt eorum archiepiscopum omnigena immunitate donare, abdicata quacunque in Bulgariæ Ecclesias jurisdictione. » Huic vero archiepiscopo Bulgarorum obnoxii olim erant sex metropolitæ ac decem episcopatus, postea metropolitæ septem, totidemque episcopi. Lequienum consule loco citato.

25. His ornata privilegiis Ecclesia Bulgarica stetit sub regibus propriis ad annum usque 1018, quo Basilius et Constantinus imperio Constantinopolitano subjecerunt Bulgaros, hanc ob causam prior, qui rerum summam gerebat, dictus *Bulgaroctonus*. Præfecti, rei administratores publicæ, in Bulgariam mittebantur : quorum improbitas in causa fuit, ut sub Isaacio II Angelo, qui moderari imperium anno 1185 cœpit, Bulgaricum regnum instauraretur, rem promoventibus Petro et Hasan fratribus, regio ex sanguine satis. Utramque regum Bulgariæ seriem Dufresnius exhibet post *Familias Byzantinas*. Altera sub hac serie regum, in clientelam Romanæ sedis rediit Ecclesia Bulgarica sub Innocentio III. Sed novo exorto ampliatoque Serviæ regno, minutionem primo passa est, ac demum Turcarum jugum subiit.

Eo, quo Bulgaria Byzantinis parebat imperatoribus, eamque administrabant Byzantini præfecti, tempore sedebat Theophylactus archiepiscopus. Suam ipse αὐτοκεφαλίαν [XII] strenue tutatus est contra urbis regiæ patriarchas. Rem exhibet omnem epistola ejus 27, *ad Michaelem Chalcedonis episcopum*. Sic ait ille : « Solas quidem ecclesiarum opes ab improbis exactoribus ereptas, ægre sane se tulisse : » at permissurum minime, ut suæ jura Ecclesiæ violarentur. Quod accidit, his verbis narrat : « Cittaba (inquiens), est quidam loci terminus, *a nostro archiepiscopatu diversus*. » (Ita scilicet in Latina interpretatione; sed Græce, τῇ καθ' ἡμῶν ἀρχιεπισκοπῇ διαφέρουσα, *ad nostrum archiepiscopatum pertinens*). « In quo (loco) cum *monachus* templum et sacrarium *construeret, a nobis impeditus est*. Ὁ δὲ σταυροπήγιον πατριαρχικὸν λαβών, qui *patriarchico jure crucem in illo affigens*, dixit se ita opus inchoasse. Ille autem a nobis nihilominus *excommunicationis vinculis* est alligatus. Quænam enim inter Bulgaros participatio et communio *cum Constantinopolitano patriarcha*, Κωνσταντινουπόλεως πατριάρχῃ μήτε χειροτονίας ἐπ' αὐτῇ δίκαια ἔχοντι, λαχούσῃ τὸν ἀρχιεπίσκοπον αὐτοκέφαλον, μήτ' ἄλλο τι διαδεξαμένῳ κατὰ ταύτης προνόμιον : *qui nullum jus ordinationis in ea habet, sui juris archiepiscopo subjecta; et nullam super ea auctoritatem aliam quamcunque acceperit.*»

Notum jus illud, *stauropegium* dictum, quo patriarchæ Orientis, unusquisque intra sui patriarchatus fines, *prævia suæ crucis defixione*, ecclesias præsertim monasticas, quæ exstruebantur, suo regimini subjiciunt, ordinarii episcopi potestate semota : quove Byzantini aliorum etiam patriarcharum infra diœceses uti audebant. Suam tutatur Theophylactus autocephaliam, jure omni stauropegii Byzantini excluso.

26. Epistolæ sensum mentemque Theophylacti minime assecutus est Joannes Morinus *De sacris ordinationibus*, parte II, inter adnotationes, num. 147, in fine : « Theophylactus in epistola quadam, inquiens, refert, quemdam monachum in diœcesi sua ecclesiam, se inscio, ædificandam suscepisse; sed quia hoc contra canones aggrederetur, prohibuisse, donec stauropegium patriarchicum accepisset. » Imo contra patriarchale Constantinopolita-

Digitized by Google

num stauropegium, quod monachus ille jactabat, canonibus et Ecclesiæ suæ autocephalia agit archiepiscopus Bulgariæ.

Singularem quamdam potestatis in Bulgaria prærogativam Theophylacto tribuere videtur Joannes Lonicerus e Lutherana secta in Præfatione ad Commentarios in quatuor prophetas minores, inquiens : « Hunc (scilicet Theophylactum) Bulgariæ regionis archiepiscopum exstitisse, *principeque floruisse potentia*, peroratio exegeseos *in Nahum prophetam* arguit. Ubi *parænesim principes concernentem* in se ipse *ceu principem* vertit. » Indicati loci verba sunt : « Hæc omnia principes audientes, cogitemus Deum judicem nostri in subjectos nobis affectus dispositionisque nostræ : velleque, ut nos mansueti simus erga obtemperantes nobis, ut adeo nihil asperi illis injungamus. » Principibus, quicunque sint, hæc sine dubio parænesis convenit : quæ tamen in Theophylacto non aliam potestatis prærogativam indicat, nisi archiepiscopalem, et quidem a regiæ urbis throno independentem, ut enarravimus num. 25. Si quid amplius suspicatus fuerit Lonicerus, fallitur egregie.

VIII.

Archiepiscopalis Bulgariæ jurisdictio primum veluti vaga, tum Achridæ sedi annexa. Achridis urbis situs et conditor. Bellici in Bulgariam motus, Theophylacti tempore. Byzantinorum exactorum improbitas. Sollicitudo ejus ecclesiastica.

27. Condito Bulgariæ regno ibique constituta sub rege Bogori Ecclesia Bulgarica, certa ac fixa non erat archiepiscopi sedes ; sed regimen archiepiscopale aliis, atque aliis pro nutu regum demandari consueverat diversarum Ecclesiarum episcopis. In ms. Regio Parisiensi Indiculo episcoporum Achridensium apud Lequienum, post Gabrielem aliosque sex archiepiscopos Bulgariæ, sequitur Philippus num. VIII, « qui dicitur Lychnidæ sedisse, quæ deinceps Achrida. » Hanc cæteri archiepiscopi tenuere sedem, itemque Theophylactus. Se vocat ipse in epistola 6, *ad Gregorium Camaterum*, « archiepiscopum in urbe Achrida.

28. In epistola 65, *ad magistrum dominum Joannem Pantechnam* sic ait : « Cuncta autem, in quibus Achris versatur, plena horrent metu : et Mocri regio, est enim Mocrus Achridis portio. » Civitatis conditorem situmque patefacit Anna Comnena sub finem libri XII *Alexiados* : « Drymon (seu Drinus) amnis, inquiens, caput atque [XIII] originem a Lychnitide trahit palude : quam lingua nunc in barbariem degenerans *Achridem* vocat a priori appellatione *Mocri* regis Bulgari, ejus qui deinde *Samuel* appellatus est. Floruit is imperatoribus Constantino et Basilio Porphyrogenitis (decimo cadente sæculo, ac ineunte undecimo), quando istam paludem derivare exhaurireque aggressus est, » etc. Itaque Achris, adnotante Dufresnio in notis ad quartum *Alexiados* librum, in sublimi colle eminet prope lacum, unde Drynus, seu Drymon septentrionem versus effluit.

Eo in loco, quo Achris est, putant nonnulli Lychnidum primo exstitisse, postea *Bederinam*, demum *Primam Justinianam*, a Justiniano imperatore dictam. Vicino potius in tractu censent alii, conditam a Mochro, seu Samuele, Bulgarorum rege Christiano, fuisse Achridem. Suam amplissimis privilegiis Justinianam auxerat laudatus Justinianus Augustus in novella XV, quibus minuta mansit Thessalonicensis antistitis pristina jurisdictio. Lequienum loco citato, et Joan. Petrum de Ludewig in Vita Justiniani, aliosque scriptores consule.

29. Suam Theophylactus Ecclesiam Achridensem, ac universam archiepiscopalem jurisdictionem eo administravit tempore, quo Normanni principes, Robertus Guiscardus et Boemundus filius Illyricum et Bulgariam armis infestarunt. Nota sunt, quæ bella gessit Robertus ab anno 1081 ad annum 1085 apud scriptores Græcos, et Siculos, et Venetos. Irruptio Boemundi ad annum 1107 pertinet, quo « Bagora mons inter Bulgaricos et Dyrrachinos montes interjectus, » ipso Theophylacto teste in epistola 65 a « tyranno, » scilicet Boemundo, « tenebatur. » Hinc vero Latinis ac Latinorum contra Saracenos expeditionibus infensum suis in epistolis præbet sese.

Sed et Croatos Bulgariam sub Michaele Duca Augusto depopulatos esse, adnotavimus num. 10. Contra *Dalmatas*, qui sæculo XI desinente ciere turbas meditabantur, expeditionem suscepit Alexius Comnenus : isque « Philippopolim invectus, » ut ait Comnena

Digitized by Google

libro VIII, « ibi litteras accepit archiepiscopi Bulgariæ, qui tunc erat, » scilicet Theophylacti.

30. Damna gravissima inferebant Bulgariæ populis et ecclesiis imperiales exactores, quæ vehementer dolet pluribus in epistolis Bulgarus noster archiepiscopus. In ea, quæ vicesima tertia numeratur, *ad Corcyræ episcopum*, sic ait : « Tu vero ibi in illos qui nos acerbo elidunt ictu, amaram induis bilem. In illos, inquam, qui insatiabilis cupiditatis ministri sunt, qui et evangelicæ professionis hostes sunt exsecrabiles, et Christiani agminis pernicies et ipsa internecio. » Data legitur quadragesima prima *ad Panhypersebaston Briennium*, ubi hæc habentur : « Venenum aspidum in nos conspuentes, præclarissimam et mitissimam imperatoris animam lethifera amaritudine infecerunt : et quidquid Ecclesia nostra continebat, ingenti internecione deleverunt. Et omnium quidem harum rerum causa, *vectigalium exactorum insatiabilis cupiditas*, et corrupta consuetudo fuit. » Tum vero scelerata facinora narrat cujusdam Lazari, qui « Ecclesiæ colonus erat : quem contra nos, inquit, audaci armarunt pectore. »

In ipsum quoque Theophylactum impactæ calumniæ, ac si divitias cumularet, et ex Bulgarorum spoliis ditissimus esset. « Consilium inierunt (inquit in epistola 43, *ad dominum Adrianum fratrem imperatoris*) ut me de honoris gradu detruderent : et calumniæ siti efferati, ad potentissimum nostrum imperatorem, et optatissimum fratrem tuum, evolarunt, et me quasi multis insuperabilem viribus, et magna fretum potentia calumniis apud illum obruerunt. Et tantis, tantisque lucri proventibus *in pinguem divitiarum substantiam* me dilatatum criminabantur. » Et in epistola 73 : « In totius Bulgariæ archiepiscopum... oculos convertunt : illumque plane audiunt, etiam totos dies numerare aureos nummos, et quasi mensuræ complementis arbitrantur cumulare. »

31. Vigilem ipsum sollicitumque sui muneris in administratione aliæ conspiciendum præbent epistolæ. Ex ea quæ numeratur tricesima secunda, *ad Triaditzæ*, olim Sardicæ, *episcopum*, addiscimus, libentem ipsum annuisse, ut a vinculo excommunicationis, quo idem antistes innodatus erat, propterea quod non convenerat ad synodum, absolveretur ab episcopis Pelagoniæ seu Heracleæ, et Strombitzæ seu Tiberiopolis, et Melasobæ. Constantinopolim, « magnam in urbem, » profectus fuerat episcopus ille; « et nullum fere vel ætate maximum, vel minimum reliquerat, qui acerba tuæ linguæ in nos maledicentia (ut ait ipse Theophylactus) aures non suas occluserit, surdasque effecerit... Quocirca in Deum solum, qui hæc omnia vincere potest, oculos nostros attollimus et in sublimes ejus justitiæ montes, unde nobis auxilium veniet. »

[XIV] De synodo celebranda scribit epistolam 53, *ad Macrembolitam Prespæ principem*. Oppidum erat in Macedonia prope Achridem. « Nondum nos illo gravi morbi decubitu liberati, inquit, et soluti sumus : et tamen *sacra canonum vox* sacram nobis *synodum* imperavit... Tu autem nos suscipe... Hic enim noster conventus erit. »

Epistolam denique 72 addo, *ad Corcyræ episcopum*, ubi, memorata Boemundi irruptione in Bulgariam, hominem alium « ignobilem » insequitur, « tanto molestiorem et duriorem, quanto insaniorem et amentiorem. Hic enim, inquit, sibi venerationi et honori ducit, qui aut dixit aliquid contra Ecclesiam, aut fecit... Ipse enim οὐδὲ τοῦ προσκυνῆσαι τὴν Θεομήτερα ἑαυτὴν ἠξίωσεν, nec Dei Matrem adoratione dignam existimavit. » Num fuerit Manichæus quidam, aut ex Bogomilorum secta, de quibus latiore agit sermone Anna Comnena libro XV *Alexiados* ? Hæc vero de Theophylacti chronographia, et muneribus, ac dignitatibus, gestisque præcipuis disseruisse satis.

IX.

Scripsit Theophylactus Commentarios in quatuor Evangelia, Mariæ imperatricis, ut videtur, jussu. Codices præcipui. Editio prima Latina cum versione Joannis OEcolampadii ex codice Græco mutilo. Editio Græci textus ex codice Vaticano, qui expenditur. Hujus ope Latina interpretatio recognita a Philippo Montano. Latinii observationes. Parisiensis editio Græco-Latina, cujus defectus indicantur. Fabricius notatus.

32. Litterarum queis apprime imbutus erat Theophylactus, et sacræ præsertim eruditionis, qua præstabat, monumenta plura reliquit. *Commentarios in quatuor Evangelia* scripsit. Apud Petrum Lambecium libro V Bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensis exstat

Digitized by Google

codex 219 membranaceus, pervetustus, antiqua majuscula scriptura elegantissime exaratus, qui olim ad cardinalem Bessarionem pertinuit, a Joanne Sambuco postea emptus, translatusque demum in Cæsaream bibiliothecam, *Commentarios Theophylacti in Evangelia duo sancti Marci et sancti Lucæ* complectens.

Græca præmittitur adnotatio metrica :

Τῆς βασιλίσσης ἐννόημα Μαρίας,
Ψυχῆς ἀληθῶς ἔργον εὐγενεστάτης,
Ὁ δὲ τρυγήσας τοὺς μελιῤῥύτους λόγους
Θεοφυλάκτος ποιμενάρχης Βουλγαρίας.

Eadem verba Montfauconius refert in *Diario Italico*, capite 6, pag. 78, in fronte codicis prædictos Theophylacti in quatuor Evangelia Commentarios complectentis, manu exaratos apud Cassinenses Patavinos monachos Sanctæ Justinæ. Primum carmen et quartum utrobique locum eumdem tenent : sed quod est secundum in codice Vindobonensi, tertium est in Patavino, ac tertium legitur secundo loco. Ea vero sic Latine vir doctissimus interpretatur :

Imperatrix Maria hæc fieri curavit.
Opus revera nobilissimi ingenii,
Qui autem hos mellifluos Commentarios edidit,
Theophylactus est episcopus Bulgarorum.

Hisce ex verbis, maximeque ex codicis elegantia colligi posse Lambecius adnotat, codicem Vindobonensem, ipsius Theophylacti ætate exaratum, illum ipsum esse quo Maria imperatrix utebatur. Sed eadem verba, hæc sola si spectentur, « cum ab aliis in alios codices transmearint (scitissime adnotante Montfauconio) non valent ad asserendum tempus ac sæculum quo liber exaratus est. » Codicem nihilominus Patavinum sæculo duodecimo scriptum, nihil anceps ibidem pronuntiat idem Montfauconius.

Cæsareos codices recenset Lambecius 217, 218, 219, 220, 221, qui vel in *quatuor Evangelia*, vel in *duo*, vel *unum* tantum, *Commentarios* Theophylacti præstant : itemque monet, « valde utile futurum, cum eisdem diligenter et accurate conferri » curatas hactenus editiones. In Marciana bibliotheca Veneta codices quinque asservantur : servatque plures Regia Parisiensis pervetustos et optimæ notæ, quorum aliquos memorant Richardus Simonius tomo IV *Historiæ Criticæ in Novum Testamentum*, capite 28, et Michael Lequienus Dissertatione Damascenica VI, *De azymis*, num. XLIII. Alios aliarum bibliothecarum codices indicat Casimirus Oudinus *De scriptoribus ecclesiasticis* tomo II in *Theophylacto*.

33. Editio prima Latina anno 1524 prodiit, interprete Joanne OEcolampadio, heterodoxo homine, cum ejusdem Epistola ad lectorem eodem anno data. Codice Græco imperfecto usus est, ut ipse in Epistola admonet : « Adegit exemplar *mutilum*, [XV] inquiens, ut uno in loco quædam infarcirem, deerat enim charta : de quo tamen, ut videbis, monui ne quis vel in hoc fidem meam accuset. » Locus exstat Joannis capite XXI, a commate 15 usque ad vers. 22, ubi interpres hæc adnotavit : « Quia hic deficiebat charta in exemplari, operæ pretium visum est, nonnulla infarcire. Tu, mi lector, boni consulas : et si vel in exemplar non mutilum incideris, vel probatius quiddam habueris, tu quoque in medium afferre non dedigneris. » Commentarii supplementum sequitur, quod bis interpres claudit verbis : « Hæc inseruimus, lector : et in hoc tibi opinor gratificari ; nunc sequuntur, quæ in exemplari continebantur. » Lectoribus gratificatum non esse OEcolampadium infra dicemus, utpote qui interpretationem a Theophylacti mente sine dubio alienam inseruerit. Hæc ejus Latina versio, variis in locis impressa typis, lucem vidit.

34. Græcum textum, sine Latina versione, Romani excuderunt anno 1542, ut Gesnerus, Possevinus, Labbeus et Caveus scribunt. Annum 1552 numerat Joan. Albertus Fabricius vol. VI *Bibliothecæ Græcæ*, pag. 287, testaturque « se hanc in manibus editionem habere, neque aliam Græcam usquam oculis suis occurrisse. » Romanam editionem hanc et ego in manibus habeo : oculisque nostris intente spectantibus, hæc in fronte occurrunt verba, *Romæ* MDXLII.

Præmissa brevis Præfatiuncula Latina incipit : *Studiosis sacrarum Litterarum. Cum multæ res sint, quarum usus utilitati atque etiam ornamento nobis esse solet*, etc. In ea im-

Digitized by Google

pensius Pauli III Romani pontificis munificentia commendatur : « Plane hoc beneficium quantumcunque est, quod certe maximum est, Pauli III divinæ virtuti debetur. Pontifex benignitate insignis, natus ad tollenda humani generis incommoda, veterem consuetudinem servat, excitat bonas artes ; quovis sumptu, quovis præmio facit, ut qui pontifices beneficentiæ laude celebrantur, eos hac ætate minime desideremus. »

Romanum codicem, ex quo textus prodiit, eo deteriorem alicubi esse, qui præsto fuit OEcolampadio, observarunt viri docti. Ipsum etiam interpolatrice manu corruptum fuisse capite XXVI Matthæi, vers. 17, ubi de prima die Azymorum agitur, evincit Petrus Arcudius tum aliorum optimæ notæ codicum fide, tum ipsius etiam codicis contextu. Eodem in textu Romano lacuna patet capite I Joannis, vers. 13, ab illis verbis, *Intelliges autem recte per voluntatem carnis*, usque ad illa, *Et in copula necessario præcedunt utraque*. Hæc vero OEcolampadius in codice suo legebat, ac interpretatus est : eademque Græce affert Richardus Simonius loco citato, pag. 401, ex Regio Parisiensi codice deprompta : sed tribus in codicibus Venetæ bibliothecæ Marcianæ ea desiderari, ipsismet oculis deprehendimus, opem præstante pro sua humanitate cl. viro Antonio Zanetti, Alexandri filio, bibliothecæ custode.

Hinc vero Simonius et Lambecius, ad accuratiorem Operum Theophylacti editionem perficiendam, diligenti opus esse codicum inspectione, scitissime admonuerunt. Postremo adnotare non prætermittam, in eadem Romana editione Elogia quatuor evangelistarum prostare, quæ sumpta sunt ex Græca libri sancti Hieronymi *De viris illustribus* versione, a Sophronio concinnata.

35. Latinam OEcolampadii versionem primum recognovit anno 1545 Philippus Montanus, Armenterianus, ac iterum emendavit anno 1552, ut legimus in calce Epistolæ nuncupatoriæ ad Claudium Dodeum Rhedonum episcopum, et Præfationis, in editione Basileensi apud Joannes Hervagios anno 1554. Subsidio illi fuit textus Romanus Græcus.

Quid ipse hac sua in recognitione præstiterit, nonnullis allatis exemplis exponit in Præfatione ad lectorem. Generatim vero sic ait : « Ista, inquam, et hujusmodi pleraque alia, impressori potius quam interpreti (OEcolampadio) ascribi possent. Quod autem plerisque in locis permulta fuerint omissa, ex quibus sequentia pendebant : non tantum *dictiones aliquot* dico, sed *versus permultos*, atque adeo *paginas totas* : quodque sæpiuscule *negatio* contra auctoris mentem aut omissa, aut injecta contrariam inducat sententiam, scribæne, aut typographo, aut interpreti, mutilove codici imputandum sit, aliorum esto judicium... Interpres quidem certe Joannis ultimo, codicem suum mutilum fuisse confitetur. Fieri tamen potest, ut etiam ille quibusdam in locis nostro (scilicet Romano) emendatior fuerit : ideoque quædam intacta reliquimus, sive quod ad sensum bene quadrarent, sive quod non magni essent momenti, etiamsi ad Græcum nostrum codicem (Romanum)[XVI] non omnino respondeant. Nonnunquam autem margini diversam lectionem adjecimus, idque potissimum cum utraque defendi posset : priore quidem in textu relicta, sed hujusmodi notis †] inclusa , penes lectorem judicium relinquentes, utram sequi malit. »

Nemo hinc non intelligit, quod peritissimi viri animadverterunt, necessariam prorsus esse cum mss. codicibus collationem. In hanc Basileensem anni 1554 editionem *Observationes, correctiones, et conjecturas in Theophylactum Bulgariæ archiepiscopum Græcæ fidei restitutum*, anno 1677 vulgavit Romæ, sumptibus Pontii Bernardon, Latinus Latinius, Viterbiensis, in *Bibliotheca sacra et profana*, pag. 184 ; aliæ textum spectant, res ipsas illustrant aliæ.

36. Lutetiæ Parisiorum *apud Carolum Morellum, via Jacobæa, ad insigne Fontis* 1631, F., cum Græco textu jam olim Romæ excuso, et cum Latina versione a Philippo Montano recognita, prodierunt *Theophylacti Commentarii in quatuor Evangelia*. Carolo Albaspinæo nuncupata editio est. Præfatiuncula ad lectorem eadem occurrit, quæ legitur in Romana editione : ac sane ridiculum, ut Simonius observavit, eo loci ubi Pauli III laudes celebrantur, Morelliorum nomen substitutum fuisse, qui id unum egerunt, ut Græcus textus Romæ impressus recuderetur. Interpolatio sic habet : « Plane hoc beneficium quantumcunque est, quod certe maximum est, *Morellorum* virtuti debetur. *Viri quippe benignitate insignes, ad reipublicæ utilitatem et commoda nati, veterem consuetudi-*

Digitized by Google

nem servant, excitant bonas artes, quovis sumptu, quovis præmio faciunt, ut quæ veterum Græciæ Patrum monumenta celebrantur, et hac ætate minime desideremus. »

E regione Græci textus prostat Latina versio, quam Montanus recognovit, lectionibus variis, quas iste conjecerat in marginem, in Latina versione assumptis. Parisiensis editor siglis illis indicatur I. P. quæ in operis fronte inspiciuntur. Ejus oscitantiæ insigne affert exemplum Simonius ex Latina interpretatione loci cujusdam in Elogio sancti Marci. Græci textus, qui Sophronium auctorem habet, verba sunt : Καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ ἀναγνωσθησόμενον αὐθεντίσας ἐξέδωκε · quæ ita Latine vertuntur, *atque Ecclesiæ cum lectoris dignitate* Marcum *præfecit* Petrus. Ignorasse editor ille videtur, præfati elogii Græci auctorem Sophronium unam impendisse operam, ut Græce transferret sancti Hieronymi librum *De viris illustribus*. Porro Hieronymus in Latino suo Marci Elogio sic ait : *quod* (Evangelium a Marco scriptum) *cum Petrus audisset, probavit : et Ecclesiis legendum sua auctoritate dedit.* Hunc etiam sensum Sophronii textus exprimit : Petrum nempe, *sua utentem auctoritate, Ecclesiæ legendum* Marci Evangelium *dedisse :* minime vero, Marcum *Ecclesiæ cum lectoris dignitate* a Petro *præfectum esse.* Sphalma est nulla venia dignum: Sphalma alterum addo ego, quod in Elogio sancti Joannis apostoli et evangelistæ occurrit. Scripserat Hieronymus *De viris illustribus* capite 9, *Epistolas duas Joannis presbyteri asseri.... etsi nonnulli putent* eas esse *Joannis evangelistæ.* Discrimen alterius ab altero Joanne retinens Sophronius, Græce verterat, Ἰωάννου πρεσβυτέρου, et Ἰωάννου τοῦ εὐαγγελίστου · sed hunc Græcum textum perperam Parisiensis editor Latine reddidit, *Joannis apostoli et Joannis evangelistæ,* ac si *apostolus* et *evangelista* duo forent *Joannis* nomine appellati. In editione Venela sublatum mendum est.

Joan. Albertus Fabricius sexto volumine *Bibliothecæ Græcæ*, pag. 288, ait : « Combefisius miratur, Theophylactum in Parisiensis editionis titulo vocari, τὸν ἐν ἁγίοις Πατέρα ἡμῶν. Certe in Romana nihil aliud est quam Θεοφυλάκτου ἀρχιεπισκόπου Βουλγαρίας ἑρμηνεία εἰς τὰ τέσσαρα Εὐαγγέλια. » Sed hæc eadem verba, prætereaque nihil, præstat editio Parisiensis. Combefisio vero imponitur quod neque somniavit, id unum suis in recensitis auctoribus *Bibliothecæ Patrum concionatoriæ* inquienti : « Miror qui agnoverint, non veritos prænotare ejus opusculum aliquod, Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Θεοφυλάκτου, *Sancti Patris nostri Theophylacti.* » Prænotationem reprehendit Combefisius *opusculi alicujus,* non Parisiensis Commentariorum in Evangelia editionis : opusculi, inquam, *De regia* sine dubio *Institutione,* pridem typis editi a Petro Possino sub titulo Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Θεοφυλάκτου, etc. Ait ille etiam in marginali adnotatione ad ejusdem Theophylacti homiliam *in Præsentationem Deiparæ Virginis,* in mantissa tomi VIII *Bibliothecæ concionatoriæ :* « Sapientissimum (Theophylactum) et hæc prodit oratio : utinam nec sancti alia abrogarent titulum! »

X.

[XVII] *Methodus a Theophylacto servata in Commentariis : breve scilicet in compendium passim rediyente sanctum Joannem Chrysostomum. Parciore manu aliorum colligit aliquando expositiones. Allegoriis abundat, quæ an omnes ab ipso profectæ sint, an insititiæ, inquiritur. Aliqua sunt proprio marte scripta : Græcorum ejus ævi theologiam tradit.*

37. Theophylactum suis in Commentariis in Evangelia redegisse in compendium fusiores Joannis Chrysostomi aureas enarrationes, una et consentiens est bibliographorum animadversio. Sixtus Senensis in *Bibliotheca sancta,* libro IV, sic ait : « In divi Chrysostomi lectione diu multumque versatus ac detritus, *redegit in breve et apertum compendium,* juxta historicam intelligentiam, quidquid admirabilis ille Pater ex aureo suo ore, veluti ex abundantissimo fonte, in exponendis Scripturis sanctis effuderat, *prætermissis locis communibus,* in quibus ille plenis eloquentiæ velis excurrere consuevit. »

Hinc vero in codicibus manuscriptis inscriptiones hujusmodi præsto sunt : Θεοφυλάκτου... Ἐπιτομὴ τῶν τοῦ Χρυσοστόμου Ἐξηγητικῶν εἰς τὸ κατὰ Λουκᾶν Εὐαγγέλιον, *Theophylacti... Compendium Commentariorum Chrysostomi in Evangelium secundum Lucam.* Vel Ἐπιτομὴ τῶν Ἐξηγητικῶν εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγέλιον, *Epitome Commentariorum* (subintellige, *Joannis Chrysostomi*) *in Evangelium Matthæi.*

38. Sed alios etiam, parciore quidem manu, scriptores interpretesque vetustos ab ipso

Digitized by Google

decerptos aliquando fuisse, dubium nullum esse debet : cum perantiquis in aliquibus Catenis, adnotante Simonio pag. 400, plura offendantur, quæ similiter apud Theophylactum occurrunt. Commentariorum ejus *in Evangelium Joannis* affert laudatus Simonius codicem, his inscriptum verbis : Ἑρμηνεία τοῦ ἁγίου μου δεσπότου καὶ αὐθέντου μακαριωτάτου ἀρχιεπισκόπου κυροῦ Θεοφυλάκτου, συντεθεῖσα ἐκ διαφόρων ἁγίων εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγέλιον, *Interpretatio sancti domini mei et auctoris beati archiepiscopi domini Theophylacti, confecta ex diversis sanctorum operibus, in Evangelium sancti Joannis.* Titulum *sancti* et *beati* prænotatum a Græco librario animadverte : ac disce, hujuscemodi titulos in oculos etiam Francisci Combefisii, qui codices lustrabat, incidere potuisse, ac eas præterea voces ἐν ἁγίοις. Vide n. 36.

39. Allegoriis Theophylactus abundat. Judicium fert OEcolampadius sua in Præfatione : « In allegoriis, inquiens, etsi non ubique solidus, jucundus tamen est. » Sic etiam ait Sixtus Senensis loco citato : « Allegorias quoque, cum aut nullas, aut raras apud Chrysostomum invenisset, ex aliorum commentariis supplevit, et suis locis aptissime accommodavit. »

Ex his irrepsisse plerasque in textum ex scholiis marginalibus, putabat Simonius loco sæpius citato, pag. 392. V. g. sub initium *Commentarii super Matthæum*, quatuor legimus Evangelia scripta esse, « vel ideo quia quatuor virtutes universales ex eis discimus... Atque etiam alia ratione, propterea quod ista mundi sunt columnæ... Et alia item ratione, quoniam quatuor hæc complectuntur, dogmata, præcepta, minas et pollicitationes. » Atqui vero, Simonio teste, codex adest in Parisiensi Regia Bibliotheca, ubi allegorica ratio altera ac tertia desiderantur : et adest alius, in quo nec prima nec tertia occurrunt, legiturque altera tantum. Manuscriptum in evangelistas *Theophylacti Prologum* vidi et ego, ex Cæsareo Vindobonensi codice descriptum, in quo allegoria ex quatuor mundi partibus desumpta non habetur. Hunc memorat codicem Nesselius in Catalogo, parte IV, n. 271. Hanc eamdem prætermittunt allegoriam Veneti codices Marciani duo, tricesimus ac tricesimus primus : adeoque hujusmodi allegoriæ multiplices in hoc loco et in aliis suspectæ evadunt. Quidni vero de codicum potius imperfectione aut mutilatione ex oscitantia scribarum suspicandum fuerit? Rectum pendet ex accurata vetustorum plurium codicum, et bonæ notæ, judicium.

40. In hisce Commentariis suis non pauca auctorem proprio marte inseruisse, aut in ipsarum interpretatione Scripturarum, aut in vindiciis rectæ fidei adversum hæreses, quas opportunitate data memorat ac refellit, dubitandum non est. Hinc etiam Combefisius in suæ *Bibliothecæ concionatoriæ* auctoribus recensitis admonet [XVIII] plura se ex Theophylacto inseruisse eidem Bibliothecæ, « ubi præsertim vel Chrysostomi expositio deest, vel ipse abundat » archiepiscopus Bulgariæ. Peculiares demum aliquas, quæ apud Græcos invaluerant, minus in theologia probatas, amplectitur doctrinas : movetque controversias ætate sua vigentes. Specimina dabimus infra.

XI.

Commentarium in Acta apostolorum Græce et Latine vulgavit Laurentius Sifanius : codices, editiones ac specimen operis. Christophoro Persena interprete, prodiit Commentarius in Epistolas sancti Pauli sub nomine Athanasii, scilicet Alexandrini. Latinam versionem recognoscunt Lonicerus et Montanus ac Theophylacto opus adjudicant. Tribuit illud Latinius Athanasio Byzantio : quæ sententia refutatur codicum maxime auctoritate. Editio Græco-Latina Londinensis ; deque ipso Commentario judicium.

41. Ex codice olim Joannis Sambuci, postea Cæsareo Vindobonensi, qui apud Lambecium libro V numeratur 222, prodiit *Theophylacti, Achridæ in Bulgaria archiepiscopi, Expositio in Acta apostolorum*, Græce et Latine, studio et opera Laurentii Sifanii Prunsfeldi, J. U. D., *Coloniæ apud hæredes Arnoldi Birckmanni anno* 1567, fol. Præfatio legitur *Ad nobiles et generosos magnificos viros, dominos Marcum et Joannem Fuggeros fratres, Antonii filios, Kirchbergæ et Weissenborni barones.*

Præter hunc Vindobonensem, memorat Bernardus Montfauconius Mediceum Laurentianum codicem, in *Bibliotheca bibliothecarum mss.* Nullus apud bibliographos occurrit mihi alius, qui eumdem præstet *Commentarium :* nec ullum reperire se potuisse in Regia Parisiensi Bibliotheca, Simonius testatur.

Digitized by Google

Latinam tantum editionem his Possevinus verbis memorat in *Apparatu sacro*, tomo II : « Enarrationes vero in Acta apostolorum... Latine Philippo Montano et Laurentio Sifanio interpretibus, anno 1570, Basileæ. » Fallitur vir doctus. Basileensis hæc anni 1570 editio in-folio, quæ prodiit *ex officina Hervagiana per Eusebium Episcopium*, non complectitur solum *Enarrationes Theophylacti in Acta apostolorum*, verum etiam Commentarios *in Evangelia* et *in Epistolas Pauli*, et *in quatuor prophetas minores*, ac loco postremo *in Acta apostolorum*. Ad Philippi Montani curam operamque una spectat Enarrationum in Evangelia et in Epistolas Pauli recognitio et emendatio : sed unus est Commentariorum in prophetas interpres Joannes Lonicerus : ac unius etiam Laurentii Sifanii Latina versio Expositionum in eadem apostolorum Acta. Hinc ibidem titulus est : *Theophylacti Bulgariæ archiepiscopi Explicationes in Acta apostolorum, concise ac breviter ex Patribus collectæ, Laurentio Sifanio Prunsfeldio J. U. D. interprete.*

Collectus *ex Patribus* Commentarius dicitur : ipsique proprio appellantur nomine *Chrysostomus*, *Didymus*, *Severus*, *Severianus*, *Cyrillus*. Prologus, qui præmissus operi prostat, idem est ac Joannis Chrysostomi prologus : unde opus hujuscemodi, quod ab ipso sanctissimo viro abjudicavit Erasmus, genuinum probat ipsius Theophylacti auctoritas. Præfationem consule Savilii et Montfauconii. Minorem adhibuisse Theophylactus in hac elucubratione diligentiam, ac cæteris in Commentariis, visus est Richardo Simonio : ac sane inter Catenas potius collocanda videtur, in quibus diversorum scholia colliguntur. Codice Græco usus est Sifanius mutilo, erratisque scatente : ipsaque loca mutila et corrupta ac dubia indicat ille in margine, quæ supplere aut corrigere studet, lectorum utilitati ut consuleret. Novam sacri textus versionem adhibuit : adhibetque in ora marginis lectiones variantes, quas ex versione vulgata sumit, itemque Erasmi, et Sebastiani Castalionis, ac Theodori Bezæ. Hinc vero sub initium operis hæc *ad Lectorem Admonitiuncula* legitur : « Admonendus Lector, ubi diversa in margine translatio apposita est; per *V.* Vulgatam, per *E.* Erasmi, per *C.* Castalionis, per *B.* Bezæ versionem significari : diversam ab his Laurentii Sifanii interpretis esse. » Jam habet catholicus Lector, ut si quid furfuris irrepserit, nosse illud queat sibique caveat.

42. *Commentarios in Epistolas sancti Pauli* Græco ex codice Latine sub pontificatu Pauli II, anno 1469, transtulit F. Christophorus Porsena, Romanus, Prior Sanctæ [XIX] Barbinæ, ac typis Romæ vulgavit anno 1477, dicavitque Sixto IV pontifici maximo, titulo *Athanasii* veluti auctoris, præfixo Commentariis.

43. Porsenæ interpretationem recognovit Joannes Lonicerus, recognitamque vulgavit sub nomine *Theophylacti*. Hujus esse, non *Athanasii Alexandrini* fetum, confirmat Erasmi auctoritate, et Joannis Fabri, et Joannis Beraldi. « Hosce *Theophylacti in Paulum Commentarios* (inquit in Præfatione ad Amicum Lectorem) falso hactenus Athanasio inscriptos, Erasmus in suis Annotationibus super illo Pauli ad Romanos, *Qui prædestinatus est*, luce lucidius, ac vero verius attestatur. » Erasmi scilicet hæc est sententia loco citato : « His verbis (*cognati pro Filio Dei*) utitur interpres operis, falso inscripti Athanasio : cum id quod antea suspicabamur, mox collato Græco Latinoque, comperimus esse Theophylacti. »

Verba sequuntur Joannis Fabri : « Hic etiam (Theophylactus) *in Pauli Epistolas* Commentaria scripsit, quæ transtulit Christophorus Porsena... sub falso titulo, quasi sint Athanasii Alexandrini. Qua re multi decepti fuerunt, quod et mihi contigisse ingenue fateor : nec meum etiam emendassem errorem, nisi dum ex Græcis et Latinis codicibus hinc inde collectis... aliud invenissem; licet semper dubitarim, propterea quod Basilius, Gregorius quoque Nyssenus in his citati fuerint. » Paria demum habet Beraldus : « Commentaria hæc *in Pauli Epistolas*, inquiens, quæ aliquot jam annos sub Athanasii nomine ac titulo sunt circumlata, quidam Theophylacto vindicant et asserunt. Nec dubito, quin optimis rationibus moveantur, potissimum qui Græca legerunt. » Hinc Latina operis interpretatio, sive quam recognovit Lonicerus, sive quam primus confecerat Porsena, sub nomine Theophylacti typis excusa prodiit pluribus in locis

Latina Loniceri editio aut recognitio lucem vidisse dicitur *Parisiis anno* 1542, in-8. Posteriores vidi plures. Hanc novis curis ad codicem Græcum, qui olim Erasmi fuerat, contulit anno 1552 Philippus Montanus; eamque vulgavit et ipse sub nomine Theophylacti plurimis in locis emendatam. Nuncupatoria ejus Epistola *Ad reverendum in Christo*

Digitized by Google

Patrem D. Carolum a Croy Tornacensium episcopum, data est *Lutetiæ e domo tua Tornacensi XII Octobris, anno Domini supra millesimum quinquagesimo secundo* : ubi supple *quingentesimum*. Hæc ibi habentur : « Per amicos exemplar vetustissimum (Græcum), quo usus fuerat D. Erasmus, jam tandem sum nactus : ad quod non sine magnis laboribus Latina nostra, infinitis pene locis, σὺν Θεῷ ut potuimus, sedulo emendavimus. »

Basileensi utor editione anni 1554, in-folio. In Præfatione ad Lectorem ita fertur de prioribus versionibus judicium : « Porsenæ, viri eruditi, ut opinor, et eloquentis versione, ut *multum a Græcis discedente*, ne dicam plerumque *dissidente*, ut quæ sit paraphrastica potius atque etiam nimium libera, utpote quæ plerumque adjicit quæ in Græcis non habentur, et contra plerisque in locis complures versus prorsus omittat, quæ tamen in nostro ms. codice Græco, eoque pervetusto aperte continentur : illius, inquam, omissa versione, Loniceri potius interpretationem arripuimus, eamque passim ubi tolerabilis esset, retinuimus. » Hæc alia, quæ præmittit, affero ejus verba : « Nos Græci codicis, quo usus erat aliquando D. Erasmus, fidem quam potuimus diligentissime, pro nostra qualicunque mediocritate secuti sumus, nisi sicubi scriba dormitasse videretur. Perabsurdum enim fuerit, ubique scribam nimium bona fide amplecti, hoc est, una cum ipsis erratis : quod Lonicerus sæpius factitasse deprehenditur. » Tum vero sphalmatum quæ emendavit specimina exhibet : quæve præterea, ut nitida ac utilis editio foret, præstanda censuit, diligenter enarrat. Illud operæ pretium fuerit unum animadvertere, *Vulgatam in Paulino textu versionem, qua passim utitur Ecclesia, fere* ab ipso Montano *retentam, nisi sicubi Theophylacti interpretatio illam immutare coegerit* ; quod attamen haud ubique observatum. In hanc editionem prostant Latini Latinii Observationes.

44. Idem Latinius anno 1557, quo « Romæ, 3 Nonas Octobris » Epistolam dabat *ad Andream Masium* : « Es, inquit, quæ Theophylacti nomine *in Pauli Epistolas* edita sunt, non ejus, sed *Athanasii cujusdam Byzantii monachi*, qui *trecentis ante nostram ætatem annis* floruit, plane esse (Sirletus confirmavit), atque in ea re non modo tecum sentire, qui Athanasii nomine eos Commentarios citas : sed cum iis etiam, qui plurimis abhinc annis constantissime nomen illud agnoverunt semper, et libris describendis præponi curarunt. »

[XX] Novus auctor Expositionum, de quibus agimus, obtruditur Athanasius monachus Byzantius, qui trecentis ante Latinii ætatem annis floruerit, sæculo scilicet tertio decimo. Quo vir doctissimus adductus momento fuerit, ut sequioris ætatis Athanasio adjudicaret opus, non innotescit. Quis vero ille fuerit Athanasius monachus Byzantius? Varii apud Fabricium in *Bibliotheca Græca* eo nomine appellati occurrunt scriptores Græci : neque ullus præsto est, cui prædictos Commentarios ascribas. Sæculo XIII desinente florebat Athanasius, Gani monachus, et post Gregorium Cyprium urbis regiæ patriarcha. Opusculorum ejus, quæ bene multa sunt, catalogum exhibent Fabricius et Oudinus : in eoque operis, de quo agimus, mentio nulla. Ejusdem fetus esse laudatus Oudinus putat *Commentarios in Psalmos*, quos sub nomine Athanasii Alexandrini vulgavit Montfauconius.

Quid quod Theophylacto Bulgariæ archiepiscopo opus quod in dubium vocatur, constantissime attribuunt mss. codices perantiqui et bonæ notæ. Codicem Erasmi memoro aliosque a Joanne Fabro expensos. Apud Lambecium libro V tres numerantur 221, 222, 223, in quibus Commentarii in Epistolas omnes Pauli Theophylacto nostro ascribuntur. Codex vero 221 *manu Leonis de Rhaul* exaratus fuit *mense Augusto, indictione II, Christi anno* 1139. Inter codices mss. bibliothecæ Regii Taurinensis Athenæi, tomo I, prostant num. 273 sub eodem *Theophylacti Achridæ in Bulgaria archiepiscopi* nomine *Commentaria in aliquot divi Pauli Epistolas* : adnotantque indicis auctores, « Procœmium in Epistolam primam ad Corinthios ab eo quod est in Editis, valde diversum esse : » quod ibidem integrum proferunt. Similes adnumerant codices plures Simonius, Casimirus Oudinus aliique, Regium Parisiensem, Augustanum, Bavarico-Monachiensem, Anglicanos, ac Florentinum Mediceum. Satis hæc sunt, ut dubium omne de germano auctore excutiatur.

45. Nondum typis Græcus textus prodierat. Lucem hic ex codice ms. Arundelliano aliisque duobus Oxoniensibus vidit Londini anno 1636, fol., juxta curas ac studium Augustini Lindselii, episcopi Herefordensis, quem sustulit mors ante editionem. Addita est e regione Latina versio, quæ, ut editores profitentur, « est quidem Philippi Montani, verum ubique adeo a nobis interpolata, atque ad Græcorum veritatem revocata, ut si per

Digitized by Google

operas typographicas licuisset, importune festinabundas, minus tædium foret, novæ potius condendæ; id quod committentibus liquebit. » Hæc porro causa, adnotante Simonio, quod in hac veterum interpretationum recognitione, menda plura relicta sint, quibus illæ scatebant.

Accuratiorem Theophylacti in his Commentariis, quam in cæteris, diligentiam commendat laudatus Simonius. Parerga desunt, neque frequentes occurrunt allegoriæ. Passim Chrysostomus defloratur : ejusque nomen quandoque occurrit, ὁ Μακάριος Ἰωάννης, ὁ πάμμεγας Ἰωάννης, ὁ ἐν ἁγίοις Ἰωάννης. Sed alios etiam scriptores vetustos decerptos esse, docet inscriptio codicis 222 apud Lambecium : *Expositio... collecta ex sancti Joannis Chrysostomi aliorumque veterum Patrum operibus.* Hæreticos passim in his Commentariis insequitur Theophylactus, ac theologicas Græcorum doctrinas tradit.

XII.

Commentarium in Epistolas canonicas, qui nec Latine, nec Græce vidit hactenus lucem, continent codices Vindobonenses ac Parisienses. Mutila prodiit, Lonicero curante, Expositio in quatuor prophetas minores, Latine translata : cujus defectum supplevit Christoph. Henricus Ritmeierus. Codices Venetus Marcianus et Vindobonensis expositionem continent in quinque minores prophetas : opus integrum, codex Bavarico-Monachiensis, Mariæ imperatricis jussu concinnatum a Theophylacto.

46. Codices Cæsareo-Vindobonenses, quos sæpe memoravimus, 220, 221 et 222, sub Theophylacti nomine *Commentarios* præstant *in Epistolas canonicas.* Parisiensis codicis mentionem ingerit Labbeus in *Nova Bibliotheca mss. librorum* parte II, § 1, pag. 80. Alius occurrit in Supplemento X, pag. 386. Nondum premente prelo sive Latine sive Græce excusum opus est.

47. Joanne Lonicero interprete et curante, Latina *Expositio in quatuor prophetas* [XXI] *minores, Habacuc, Jonam, Nahum et Oseam,* typis Francofurtensibus prodiit anno 1534, in-8. Posteriores aliæ confectæ sunt editiones plures. In Præfatione ad Lectorem, quæ eodem anno 1534 notata est, Lonicerus narrat : « Fr. Angelum Lucensem, Divi Antonii vicarium, ἡ βιβλιοφυλάκα, in præclarissima Veneta bibliotheca, Theophylacti in quatuor hosce paulo ante commemoratos prophetas ἐξηγήσεις describendas dedisse, descriptasque cum autographo contulisse... Proinde grati erunt, inquit, Angeli hujus angelicæ menti, qui aliquam saltem his ex lucubrationibus animorum suorum voluptatem capient. » Veneto Canonicorum Regularium cœnobio sub titulo Sancti Antonii præsidebat Angelus Lucensis. Insignem suam ibi bibliothecam locaverat Dominicus Grimanus, patriarcha Aquileiensis ac S. R. E. cardinalis, incendio postea consumptam.

De codicis defectu queritur Lonicerus : « Quod Osee vates ἀκέφαλος, λάγαρος καὶ μείουρος sit. Sub initium igitur e Græcis Bibliis quæ deerant, adjecimus (scilicet caput primum et priora decem commata secundi capitis.) In medio si qua deessent, idem fecimus, et asterisci * * indicabunt. Ab undecimo capite in finem usque, blattis tineisque corrosus periit : quare contextum prophetæ, qui cuivis ex Bibliis obvius esse potest, tum etiam intermittere visum est. »

Defectum hunc bonis avibus aliqua ex parte supplevit Christoph. Henricus Ritmeierus, qui Commentarium ad initium capitis secundi Osee, Græce ex apographo Jo. Andreæ Bosii ex codice Argentinensi descriptum, cum versione sua et notis edidit Helmstadii 1702, 4. Ita discimus ab Joanne Alberto Fabricio.

48. Integram in eosdem quatuor prophetas Exegesim continet Marcianæ Venetæ bibliothecæ codex, ac insuper *in Michæam.* Folium primum partim lacerum est; quod utique dolendum. Similis est Cæsareo-Vindobonensis codex 216 apud Lambecium, quo Commentarii continentur *in Oseam, Habacuc, Jonam, Nahum et Michæam.* Codicis titulus est : Ἐξήγησις εἰς τοὺς ιβ' προφήτας, *in duodecim prophetas :* ex quo « apparet (Lambecius ait), Theophylactum omnes duodecim prophetas minores Commentariis suis illustrasse. »

Integrum opus complectitur Bavarico-Monachiensis codex. Commentaria in ipso prostant sequenti ordine : *In Oseam, Habacuc, Jonam, Nahum, Michæam, Sophoniam, Aggæum, Zachariam, Malachiam, Joelem, Amos, Abdiam.* Caput primum Osee caret commentario, itemque secundi capitis comma primum. In expositione capitis IV lacuna patet a ϛ 3 ad comma sextum. Perfecta sunt ac integra postrema tria capita XII, XIII et XIV, cum suis

Digitized by Google

commentariis, quæ in editione Loniceri desiderantur. Alia in codice vacuola parva occurrunt. Codicibus autem, quos memoravimus, invicem collatis, damnum omne sarciri poterit.

Prologum primum in omnes prophetas minores præstat memoratus Venetus codex Marcianus, ex quo discimus, jussu Mariæ imperatricis elucubratum opus fuisse a Theophylacto. Græce transcriptum accepimus ab humanissimo peritissimoque viro Antonio Zannetti, Alexandri filio, custode bibliothecæ. Initium est : Φιλοθέου βασιλίδος καὶ φιλολόγου πληρῶν ἐπίταγμα, τὸ δὲ ἦν ἐκ τῶν εἰς τοὺς προφήτας πάλαι καταβληθεισῶν ἐξηγήσεων συντάγμιτι θέσθαι συνοπτικώτερον ὁμοῦ καὶ σαφέστερον, παραιτοῦμαι · *Dei et litterarum amantis imperatricis mandatum adimplens, ut scilicet ex Commentariis in prophetas jam factis breviorem et clariorem conficerem, oro*, etc. Et infra : Εἰ μὲν οὖν ἥνυσταί τι πρὸς τὸ βούλημα τῆς καλῆς ταύτης ἐν γυναιξὶν, ἧς οἱ ὀφθαλμοὶ καὶ ἡ νοερὰ ὡς περιστερὰς, καὶ τοῦ πνεύματος σαφῶς ἐνθέου, ταύτης σκόπου, καὶ τῆς πίστεως τὸ κατόρθωμα · *Si quid igitur perfectum fuerit juxta voluntatem hujus mulierum optimæ (cujus oculi et mens sicut columbæ), id erit spiritus ejus plane divini, intentionis, et fidei opus.* Integros Commentarios istos, ex antiquiorum Patrum monumentis decerptos, sperabat Joan. Albertus Fabricius in *Bibliotheca Græca*, vol. VII, pag. 765, brevi in lucem edendos a C. V. Joanne Henrico Lederlino, linguarum Orientalium in academia Argentoratensi professore, qui illos ex Græco codice bibliothecæ publicæ illius urbis descripserat, et utraque lingua vulgaturum receperat. Data fides in irritum abiit : præstabitque Veneta editio quod hactenus obtineri non potuit.

[XXII] XIII.

Undecim Homiliæ in totidem evangelia matutina Resurrectionis Domini, Theophylacto attribuuntur in codicibus. Sunt vero iidem omnino ipsius Theophylacti Commentarii super eisdem evangeliis, postrema homiliæ undecimæ parte excepta. Posterior Græcus aliquis videtur, tum postremam hanc adjecisse partem, tum commentarios Theophylacti in prædictas Homilias redegisse.

49. Alia sunt sacri argumenti opera, a Theophylacto elaborata. *Homilias undecim in totidem evangelia Officii matutini Resurrectionis Domini* exhibet codex Cæsareo-Vindobonensis, quem Lambecius libro v recenset num. 263. Vocari solent undecim evangelia ἀναστάσιμα, quibus memoria Resurrectionis Domini celebratur : ac etiam dicuntur ἑωθινά, quia in Officio matutino ea legunt Græci. Sunt vero desumpta : primum ex Matthæo, secundum et tertium ex Marco, ex Luca quartum, quintum, sextum; et quinque reliqua ex Joanne.

Initium eorum et finem ex libris Græcorum affert Goarius in Euchologio pag. 722 editionis Venetæ. Nimirum primum capite XXVIII Matthæi incipit ℣ 16 : *Undecim autem discipuli abierunt in Galilæam ;* ac desinit ℣. 20, *usque ad consummationem sæculi.*

Secundum capite XVI Marci a ℣ 1 : *Cum transisset Sabbatum*, ad ℣. 8, *Timebant eum.*

Tertii eodem capite initium ℣. 9 : *Surgens autem mane prima Sabbatorum ;* finis ℣. 20, *sequentibus signis.*

Incipit quartum capite XXIV Lucæ ℣. 1 : *Una autem Sabbati valde diluculo ;* desinit ℣. 12, *Abiit secum mirans quod factum fuerat.*

Quintum ibidem ℣. 13 : *Et ecce duo ex illis ibant*, ad ℣. 35, *Et quomodo cognoverunt eum in fractione panis.*

Sextum ibidem a §. 36 : *Dum autem hæc loquuntur, stetit Jesus in medio eorum*, ad ℣. 53, *Laudantes et benedicentes Deum.*

Initium septimi capite XX Joannis ℣. 1 : *Una Sabbatorum Maria Magdalene ;* finis ℣. 10, *Abierunt ergo iterum discipuli ad semetipsos.*

Octavum ibidem a ℣. 11 : *Maria autem stabat ad monumentum*, ad ℣. 18, *Quia vidi Dominum, et hæc dixit mihi.*

Nonum incipit ibidem ℣. 19 : *Cum ergo sero esset die illo ;* desinit ℣. 31, *Ut credentes, vitam habeatis in nomine ejus.*

Decimi initium capite XXI, ℣. 1 : *Postea manifestavit se iterum ;* finis ℣. 14, *Hoc jam tertio manifestatus est Jesus.*

Undecimum ibidem a ℣. 15 : *Cum ergo prandissent, dicit Simoni Petro*, ad ℣. 25, *Nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros.*

Digitized by Google

Quibus hæc hebdomadis ac diebus legantur evangelia, docent Typica et Canonia. Du-frosnium consule in *Glossario Græco*. In eadem undecim evangelia, totidem etiam exstant homiliæ Theophanis Ceramei apud bibliographos.

50. Hæc scribebam, cum incidit in manus Cæsareo-Vindobonensis codicis apographum, quod undecim præfatas continet sub Theophylacti nomine homilias. Scriptus legitur ἐν ἔτει ἑπταχισχιλιαστῷ δεκάτῳ πέμπτῳ, μην. Ἰουνίῳ κη', *anno* 7015, *mense Junio, die* 28, id est anno Christi 1507. Illico facta diligenti cum Theophylacti *Commentariis in quatuor Evangelia* collatione, perspicue certoque innotuit ex his de verbo ad verbum eas transcriptas esse homilias omnes, postrema parte homiliæ undecimæ excepta.

Res ita se habet. Undecima illa homilia incipit a ℣. 15 capitis XXI Joannis, *Cum ergo prandissent, dicit Simoni Petro Jesus*. Sequitur Theophylacti Expositio, eadem prorsus quæ in Commentario ad usque ℣. 23, *Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te?* Hæc vero in Commentario sic desinit expositio : « Alii autem affirmant, quod mortuus fuerit (Joannes :)et quod dicit, *Sic eum volo manere*, intelligunt sicut interpretati sumus. Omnes opiniones diximus, ne quam ignorent studiosi. Nobis autem placet, ut *Donec veniam* intelligatur, sicut Chrysostomo, divino et aureo illi ori, videtur, non de vita : sed quod non sit jungendus Petro. » Post hæc sequuntur commata Evangelii postrema duo, *Hic est discipulus* [XXIII] *ille*, etc., ac hisce verbis incipit Theophylacti interpretatio, « Quare cum nullus evangelistarum alius de se ipso perhiberet testimonium, hic de se ipso testatur, etc. »

Hæc vero postrema Expositionis pars longe differt in homilia; eamque præcedunt plura, quæ in Commentario desiderantur. Ab illis verbis, *Alii autem affirmant*, incipit discrepantia. Nempe, « Alii autem affirmant » (Latina versione utor, quam doctus peritusque linguarum orientalium, consodalis meus, Bonifacius Finettus adornavit) « eum proprie obdormivisse, seu mortuum esse. Etenim post Domitianum imperavit Nerva annum unum, qui Joannem ex insula Patmo revocatum, permisit habitare Ephesi. Hic cum solus ex omnibus discipulis superstes remansisset, cumque scripsisset Evangelium, in pace quievit. » Qua de re Eusebii testimonium adducitur in *Historiæ Eccles.* libro III, capite 1 et 31, itemque Polycratis Ephesiorum episcopi apud ipsum Eusebium libro V, capite 24, ac demum Hippolyti Romani, seu Portuensis, in opusculo *De prædicatione et obitu apostolorum*, quod vulgavit notisque illustravit Franciscus Combefisius. Hi omnes vita Ephesi migrasse Joannem testantur.

Hæc trium testium dicta ibidem in homilia excipit interpretatio in Evangelii locum, *Quod si eum volo manere*, quæ tribuitur Cæsario, Gregorii Nazianzeni fratri, in *Quæstionibus* sive *Dialogis* IV *de rebus gravibus*. Prostant hi in Lugdunensi Bibliotheca Patrum, t. V. In fine dialogi III hæc habentur, quæ sunt eadem in homilia : « Quomodo Petro de Joanne evangelista dicit Dominus, *Quod si voluero ipsum manere, donec veniam, quid ad te?* id quod indicat, ipsum vivere usque ad sæculi consummationem. Resp. Ipse Joannes in Evangelio suo id circa finem declaravit, dicens : *Et cum dixisset ei*, hoc est Petro, *sequere me : conversus autem Petrus*, etc. : quandoquidem enim ipsos piscantes offenderat, Petrum admonuit ut se sequeretur. Volebat autem ille et condiscipulum una cum ipsis proficisci, dicitque ad Jesum : *Domine, hic autem quid?* Quem indicare volens Jesus, debere apud mare manere (in piscatione) inquit : *Si voluero ipsum manere* (ad piscandum) *donec veniam* (sive huc revertar), *quid ad te?* »

Dialogi loco citato in Bibliotheca Patrum Cæsario tribuuntur, « quo tempore a secretis erat, et Constantinopoli docens viginti annos commorabatur. » In homilia sic legitur : Καισάριος ἐρωτηθεὶς ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπὶ συκρέτου (σεκρέτου) περὶ τούτου, *Cæsarius interrogatus de hoc privatim et familiariter, respondit*. Voces illæ ἐπισικρίτου, seu ἐπισεκρέτου, conjunctim sumptæ, *secretarium*, vel *a secretis* significant : at nostro in codice disjunctim scribuntur, ac significant *secreto*, seu *privatim*, et *familiariter*, scitissime adnotante Petro Lambecio libro IV, pag. 37, ubi cætera, quæ sequuntur, verba corrigit : ac opus illud, veluti genuinum Cæsarii fetum, multa vindicat eruditione.

51. An vero hæc Theophylactus *Commentario* suo *in Joannem* secunda manu addiderit, suorumque Commentariorum in Evangelia partes illas, in quibus agitur de resurrectione Domini, in undecim prædictas homilias redegerit? Pronus feror ut judicem, posteriorem quempiam Græcum tum *Homilias in undecim evangelia matutina Resurrectionis* ex Theophylacti Commentariis transcripsisse, tum postremam invecta in ejusdem Theophylacti

Digitized by Google

locum interpolatione auxisse. Pro more suo Bulgarus archiepiscopus varias aliorum opiniones refert in Commentario, ac præfert eis Joannis Chrysostomi expositionem. Contra morem hunc inseruit, ac addidit, scilicet interpolator, testimonia Eusebii, et Polycratis, et Hippolyti de morte Joannis evangelistæ : novamque invexit Cæsarii interpretationem. Tum vero confirmationis loco adnotat : in multis pluries errasse discipulos *circa interrogationes Christi et responsiones*. Atque demum opinionem illam, quam superius Theophylactus memoraverat, et in medio reliquerat, de Joanne evangelista ad annuntiandum Christi adventum cum Henoch et Elia inter vivos asservato, vocat ad examen : eamque refellit ipsius Joannis testimonio in Apocalypsi capite XI, ℣. 3 et seqq., ubi *duorum* solummodo *testium* mentio est. Hæc sane methodum a Theophylacto constantissime observatam minime sapiunt.

Postrema sequuntur Evangelii secundum Joannem commata duo : *Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his*, etc. Gravis, ac solida, et historica in commentario legitur interpretatio : Joannem de seipso perhibere testimonium, cum id [XXIV] evangelistarum alius egerit nemo : postremum fuisse, qui Evangelium scriberet, a Christo excitatum : et hanc ob causam sæpe dilectionis meminisse, qua ipsum divinus Magister ratione peculiari dignatus fuerat. Alia est expositio in homilia quæ violenta satis videtur : « Ego, discipulus ille a Domino dilectus, et qui recubuit super pectus Dominicum, confirmo me esse moriturum juxta naturæ legem. Vel aliter : Ille ab apostolis prædicatus, quod non esset moriturus, is ipse est, qui testimonium perhibet de his. » Interpretationis convenientiam nemo videat ullam. Cætera sunt in commentario egregie dicta, et latiore sermone exposita. Sunt vero levia, quæ habentur in homilia, ac humi repunt, paucisque verbis comprehendantur. Fetura Græci cujusdam recentioris, ni fallor, maxime appareat.

XIV.

Homiliam in adorationem venerandæ crucis medio Jejuniorum tempore Græce et Latine vulgavit Jacobus Gretserus : alia in sanctæ Mariæ Præsentationem in templo Latine edita a Francisco Combefisio. Fragmenta epistolæ ad Nicolaum diaconum et canstrisium apud Leunclavium in Jure Græco-Romano : integra vero exstat in codice Vindobonensi. Vocis « canstrisii » explicatio. In eadem continentur varia quæ apud bibliographos distinguebantur opuscula.

52. Ad alia, quæ sacri argumenti sunt opuscula, recensenda sermonem converto. *Homiliam in adorationem venerandæ crucis medio Jejuniorum tempore*, descripsit ex Bavarico-Monachiensi codice Jacobus Gretserus, Latine vertit, vulgavitque Græce et Latine tomo II *De sancta cruce*, ac etiam notis illustravit. Adnotat idem Gretserus libro I, capite 67, *tertia Dominica Quadragesimæ* agere Græcos diem festum, quo crucem adorandam proponunt eo fere modo quo Latini crucem ad adorationem ipso sacratissimæ Parasceves die exponunt. Rituales Græcorum libros affert, *Librum Sancti Sabæ* et *Triodium* : citatque Georgium Codinum curopalatam, et Patres quorum homiliæ in hoc festum exstant, Chrysostomum, Sophronium, Theodorum Studitam, Germanum patriarcham Constantinopol., Philotheum, Xiphilinum, Theophylactum. Simplici voce appellatur apud Codinum σταυροπροσκύνησις. Hoc anno 1753 celebratur die 14 Martii, stylo scilicet veteri; juxta Gregorianam vero correctionem, die 25 ejusdem mensis.

Homilia in sanctæ Mariæ Præsentationem in templo, Latine translata, exstat apud Combefisium tomo VIII *Bibliothecæ concionatoriæ* in mantissa. In opusculo, cui titulus, *Recensiti auctores Bibliothecæ Patrum concionatoriæ*, edito Parisiis 1662, sic ait laudatus Combefisius : « Præter vulgata Theophylacti Opera venit in manus, cum pene ad umbilicum vergeret *Bibliotheca* hæc *Patrum concionatoria*, ex ms. codice V. cl. Raphaelis Dufresne τοῦ μακαρίτου, *oratio* illius erudita piaque *in sanctæ Mariæ præsentationem in templo*, multis eo argumento merito præferenda, quam postremo per mantissam repræsentandam duximus. » Ejus etiam verba non præterierim, quæ legimus in Præfatiuncula ad mantissam tomi VIII *Bibliothecæ concionatoriæ*, « Sero, inquientis, advectis ex Italia, viri cl. Raphaelis Tronchet Dufresne, Burdegalensis, τοῦ μακαρίτου, curis ac solertia, mss. Græcis codicibus, nec paucis, nec spernendis; ac dum ejus bibliothecæ licitationi catalogus typis mandatur, immatura hactenus libris teneriore ipsius prole ; facta propensius, generosæ conjugis humanitate ac liberali indole, eorum tantisper copia, occurrit inter alia. . . . . luculen-

Digitized by Google

tus satis multisque eo argumento productis gravior undequaque tractatus (*in Præsentationem Virginis Deiparæ in templo*), libuitque vel per mantissam, omnium cumulo, jamque ad umbilicum perducta *Bibliotheca* mea *concionatoria*, hic reddere. »

53. Sub archiepiscopi *Theophylacti* nomine exstat in bibliotheca Cæsareo-Vindobonensi apud Lambecium libro v, in codice 224, Προσλαλιὰ τινὶ τῶν αὐτοῦ ὁμιλητῶν περὶ ὧν ἐγκαλοῦνται Λατῖνοι, *Dissertatio* (seu Alloquium) *ad quemdam suorum familiarium de iis rebus ob quas Latini a Græcis reprehenduntur.* « Meminit, inquit Lambecius, hujus Dissertationis Leo Allatius libro II *De Ecclesiæ Occidentalis et Orientalis perpetua consensione*, capite 10, § 2, his verbis : *Theophylactus* Bulgariæ archiepiscopus ... scripsit *ad Nicolaum diaconum et castrensem*, qui postea fuit Melesobæ episcopus, Tractatum *de erroribus Latinorum*. Ejusdem *Colloquium* [XXV] exstat *de accusationibus Latinorum* in bibliotheca Bavarica . . . An aliud sit ab eo, quem *ad Nicolaum* scripsit tractatum expedient illius bibliothecæ curatores. »

Epistolæ ad Nicolaum diaconum fragmenta nonnulla refert Demetrius Chomatenus, archiepiscopus Bulgariæ, in suis *Responsionibus ad Constantinum Cabasilam, archiepiscopum Dyrrachii*, apud Leunclavium in *Jure Græco Romano*, libro v, pag. 318. Hæc vero fragmenta iisdem ac totidem verbis in prædicta Dissertatione habentur. Græce inscribitur Προσλαλιὰ, *Alloquium*, seu *Colloquium* : unde ab eo non differt, quod Bavarica bibliotheca *Colloquium* servat. Hæc discimus omnia ex apographo prænotatæ Dissertationis, quod ex codice Vindobonensi descriptum, transmissumque Venetias, vidimus et expendimus.

54. Græca operis inscriptio apud Chomatenum, hæc est : Πρὸς Νικόλαον διάκονον, καὶ καστρήσιον. Latinus interpres vertit, *ad Nicolaum diaconum et castrensem*, postrema hac voce male et inepte translata. Petrus Pithœus in *Dissertatione de historia controversiæ processionis Spiritus sancti*, vertendum admonet, *canistrarium*. Verti etiam potest, *canstrisium*, recte utroque modo. Apud Codinum inter ecclesiastica officia, in secundo quinario habetur ὁ καστρήσιος, εἰς τὸ καστρῆον, καὶ εἰς τὸ ἀλλάσσειν τὸν ἀρχιερέα, *Canstrisius canistro præfectus est, et patriarchæ dum vestes mutat, servit.* In notis docet plura Goarius : « Καστρήσιος quoque, necnon καστρίνσιος, et καστρήνσιος scriptum reperies, et pro variis Græcis characteribus, varie quoque Latine redditum (*canstresius, castrinsius, castrensius*). Sensus requiratur, ubi vix juvat character. Καστρήσιον ἀπὸ τοῦ καστρίου dictum video : (quod) *panis benedicti lancem*, vel potius *thuris* arculam, vel denique *canistrum* recipiendis patriarchæ vestibus idoneum interpretor. »

Utilem addo Jacobi Gretseri observationem : « Bonefidius in Jure suo Orientali vocat *castrensem*, male. Nihil enim loci *castrensis* in Ecclesia et ecclesiasticis officiis. Dicitur ergo *canstrisius*, quasi *canistrius* a *canistro*. Jus ei erat εἰς τὸ κάνστριον, inquit Codinus, *in canistrum* καὶ εἰς τὸ ἀλλάσσειν τὸν ἀρχιερέα · etiam munus erat, patriarcham, seu episcopum, quando vestes in re divina peragenda mutandæ erant, adjuvare et induere, una cum *hieromemnone* [alio officiali, *canstrisii* adjutore]. Itaque *canstrion* nihil aliud videtur hic esse, quam *vestiarium*, seu locus vestium sacrarum : et ipse *canstrisius* nihil aliud quam is qui inter palatinas dignitates appellatur *vestiarius*.

55. In eadem *ad Nicolaum diaconum et canstrisium Epistola*, sive *Dissertatione*, sive *Allocutione*, sive *Colloquio*, iis omnino expressa verbis leguntur *Argumenta* omnia *adversus processionem Spiritus sancti ex Patre Filioque*, quæ affert cum suis Refutationibus Joannes Beccus, patriarcha Constantinopolitanus, in *Oratione* I *de unione Ecclesiarum*, apud Allatium tomo I *Græciæ orthodoxæ*, a pag. 215. Hinc minime dubitandum aut suspicandum impostorum de unitate operis, quod hactenus ob varios prædictos titulos, *Epistolæ, Dissertationis, et Colloquii* in plura opuscula distribuebatur.

XV.

« *Regia Institutio* » *ad Constantinum Porphyrogenitum Græce et Latine edita a Petro Possino, et Oratio ad Alexium Comnenum imperatorem in codice Bavarico-Monachiensi. Carmina inedita et Epistolæ a Baronio et Meursio vulgatæ. Opera dubia et supposititia.*

56. Ad humaniorís litteraturæ classem spectant, quæ sequuntur, Theophylacti lucubrationes. Primo loco *Regiam Institutionem* recenseo *ad Constantinum Porphyrogenitum*, Michaelis IV Ducæ imperatoris, et Mariæ ex Iberorum sanguine regio satæ filium. Præclarissimum opus primus in lucem emisit Petrus Possinus ex bibliotheca Florentina Mediceæ,

Digitized by Google

ut admonet in Epistola nuncupatoria ad Ludovicum XIV Galliæ et Navarræ regem Christianissimum, typis Regiis Parisiensibus 1651, in-4. Latina versio prodiit in Lugdunensis Bibliothecæ Patrum tomo XVIII, eamque iterum cum Græco textu vulgavit Bandurius in *Imperio Orientali*. Duas in partes tribuitur opus, *Panegyricam* priorem, alteram *Parænelicam*. Quo tempore eam Theophylactus scripserit, diximus num. 8.

[XXVI] *Orationis ad Alexium Comnenum imperatorem* meminit Latinus Latinius in *Bibliotheca sacra profana*, ubi de Theophylacto agit, his verbis : « Exstat ejus Oratio ad eumdem Alexium : atque ita Laurentius Sifanius ex Joanne Sambuco scripsit in præfatione *Commentariorum* Theophylacti *in Acta apostolorum*. » Apographum præ manibus habeo, ex codice Bavarico-Monachiensi descriptum, quod Latine vertit laudatus consodalis, Bonifacius Finettus.

Composuit panegyricam hanc Orationem auctor post bellum Scythicum, pluresque in eo reportatas ab Alexio imperatore victorias. Late describit illud Anna Comnena toto libro VII *Alexiados*, ac sub initium insequentis libri VIII, ubi Augusti ingressum Regiam in urbem refert, « omni lætitia et gratulatione » celebratum. Eodem in libro VII legimus, ad Alexium, qui augendo contra Scythas exercitui operam dabat, venisse « Flandriæ comitem Robertum, ἐξ Ἱεροσολύμων ἐπανερχόμενον, Jerosolymis revertentem. » Hanc ille peregrinationem susceperat decennio ante sacras expeditiones, anno scilicet 1085, a qua nondum reducem fuisse anno 1089 auctor est Majerus libro III, apud Dufresnium in notis ad librum VII *Alexiados*. Itaque post annum 1089 finem habuit bellum Scythicum, eoque tempore scripta Panegyris a Theophylacto.

In ea hæc ejus verba sunt : Τί μὴ τὸν βασιλέα υἱὸν καὶ βασιλέα γνωρίζεις, *cur regem filium non renuntias regem*, ἀλλὰ ἀναδύῃ τὴν ποθουμένην ἀνάῤῥησιν ; *sed desideratam detrectas renuntiationem* in regem ? Satis hæc indicant Joannem nondum a patre Alexio assumptum fuisse in consortium imperii. Id vero factum anno 1091, ut habet Pagius, cum quatuor ille annos natus esset : unde anno circiter 1090 encomio suo Alexium imperatorem celebravit Theophylactus.

57. Apud Labbeum in *Nova Bibliotheca mss.* parte IV, pag. 137, codex Regius recensetur cum *Theophylacti Bulgariæ archiepiscopi versibus consolatoriis in calamitate*. Carminum utique, quæ ipse cecinerit, meminit in epistola inter Meursianas 20 : Ἠμυνάμην στίχοις ἰαμβείοις πολλὰς ἐλεγείας ἄσαι δι' ὅλου ἐναντίου με καταναγκάσαντος, *propulsavi carminibus iambicis multas elegias per annum canere coactus*.

Epistolarum denique codices duo noti sunt, Vaticanus et Florentinus Mediceus. Ex isto Theophylacti Epistolæ 75 Græce prodierunt, curante Joanne Meursio, Lugduni Batavorum 1617, in-4, ac Latine in Coloniensi et Lugdunensi Patrum Bibliothecis, interprete Vincentio Marinerio, Valentino. Vaticano in codice exstant, Baronio teste, Epistolæ quinquaginta novem, quæ Latinitate a Jacobo Sirmondo donatæ nondum lucem viderunt, aliquibus et aliquarum fragmentis exceptis, quæ Baronius affert ad annum 1071 et 1073. Recole quæ superius dicta sunt num. 4

Pollicitus fuerat Labbeus in *Nova Bibliotheca mss. librorum* parte III, pag. 102, « comparaturum se Græcam editionem Lugduno-Batavam Joannis Meursii cum ms. codice, atque interpretationem editurum a R. P. Jacobo Sirmondo jam olim concinnatam ; » quod ipse aut morte præventus, aut gravioribus negotiis implicitus minime præstitit. Utinam id perfici aliquando queat.

58. In veterum Patrum Bibliothecis fragmentum prostat sub nomine Theophylacti, inscriptum *De risu et vociferationibus*. Præstat illud Lugdunensis Bibliotheca Patrum t. V, pag. 1214. Nempe, « Quin et hunc morem introduxit, qui hodie obtinet, quod in splendidis atque solemnibus festivitatibus Deo et sanctorum recordationi fit contumelia per fœdas cantilenas, et risus, et insanos clamores, quibus adhibitis sancti hymni cantantur. Philippus Labbeus in sua ad Bellarminum de scriptoribus ecclesiasticis historica Dissertatione sic ait : « Ejus [*Theophylacti Bulgariæ archiepiscopi*] alteriusve Theophylacti, forte *Simocattæ*, dicendum sit fragmentum *De risu et vociferationibus* in festis sanctorum, ambigo. » De Theophylacto Simocatta diligentius agit Joan. Albertus Fabricius in *Bibliotheca Græca* volumine VI, notatque floruisse ipsum *extremis Heraclii imperatoris temporibus ac deinceps*. Pro archiepiscopo demum Bulgariæ judicium fert laudatus Labbeus in Addendis, « Archiepiscopo Achridano potius, inquiens, quam cæteris Theophylactis, fra-

Digitized by Google

gmentum illud adjudicandum censeo, quod in Bibliothecis Veterum Patrum occurrit : *Quin et hunc morem introduxit* » etc. Judicium ego suspendam.

Memorat idem Labbeus fragmentum aliud Theophylacti *de Nicephoro confessore*, veluti Bibliothecis Patrum insertum : *quod* (ait Fabricius in Theophylacto Simocatta) *nusquam reperio*. Sanctum Nicephorum patriarcham Constantinopolitanum intellige, qui ob sacrarum imaginum cultum in exsilium pulsus, vita migravit [XXVII] anno 828. De ipso agunt Bollandi continuatores ad diem XIII Martii ; neque indicant quidpiam quod Theophylactus de eo scripserit.

Possevinus ejus Opera in *Apparatu sacro* recensens tomo II, sic ait : « *Commentarii* et Enarrationes *in prophetas*, juncta explicatione *in Psalterium Davidis*, erant mss. in bibliotheca imperiali Viennæ Austriæ.» Ne cuiquam fucum hæc faciant verba, animadvertere opus est, indicari codicem 216 apud Lambecium libro V, in quo primo occurrunt Bulgariæ archiepiscopi Theophylacti *Expositiones in quinque prophetas*, utique *minores*, *Oseam*, *Habacue*, *Jonam*, *Nahum et Michæam*. Prostat deinde a fol. 218, *Nicephori Blemmidæ expositio in Psalterium Davidis* ; et a fol. 356, ejusdem *Blemmidæ expositio in Appendicem Psalterii Davidici*, nempe *in Cantica*. Caveat ergo, qui Possevini verba legerit, ne Theophylacto nostro ullam *in Psalmos* (*a*) et *Cantica* expositionem ascribat.

In Veneta Sancti Marci Bibliotheca codex exstat num. 26 in quo post Commentarios Theophylacti *in quinque prophetas minores*, prostat, Νικήτου ἐπισκόπου τῆς μητροπόλεως Ναυπάκτου σύνταγμα, *Nicetæ episcopi metropoleos Naupacti Syntagma in Evangelium Matthæi, collectum præcipue ex interpretationibus Chrysostomi aliorumque diversorum*. Sed neque Chrysostomi, neque veterum aliorum interpretum nomina exprimuntur, ut in Catenis fieri solet. Procemium incipit : Ἔδει μὲν ἡμᾶς μὴ δεῖσθαι τῆς ἀπὸ τῶν γραμμάτων βοηθείας. Idem est cum eo quod Catenæ sanctorum Patrum in Evangelium secundum Matthæum præmissum legitur in Symbolis Græcorum Patrum a Petro Possino vulgatis tomo I. Sed quæ Catena hoc loco sequitur, omnino differt a Syntagmate. In hujusce initio nonnulla occurrunt, quæ sunt prorsus eadem cum Theophylacti Commentario. Quo se res habeat modo, patefacit nota Græce scripta in ejusdem codicis folio 64, quam, veluti scitu dignissimam, Græce et Latine juris publici fecere clariss. editores *Græcæ Divi Marci Bibliothecæ* in ejus codicis recensione. Latina interpretatio est : *In alio libro inveni præsentem expositionem sub nomine Bulgariæ episcopi, scilicet domini Theophylacti : quæ autem erat in illo libro, cum hac conveniebat initio præcipue : progressu vero discrepabat. Quare arbitror, hanc Naupacti episcopo adjudicatam, qui plura mutuatus fuit a Theophylacto, sive Chrysostomo : quandoquidem et posterior tempore fuit Theophylacto*. Jam patet, aliquibus in codicibus Expositiones prostare sub nomine Theophylacti, perperam scilicet eidem suppositas.

Auctor *Syntagmatis* in nota dicitur *Nicetas episcopus metropoleos Naupacti*. Apud Montfauconium in *Bibliotheca Bibliothecarum mss.* tomo I, pag. 27, col. 2, sequens legitur inscriptio inter codices reginæ Sueciæ in Vaticana : *Nicetæ episcopi nuncupati expositio in quatuor Evangelia* ; ubi vocem *nuncupati* positam pro *Naupacti*, verisimili conjectura adnotant laudati *Marcianæ Venetæ Bibliothecæ* editores. Hujusce Nicetæ metropoleos Naupacti episcopi mentio nulla apud Michaelem Lequienum in *Oriente Christiano*, tomo II, col. 198 et seqq. in eadem Naupacti Ecclesia : neque mirum, cum series eorum episcoporum integra desideretur. Theophylacto synchronus florebat Nicetas Serrarum, postea Heracleæ, episcopus. Ad hunc data est ejusdem Theophylacti nona inter Meursianas epistola, scilicet, Τῷ διδασκάλῳ κυρίῳ Νικήτᾳ, τῷ τῶν Σερρῶν. Is est qui scholia scripsit in Orationes sancti Gregorii Nazianzeni. Laudatæ epistolæ prima verba sunt : Καὶ ὁ τοῦ Εὐαγγελίου τῆς ἀληθείας ἐξηγητής, *Etiam tu, qui Evangelii veritatis interpres fueras, mendacio convictus es*, etc. An ergo Commentarium vel Catenam in Evangelia scripserit ? Catenam Possinus ei attribuit, quam in Symbolis vulgavit tomo II. At primus enim, qui in eodem opere recensetur inter auctores quorum sententiæ deflorantur, Nicetas est. Hujusmodi Catenarum compilatores frequentius obscuri sunt.

Mirum non fuerit, in Syntagmate superius citato occurrere non pauca, quæ cum genuino Theophylacti Commentario conveniunt : vel enim Theophylactum decerpebat Nice-

(*a*) Theophylacti Commentarium ineditum in Psalmos memorat C. B. Hasius ad Paulum Diaconum p. 489 (in editione nostra col. 889, not. 35. Tom. CXVII). EDIT. PATR.

Digitized by Google

tas ille, qui sequiori ætate vitam agebat, vel ambo unum Joannem Chrysostomum in compendium redigebant. Id etiam a Petro Possino observatum in Catena, quam tomo I typis edidit, sine ullo collectoris nomine, quem se nescire in Præfatione testatur, eo quia « operis titulum, rubramento minus tenaci concinnatum, nulla ope assequi potuerit. » Animadvertit vero, « quæ plurima compilator, quicunque est, attribuit Chrysostomo, ea fere apud Theophylactum reperiri, sententiam si spectes : nam verba, quantum animadverti, semper diversa sunt. Interdum copiosior noster est (scilicet Catenæ auctor), etiam ubi Theophylactum in pauciora cogat : si tamen Theophylactum [XXVIII] vidit unquam, et non potius ex eodem, unde Theophylactus totus pendet, hausit ipse quoque communi utriusque fonte, Chrysostomo. »

XVI.

Theophylacti doctrinæ capita nonnulla peculiari examine discussa : ac primo Græcorum scissionis prætextum improbat, ex rituum differentia sumptum. Agit præcipue de oblatione in azymis, deque jejunio Sabbati. Suffocatorum esus, quem damnat, vindicatur innoxius. Latinis favent Petrus Antiochenus patriarcha, et Demetrius Chomatenus, Bulgariæ archiepiscopus.

59. Hæc Opera Theophylacti, quæ hactenus recensuimus, tametsi præclara sint, nævis attamen aliquibus ac vitio non carent. Non eas divinorum Eloquiorum interpretationes intelligo, quas peritiores interpretes accuratiore examine discussas non probant vel rejiciunt, veluti historiæ sacræ, aut sacri scriptoris menti minus consonas. Intelligo peculiares doctrinæ errores, in quos impegit ille sive pro humana infirmitate, sive pro communi cum suis gentilibus præjudicio. Sed etiam capita doctrinæ quædam sunt apud ipsum, quorum alia, partium studio semoto, contra vigentes inter Græcos opiniones tradidit, illustravit, vindicavit : alia docuit inculentissime, insigne de Græcæ Ecclesiæ recta fide testimonium perhibens adversum posteriores, quæ in Occidente exortæ sunt, hæreses Lutheranorum et Calvinistarum. Ex utriusque classis documentis pauca seligimus, quæ hoc loco illustranda sunt.

De sacra Latinorum *oblatione in azymis* deque *jejunio Sabbati*, aliisque ritibus mitius ac benignius, quam cæterorum ævi sui ac sequioris Græcorum, ipsius Theophylacti judicium est. Sæculo Ecclesiæ undecimo, quo ipse natales habuit, ac vitam egit, floruitque litteris et dignitatibus, miserandum infandumque Michael Cerularius patriarcha Constantinopolitanus, cum Leone Bulgariæ archiepiscopo Achridano, et Niceta Pectorato monacho, instauraverat schisma : ejusdemque conflandi fovendique causas obtendebat, *consecrationem in azymis, jejunium Sabbati, suffocatorum esum*, aliorumque rituum diversitatem. Nullam imo schismatis promovendi causam hanc esse, apertissima Theophylacti sententia est.

Hanc aperit et vindicat in *Epistola ad Nicolaum diaconum et canstrisium*, quam Græce habemus ex codice Cæsareo-Vindobonensi, Latinitate donatam a Bonifacio Finetto. Diaconus ille rogaverat Theophylactum, ut *Latinorum circa res ecclesiasticas errores breviter, quantum fieri potest, refelleret*. « Quoniam, inquiebas (verba sunt ipsius Theophylacti), et multi sunt, et ad *scindendas Ecclesias* haud modicam vim habent. Nos tamen, etsi multos, imo fere omnes ita sentire novimus, *haudquaquam* ita sentimus : neque multos eorum errores esse cognoscimus, ne quetales qui *ad discindendas Ecclesias* sint idonei : οὔτε σχίζειν Ἐκκλησίας δυνάμενα. » Errores Latinorum, quos diaconus incusabat, pergit ille narrare : « In multis quidem videntur Latini errare. Videlicet azyma offerunt, jejunant in Sabbato, jejuniorum dies ante Passionem non sicut nos numerant, clericorum matrimonia dissolvunt, laicorum vero indiscriminatim permittunt : barbas (μὴ γελάσειν μέλλεις, ne rideas) radunt non solum alii, sed etiam qui sacri sunt ordinis : et horum manus splendent annulis, vestemque sacerdotalem ferunt sericis intextam staminibus, variisque coloribus ornatam : imo et carnes comedunt, et Dominum adorantes ad terram procumbunt. »

Animadverte verba illa, *ne rideas* ; ac tuto collige, plerasque hujusmodi contra Latinos accusationes risu dignas Theophylacto visas esse. Judicium ejus accipe : « Ego, vero et horum, (qui dicuntur *errores*,) alios οὐδεμίας ἐπιστροφῆς, *nullius emendationis* ; alios vero μετρίας, *mediocris* indigere puto ; quam si quis perficiat, aliquod quidem, sed modicum Ecclesiæ beneficium impendat ; si vero id obtinere non possit, non sit hoc inter Ecclesiæ damna computandum. »

60. Late disserit *de oblatione in azymis*, deque *Sabbati jejunio*. Improbat istud, ac illi præ-

Digitized by Google

ferendum censet ritum *consecrationis in fermentato*. At demum « reliquum est, ut admoneamus, inquit, vulgares nostros homines, quotquot zelum quidem habent, sed non secundum scientiam; quive, quod gravius est, ex cæco sui amore Christi corpus dilacerant. » Ait etiam [XXIX] : « Non igitur neque propter azyma, neque propter jejunium, durius nos habebimus erga inflexibilem gentis pertinaciam. »

Pervicaces suis in ritibus Latinos appellat : neque tamen Græcæ gentis duritiem in eos approbat. Hæc alia ejus verba refero : « Neque multum refert, de cæteris enumeratis (ritibus), quos ipsi (Latini) se observare fatentes, (*præter suffocatorum esum* : hujus enim ne nomen quidem prudentioribus Latinis ferendum videtur...) multis irremissibiliter peccare videntur. Quorum sermonibus non assentire, hominis est, ut puto, in ecclesiastica historia exercitati; qui probe novit, non omnen consuetudinem ad Ecclesias scindendas valere : sed id tantum, quod dogmatis diversitatem infert. Consuetudines autem diversas, aut etiam quæ apud præclaros hos judices (Græcos morosiores carpit) errata sunt, ortas esse alias ex pietate et religione, ut sacra pavimenta osculari (nequo enim Satanicam illam calumniam admittimus, quod Latini imaginum venerationem respuant); alias vero ex provida quadam dispensatione ob infirmitatem, fortasse quidem animæ, sed certe corporis; ut quod monachi in infirmitatibus carnes comedant. »

61. Calumniam illam, quam *Satanicam* vocat, excogitavit invexitque Cerularius. Ad suffocatorum esum quod attinet, Humbertus, Silvæ Candidæ S. R. E. cardinalis, Leonis IX papæ Constantinopolim legatus, ejusdem Cerularii tempore, testabatur juxta Romanæ Ecclesiæ disciplinam, « gravem pœnitentiam imponi iis qui absque extremo periculo vitæ, sanguine vescebantur, vel quocunque morticino, aut præfocato. » Hinc Theophylactus aiebat, suffocatorum ne quidem nomen prudentioribus Latinis ferendum videri.

A pristino rigore recessum est : quoniam « ubi Ecclesia gentium (ut ait Augustinus libro XXXII *Contra Faustum Manichæum*, capite 13) talis effecta est, ut in ea nullus Israelita carnalis appareat; jam hoc Christianus non observat (quod utique ad tempus jussum fuerat), ut turdos, vel minutiores aviculas non attingat, nisi quarum sanguis effusus est : aut leporem non edat, si manu a cervice percussus, nullo cruento vulnere occisus est : » Scriptores polemicos hac de re luculentius tractantes consule.

62. Gentiles suos pergit ibidem Theophylactus latiori sermone adhortari, ut odia deponant ac nimiam duritiem, unitatem diligant catholicæ Ecclesiæ, eamque non dilacerent ob innoxias discrepantes consuetudines, vel etiam ob errores, si qui essent, quos condonari satius est. Mens eadem olim fuerat Petri Antiocheni patriarchæ, in epistola ad Michaelem Cerularium, quæ Græce ac Latine exstat apud Cotelerium in *Ecclesiæ Græcæ Monumentis*, tom. II. Incusatos Latinorum ritus expendit, et ait num. VI : « Quid enim ad nos, si pontifices barbam radant, et in signum desponsationis cum sancta Dei Ecclesia gerant annulum? Nos quoque supra caput *Geraram* (coronam) facimus... Sed et ipsi aurum gestamus, qui amicti simus chirothecis, manipulis et stolis auro intertextis. »

Agit num. VII de carnium esu apud monachos : « Quod autem, inquit, polluta manducent ipsi, eorumque monachi edant carnem, adipem porcinum ; illa quoque invenias, modo indagaveris, apud quosdam e nostris fieri. »

Pro fermentato pane acerrime pugnaverat in epistola ad Dominicum Gradensem patriarcham, quæ loco citato apud Cotelerium prostat. In hac vero ad Cerularium sic ait num. XV : « Quæstio de azymis... eversa est, nisi canonico huic effato (Latini) innixi, *Visum est omnibus utendum esse antiquis consuetudinibus*, antiquam apud se asserant azymorum traditionem. » Quam utique vetustam esse Latini probant, ac ipsius Domini nostri Jesu Christi exemplo firmatam. Id inficiabatur Antiochenus ; verum id lubens fatetur Theophylactus, ut infra dicendum. Ait ille demum num. XVII : « Vide, honoratissime domine, quomodo eorum, quæ a nostris peccantur, non attendentes, aut etiam conniventes ; majori cura sermones vanos serimus, et aliena curiose perscrutamur : » quæ vel innoxiæ sunt vetustæ consuetudines : vel si quid vitii contraxerint, non illud unquam admisit Romana aut Occidentalis Ecclesia. Prudentissimum Petri consilium utinam præ oculis Græci habeant !

Digitized by Google

Eadem fuit Demetrii Chomateni, Achridensis in Bulgaria archiepiscopi, sententia in epistola ad Constantinum Cabasilam archiepiscopum metropolis Dyrrachii, [XXX] apud Leunclavium in *Jure Græco Romano*, libro v. Ecclesiam suam administrabat Chomatenus tertio decimo sæculo. Is est qui Theodoro II Angelo, imperatoria insignia post captam a Latinis Thessalonicam arripienti, anno 1222, diadema imposuit, pro suæ Ecclesiæ autocephalia sibi jus asciscens quoslibet, ubicunque, vel quandocunque reges vel imperatores ungendi. Lequienum consule in Archiepiscopis Achridensibus. Interrogationibus Cabasilæ circa Latinorum errata respondet ille juxta mentem Theophylacti. Verba sunt : « Ex sententia *hujus sapientissimi scripti* (quod est Theophylacti epistola ad Nicolaum diaconum et canstrisium, cujus aliqua afferuntur fragmenta) videre est : in omni gente, quæ Christi prædicationem susceperit, ὡς ἐλάχιστα, quam minime morum ipsorum defectus (si qui essent) observandos esse... quandoquidem *mores non eam vim habent ab iis divellendi quam dogmata perversa*. Unde neque consecrata a Latinis azyma, neque hæc suscipientia et sacrificio servientia eorum vasa, et consequenter neque sacras eorum stolas, neque hujusmodi quidpiam, immundum pollutumque existimabimus. »

XVII.

Sacram Eucharistiam in azymo pane institutam a Christo Domino, docet Theophylactus in epistola ad Nicolaum diaconum. Itemque in Commentariis ad Matthæum et Lucam. Non adversatur in Commentario ad Joannem, ubi Christum suum prævenisse Pascha docet. Locus Matthæi corruptus in aliquibus codicibus : corruptionis origo. Corruptus etiam fortasse locus Marci : qui tamen vindicatur.

63. In ea quæstione, quæ Græcos inter ac Latinos agitur, *num cœnam legalem legitimo tempore Christus Dominus peregerit, ac mysterium eucharisticum confecerit in azymo pane*, Græcis suis adversatur Theophylactus, favetque Latinis. Jesu Christi, azymum in corpus suum transmutantis, exemplum, quo suum Latini ritum vindicant, iis eripere Græci conabantur olim, hodieque conantur, variis pro genio opinationibus invectis.

Meletius quidam in sermone *De azymis*, qui sub nomine Joannis Damasceni apud Lequienum prostat, tomo I, contendit, « Agnum paschalem comedere absque panibus fermenti expertibus Judæos consuevisse, » azymosque ejuscemodi panes non adhibitos esse ad mensam « ante decimam quintam diem, » v. g. a media nocte computatam, mensis primi. In hunc impegit errorem, Mosaicæ legis præscripto sine dubio adversum, Petrus Antiochenus patriarcha in epistola ad Dominicum Gradensem apud Cotelerium in *Monumentis Ecclesiæ Græcæ*, tomo II. Alia inita via, bini auctores anonymi, quos in *Bibliotheca* recenset Photius cod. CXV et CXVI, putabant, « Christum Dominum in extrema illa cœna non comedisse Pascha legitimum. » Hinc sive ille, sive isti sibi videntur concludere posse panem illum, quem in cœna mystica Christus adhibuit, azymum non fuisse. Fuerunt alii demum, quos Euthymius Zigabenus secutus est : Christum, inquientes, « uno die Pascha Judaicum antevertisse, » dieque *tertia decima, non quarta decima*, paschalem agnum vespere manducasse cum lactucis agrestibus, et azymis, ac stando, et baculos tenendo præ manibus; qua cœna peracta, communem panem, seu *fermentatum* denuo allatum esse ; « in eoque eucharisticum mysterium instituisse. »

Hæc rejicit omnia Theophylactus in laudata ad Nicolaum diaconum et canstrisium epistola. Luculentissima ejus verba sunt : « Quod attinet ad Latinos ; non nos illis prave interpretabimur primum diem Azymorum : dicentes eam esse decimam mensis, in qua sumebatur agnus. Novimus enim a lege primam Azymorum diem, τὴν ιε' ἡμέραν, diem dici *quintam decimam;* in qua scilicet illucescit nox comestionis paschatis, νὺξ ἐπιφώσκει τῆς τοῦ πάσχα βρώσεως. » Nimirum vespera, aut nox est, quæ diem quartam decimam complet, et inchoat decimam quintam, juxta morem dies computandi a vespera ad vesperam. « Unde et quidam ex sacris nostris doctoribus (qui ab ipso etiam Chrysostomo in suo ad Matthæum Commentario laudatur), exponens eam, quæ ab evangelista dicitur *prima azymorum*, ait, primam azymorum a Matthæo appellari diem, quæ Azyma præcedit, [XXXI] πρὸ τῶν Ἀζύμων, sciens quidem cui diei nomen istud lex imponeret, at insinuans novo quodem sensu hoc ab evangelista dictum esse.

« Neque vero nos affirmabimus : Christum aut legale pascha non perfecisse, ut inde

Digitized by Google

azymorum usum non fuisse inferamus : vel perfecisse quidem, sed ante tempus, quo fermentum exterminabatur, ut tunc etiam panis fermentatus inveniretur. Hæc enim nonnulli nimis audacter dixerunt. Non igitur aliquid eorum, quæ ita dicta sunt, rursus in medium afferam : neque enim licet mysteria veritatis mendacio confirmare..... Quæ igitur sententia mea est? Hæc scilicet : Dominum Jesum Christum comedisse pascha, ἐν καιρῷ καὶ ὅτε ἡ ὥρα ἐγένετο, suo tempore, et cum hora fuit, præparatum a discipulis et domino domus, κατὰ τὸ ἔθος δηλαδή, καὶ οὐκ ἄλλως, videlicet juxta consuetum, et non aliter. Alioquin novitatem illam adnotasset Evangelium.... Comedisse autem pascha legale prius, deinde et mysterium sui paschatis tradidisse discipulis ex pane, qui tunc inventus est. Εὑρητο δὲ τηνικαῦτα ἄζυμος, inventus est autem panis azymus. » Theophylactum sibi ex diametro adversantem Græci habent.

64. Hæc eadem mens est ejusdem ac sententia in Commentariis ad *Matthæum* et *Lucam*. Affero primum, quæ ejus habentur verba ad caput XXVI Matthæi, v. 20. « *Vespere autem facto discumbebat*, etc. Ex hoc putant quidam, quod hoc anno non comederit Christus pascha. Dicunt enim, quod stantes comedebant agnum : Christus autem recumbebat; igitur pascha non comedit. Dicimus itaque, quod prius pascha (legale) stans comederit : deinde recumbens tradidit suum sacramentum. » Mentem jam suam aperit : minus tamen se peritum præbet in Judæorum moribus. Magistri eorum docent, agnum suos comedisse stantes, et cum baculis præ manibus ea nocte qua ex Ægypto profecturi erant; minime vero subsecutis temporibus ritus eos observari debuisse, neque peragi hodieque. Vide Leonem Mutinensem parte III *De ritibus Hebræorum*, Buxtorfium in *Synagoga Judaica* capite 18, Simonium in *Historia critica N. T.* tomo IV, capite 28, pag. 398, et Lequienum Dissertatione VI Damascenica, num. XXXVIII.

Ad comma 17 præcedens hæc sunt luculentissima Theophylacti verba in Latina versione, quam suo ex codice Græco concinnabat OEcolampadius : « *Prima autem die Azymorum accesserunt discipuli*. Primam Azymorum diem vocat, quæ diem Azymorum præcedit. Ut sic dicam : Quinta feria manducaturi erant pascha, post quam sequitur Parasceve. Prima Azymorum vocabatur in lege, eo quod festum incipiebat a vespera, qua vescebantur azymis. Dominus igitur mittit discipulos quinta, quam nominat evangelista, *primam Azymorum* : quia prima vespera erat (*al.* ante primam vesperam erat) qua (vespera) comedebant azyma.... Voluit autem pascha perficere, ne legi contrarius esse videretur. » Paria sunt quæ docet ad caput XXII Lucæ, v. 7 : « *Venit autem dies Azymorum*. Nunc autem quem nobis dicat *diem Azymorum*, dicendum. Diem igitur Azymorum dicit quintum : ad cujus vesperam pascha immolandum est. Igitur Dominus forte quinto (die) mane mittit discipulos. » Luculentiora hæc sunt, quam quod commentario indigeant.

65. Non aliam insedisse mentem archiepiscopo, contra atque Græci putant, capite XVIII Joannis, v. 28, pro certo compertoque habeo. Verba sunt : « *Et ipsi non introierunt in prætorium, ut non contaminarentur, sed ut manducarent pascha*. Quid autem est, *ut comederent pascha?* Sane Dominus illud fecit prima Azymorum. Vel igitur intelligamus per Pascha, festum septem dierum : vel quod ipsi quidem manducaturi erant in Parasceve pascha : ipse autem Dominus uno die prævenit, (vel uno die ante tradidit illud, πρὸ μιᾶς αὐτό παρέδωκε) reservans sui occisionem in Parasceve, quando et olim fuit pascha (*vel* quando et vetus fiebat pascha, ὅτε καὶ τὸ παλαιὸν ἐγένετο πάσχα). »

Vocis *Paschatis* duæ sunt, quas promit Theophylactus, interpretationes. Ac primo, si cum Judæis agnum paschalem Christus Dominus comederit; *Paschatis* nomine, quod ut comederent, Judæi cavebant ne contaminarentur, *victimæ paschales* intelligendæ sunt, quæ septem diebus offerebantur in templo. Si *pascha* proprie dictum, id est esus agni intelligi debeat, dicendum est, una die Judæos, vel pontifices et primores pascha distulisse *ad Parasceven* : et uno die ante, illud [XXXII] comedisse Christum, quando *vetus*, hoc est *legitimum* fiebat, ac fieri utique debebat. Hinc Theophylacti verba hoc modo legenda sunt : *Ipse Dominus uno die ante tradidit, et comedit pascha (reservans sui occisionem in Parasceve) quando et vetus fiebat pascha*, ac illud facere debuissent Judæi.

Perspicue patet, non priorem solummodo, verum etiam alteram interpretationem cum Eucharistiæ in azymo pane institutione consistere. Longe namque hæc posterior differt

Digitized by Google

ab ea Græcorum opinatione de Christo legitimum pascha præveniente, ac ad panes fermentatos post ejus celebrationem redeunte. Imo legitimo tempore pascha suum celebravit ille tempore quod Judæi vel eorum pontifices ac primores non servarunt : adeoque locus non erat ut ad fermentatos panes rediret Christus. Posterior hæc interpretatio magis placuisse Theophylacto videtur. Eam jam tradiderat in Commentario *ad Matthæum*, capite XXVI, v. 39. « Ad Caipham ducunt Jesum, inquiens, nam ille erat pontifex anni illius : ubi et reliqui pernoctabant, μὴ φάγοντες τότε τὸ πάσχα, *non comedentes tunc pascha ;* sed exspectantes ut occiderent Dominum, καὶ παραβάντες τὸν νόμον, *et prævaricantes legem* . ὁ μὲν γὰρ Κύριος κατὰ τὸν νενομισμένον καιρὸν ἔφαγεν; ἐκεῖνοι δὲ, ἵνα μόνον ἀποκτείνωσι τὸν Κύριον, καταφρονοῦσι καὶ τοῦ νόμου, Dominus enim ipso *legitimo tempore comederat :* illi vero *contemnunt legem*, modo occidant Christum. » Suam patefacit mentem absque ulla ambage.

66. In eo, quem expendimus, loco Commentarii *in Matthæum* enormis occurrit depravatio in aliquibus codicibus, et in textu Romæ ac Parisiis edito. « *Primam Azymorum* diem vocat, quæ diem Azymorum præcedit. Ut exempli gratia dicam : Τῇ παρασκευῇ ἑσπέρας ἔμελλόν ἐκεῖνοι φαγεῖν τὸ πάσχα, *Parasceve vespere manducaturi erant pascha*, καὶ αὕτη ἐκαλεῖτο τῶν Ἀζύμων, *et ipsa appellabatur Azymorum.* Dominus igitur mittit discipulos *die quinto*, quem nominat evangelista *primum Azymorum*, ut qui πρὸ τῆς Παρασκευῆς, *ante Parasceven esset :* καθ' ἣν Παρασκευὴν τῇ ἑσπέρᾳ, *qua Parasceve vespere comedebant azyma.* » Immane vitium quis non videat? Ineptissima sane illa ratio, *diem quintum* ideo appellatum *primum Azymorum*, quia *die sexto*, seu Parasceve, *vespere azyma comedebantur.* Vocem *Parasceves* quis non deprehendat temere invectam?

Huic adversatur lectioni locus Theophylacti in Evangelium Lucæ capite XXII, v. 7 : Ἡμέραν οὖν Ἀζύμων λέγει τὴν πέμπτην, ἧς τῇ ἑσπέρᾳ ἔμελλον θύειν τὸ πάσχα · *diem igitur Azymorum dicit quintum, ad cujus vesperam pascha immolandum erat.* Eidem lectioni adversatur Græcus codex, quo usus est OEcolampadius. Adversantur etiam Romani ab Arcudio libro II *De sacramento Eucharistiæ*, capite 5, et Parisienses à Lequieno Dissertatione VI Damascenica, num. XLIII, diligentius inspecti, in quibus ita legitur : *Ut sic dicam*, τῇ πέμπτῃ ἑσπέρας ἔμελλον ἐκεῖνοι φαγεῖν τὸ πάσχα · μεθ' ἣν ἐπιφώσκει ἡ Παρασκευή . Πρώτη τῶν ἀζύμων ἐκαλεῖτο παρὰ τῷ νόμῳ, οἷα δὴ τῆς ἑορτῆς ἀρχομένης ἀπὸ τῆς ἑσπέρας, καθ' ἣν ἠσθίοντο τὰ ἄζυμα · *Quinta feria vespere manducaturi erant pascha, post quam lucescit Parasceve. Prima Azymorum vocabatur in lege, eo quod festum inciepiebat a vespera, qua azyma comedebantur.* Egregie consonant omnia. Laudatus Lequienus loco citato observat, Regium Parisiensem codicem quem contulit, « ad auctoris ætatem quamproxime accedere. » Inter codices Venetæ Marcianæ bibliothecæ veram lectionem habent duo, 29 et 30, vitiatumque textum præstat codex 31.

Similes fortasse textus interpolatori ansam dederint, quos in aliis Matthæi expositionibus, aut Catenis legeret, ut Theophylacti locum depravaret. In ea utique ejusdem evangelistæ expositione, quæ in codice 26 Venetæ Sancti Marci bibliothecæ tribuitur *Nicetæ episcopo metropoleos Naupacti*, ac etiam Theophylacto aliquibus in codicibus tributa dicitur, ut adnotavimus num. 58, eadem fere verba leguntur : Πρώτην οὖν τῶν Ἀζύμων ἐνταῦθα φησὶ ὁ Ματθαῖος τὴν πρὸ τῶν Ἀζύμων ἡμέραν (τὴν τρισκαιδεκάτην μὲν τοῦ μηνὸς, πέμπτην τῆς ἑβδομάδος). Οἷον τι λέγω, τῇ Παρασκευῇ ἑσπέρας ἔμελλον οἱ Ἰουδαῖοι φαγεῖν τὸ πάσχα, καὶ αὕτη ἐκαλεῖτο τῶν Ἀζύμων. *Primam Azymorum hoc loco dicit Matthæus, quæ præcedit azyma (tertiam decimam mensis, quintam hebdomadæ diem). Ut ita dicam : Parasceve, vespere, Judæi manducaturi erant pascha, et ipsa appellabatur Azymorum.* Sine dubio sententia eorum hæc est, qui Christum una die legitimum prævenisse Pascha, ipsumque celebrasse die tertia decima tenebant. Eadem porro hoc in loco verba sunt, quæ [XXXIII] occurrunt in vitiato textu Theophylacti. Haud absimilia legimus in prima apud Possinum Catena in Matthæum : « Primam Azymorum dicit, quæ præcedit Azymorum diem primam. Consueverunt enim Judæi, a vespera numerare dies : et ejus diei, in festo Paschæ recensendo, habere rationem, qua sub vesperam paratis azymis agnus sacrificabatur. » Hactenus conveniunt omnia. Sequitur textus : Ἐν γὰρ τῇ Παρασκευῇ ἑσπέρας ἔμελλον ἐκεῖνοι φαγεῖν τὸ πάσχα. *Parasceve enim vespera manducaturi erant Pascha.* En iterum verba in Theophylacti locum invecta. Audacis interpolatoris consilium fuisse perspicue patet, ut verba Theophylacti in eam Græcorum sententiam, corruptione invecta, deflecteret, quæ Jesum

Digitized by Google

Christum tenet una die pascha legitimum antevertisse, ac celebrasse illud die tertia decima in feriam quintam incidente : Judæos vero peregisse illud die decima quarta desinente, ac Parasceves seu feriæ sextæ vespertino tempore, a quo incipiebat dies festiva Azymorum quinta decima, in Sabbatum incidens passionis Christi anno. Nihil est vero Theophylacti menti magis repugnans, qui singulis in Commentariis in evangelistas, et in epistola ad Nicolaum diaconum et canstrisium docet constantissime, legitimum Paschatis tempus a Christo servatum, Judæos vero legem prævaricatos esse.

67. Superest Theophylacti commentarius, quem expendamus, ad caput XIV Marci, v. 12. Latina versio est : « *Primam diem Azymorum*, diem *quintum*, dicit, qui erat ante Azyma : azyma enim *die Parasceves* comedebant. Græcus textus : Πρώτην ἡμέραν τῶν Ἀζύμων τὴν πέμπτην λέγει, ἥτις πρὸ τῶν Ἀζύμων ἦν· τὰ γὰρ ἄζυμα τῇ Παρασκευῇ ἠσθιόντο. Laudati Arcudii suspicio est, corruptum locum esse. Prima namque dies Azymorum anno quo Christus passus est, incipiebat a feriæ quintæ vespera : et hæc erat *ante Parasceven*, quæ dies Azymorum dicebatur. Quomodo vero dies illa *quinta* vocari potuerit *prima dies Azymorum*, quia azyma die Parasceves comedebantur ? Vocabatur imo *prima Azymorum* dies, ut ait Theophylactus *ad Matthæum* et *ad Lucam*, eo quia « festum incipiebat a vespera diei quintæ, qua Judæi vescebantur azymis, » et eadem comedere pergebant septem diebus. Hinc putat Arcudius, verum textum potius habuisse, τὰ γὰρ ἄζυμα ἐσπέρᾳ τῆς πέμπτης ἠσθίοντο, azyma enim vespera feriæ quintæ comedebantur, vel aliquid simile.

Addere mihi liceat, depravatum Matthæi locum longe diversum esse a loco Marci. Habet ille : « Quintam feriam nominat evangelista primam Azymorum, quia ante Parasceven erat ; qua Parasceve vespere comedebant azyma. » Habet iste : « Primam diem Azymorum dicit diem quintum, qui erat ante Azyma : azyma enim die Parasceves comedebant; » ubi non *vespere Parasceves*, sed *die Parasceves* dicuntur azyma debuisse comedi. Porro *vespera Parasceves* obvio sensu indicat vesperam diei naturalis Parasceves, seu diei sextæ, desinentis : at *dies Parasceves*, seu dies sexta, obvio quoque sensu complecti potest vesperam diei naturalis quintæ desinentis, a qua exordium sumebat *festum Azymorum* in agni paschalis comestione. Legitimum ergo habere sensum potest locus Marci : nec ipsum immutari necesse est, nisi codicum bonæ notæ varia lectio exposceret. Atqui in una illa, quam adduximus, lectione consonant codex, quo usus est OEcolampadius, ac textus Græcus Romæ editus : hisque similes omnino sunt Veneti tres codices bibliothecæ Marcianæ, ac Patavinus unus apud Sanctæ Justinæ monachos Cassinenses, qui accurato studio inspecti collatique sunt.

Sensum indicatum confirmare videntur Theophylacti verba in epistola ad Nicolaum diaconum et canstrisium, « Quidam ex sacris nostris doctoribus, inquientis, exponens eam, quæ ab evangelista dicitur *prima Azymorum*, ait : Primam Azymorum *a Matthæo*, (itemque a Marco,) appellari diem, quæ *Azyma præcedit*. Præmiserat vero quomodo dies hæc præcedere dicatur Azyma : « Novimus enim, inquiens, in lege primam Azymorum dici diem quintam decimam, in qua scilicet illucescit nox comestionis paschalis. » Quæ nox anno passionis Christi diem quintam hebdomadæ naturalem complebat, inchoabatque festivam diem Azymorum primam, quæ in Parasceven incidit. Hanc puto loci apud Marcum interpretationem convenientissimam.

[XXXIV] XVIII.

Pugnat attamen pro Græco ritu consecrationis in fermentato. Levissima ejus argumenta varia. Item contra jejunium Sabbati. Perperam affert Canones apostolorum. Synodi sextæ œcumenicæ auctoritas falso adducta, quæ sumitur pro synodo Trullana. Lapsus ejus plures.

68. Tametsi cum Latinis fateatur Theophylactus, Christum Dominum post cœnam legalem, justo tempore peractam, mysterium Eucharistiæ instituisse in azymo pane : « Verum non studio factum est (inquit in epistola ad Nicolaum diaconum et canstrisium) ut panis ille azymus esset : sed legis necessitas alium tunc esse panem non permittebat. » Legem scilicet excludit, quam imposuerit Christus, consecrationem celebrandi in azymo pane. Hæc etiam Latinæ Ecclesiæ sententia est, quæ sua mysteria in azymo peragit, non in obsequium latæ a Christo legis, verum ad insigniorem duntaxat exempli ejus commemorationem.

Digitized by Google

Quemadmodum vero lata lege nec azymum præscripsit ille, nec fermentatum rejecit ac vice versa : ita fieri potuit, ab religionis initio Ecclesias Occidentalem et Orientalem ritus habuisse diversos in Eucharistiæ celebratione. Sanctus Irenæus in fragmento epistolæ apud Eusebium libro v *Histor. Eccles.*, capite 24, refert : « Beatum Polycarpum, Aniceti papæ temporibus, Romam venisse : ac inter eos cum de Paschate, tum de quibusdam aliis ritibus modicam fuisse controversiam : ac statim mutuo pacis osculo sese complexos, communicasse sibi invicem. » Ecce vetustissimam rituum diversitatem in utraque Ecclesia. Cur locus conjecturæ non fuerit, inter istos ritus discrimen fuisse panis eucharistici, quem utraque Ecclesia diversum adhibuerit? Ita præclarissimi viri inter Latinos scriptores sentiunt : quorum momenta rationum, quæ plurima sunt, sapiens nemo despexerit.

Sunt alii vero qui, probe cum noverint nullam hac de re latam a Jesu Christo legem, opinantur, primis Ecclesiæ temporibus promiscuum fuisse panis usum vel azymi, vel fermentati pro data occasione : donec tandem azymorum consuetudo in Ecclesia Occidentali obtinuit, vigebatque sine dubio ante Photiana tempora. Hæc eadem erat sententia Nicetæ, metropolitæ Nicomediensis, in Colloquio, quod prima sæculi duodecimi medietate inter ipsum habitum fuit et Anselmum Havelbergensem episcopum in urbe regia Constantinopoli. Ingenue quippe fassus est Nicetas, ut habetur libro ut ejusdem Colloquii, capite 14, apud Lucam Dacherium : « Apostolos nec fermentatum, nec azymum studiose nimis quæsivisse; et quidquid ad manus inveniebatur, sive hoc, sive illud, indifferenter cum devotione obtulisse. Romanam Ecclesiam paulatim alterum deposuisse, scilicet fermentum; et Orientalem quoque Ecclesiam azymum dimisisse. » Cum legem hac de re nullam condiderit Christus Dominus, ritus oriri varios potuisse, fatendum est.

Supervacaneo labore, ut hanc non exstare legem ostendat, animadvertendum proponit Bulgarus archiepiscopus, non omnes circumstantias illas, quibus cœnam suam perfecit Dominus, ad præcepti vim redigi posse : v. g. discumbentes, aut supinos edere, similesque. Ait etiam : *Verisimile esse, panem illum*, quem in suum corpus transmutavit Jesus, *vilioris qualitatis fuisse, ac fortasse hordeaceum.* Res ita se habet : adeoque ad Ecclesiæ auctoritatem spectat circumstantias definire, quæ juxta perennem traditionem aut *adiaphoræ* existimandæ sint, aut rei substantiam conficientes. Nulla vero Theophylacto præsto ratio fuerit, qua verisimile efficiat, hordeaceum fuisse panem, quo Christus in Eucharistiæ institutione usus est. Triticeum ab initio religionis adhibuit utraque Ecclesia : neque subtiliores theologorum de schola hoc loci opiniones ad examen vocandæ sunt.

69. Quæ pro fermentato pane instruit, argumenta profero et refello : sunt enim levissima : « Fortasse et quispiam, inquit, audiens in libro Actuum apostolorum sæpe mentionem fieri fractionis panis, inveniensque hoc idem et apud Paulum, talem fuisse exinde colligat eum, qui tunc mystice frangebatur, qualis is qui ad simplicem comestionem in mensa prostabat : edebatur vero procul dubio panis, non azymus; hic enim quibusdam diebus ac sacrificio unice destinatus erat. Etsi vero hæc necessaria non sint, nam [XXXV] et in alteram partem inclinant : attamen lanx plus mihi tribuit; quod ad victoriam satis est. » Gentiles suos refellit, Michaelem Cerularium, Leonem Achridanum, Nicetam Pectoratum monachum, Petrum Antiochenum, aliosque : quorum est opinatio, panem fermentatum in Eucharistiæ institutione adhibitum a Christo, et hunc solummodo verum dici panem. Hæc illi ut astruerent, enormes invehere debuerunt errores, aut Christum legale Pascha non celebrasse, aut illud non perfecisse legitimo tempore, aut in cœna legali usum non fuisse pane azymo, ut adnotavimus num. 63. Peractum a Domino legale Pascha tempore justo, et Eucharistiam in azymis institutam, Theophylactus tenet. Tenet etiam, Scripturarum locis ex Actibus apostolorum, et Pauli Epistolis desumptis haud necessario confici, Eucharistiam in fermentato pane celebrasse apostolos.

Suis attamen gentilibus favet, « lanx, inquiens, plus mihi tribuit. » Quodnam vero fuerit momentum, quod lancem in tuam partem præponderare efficiat? In Actis apostolorum, capite II, v. 42, primi Christiani dicuntur *perseverantes in doctrina apostolorum, et communione fractionis panis*, τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου. Paria adhibent verba evangelistæ in eucharistici mysterii institutione : *Accepit Jesus*, inquientes, τὸν ἄρτον, *panem, et benedicens, fregit*, ἔκλασε; qui panis, ut ipse doces, azymus fuit. Ait etiam Paulus apostolus in Epistola I ad Corinthios capite X, v. 16 : *Panis, quem frangimus*, τὸν ἄρτον ὃν κλῶμεν, *nonne*

Digitized by Google

participatio corporis Christi est? Sed eodem modo idem Apostolus capite XI, v. 24, ait Christum instituisse Eucharistiam, *accipientem panem, et gratias agentem*, et *frangentem*, Λαβὼν ἄρτον, καὶ εὐχαριστήσας ἔκλασε; quem tu panem intelligis azymum.

Vetat vero nihil, quominus communi in comestione, ubi sacrificium eucharisticum peragi contingeret, modo panis fermentatus inveniretur, modo azymus, ut Nicetas Nicomediensis aiebat, pront hospitum aut comedentium ferebat voluntas, exposcebatque aut sors eorum mediocris, aut consuetudo delicatior, aut temporis circumstantia. Nihil etiam vetat quominus ad exempli Christi commemorationem azymus panis ad consecrationem afferretur, qui subito parari poterat, ac veluti ex tempore. Utrumque namque sacræ Scripturæ panem, ἄρτον, vocant. Hæc vero, quæ nos attamen in medio relinquimus, satis sunt, ut innotescat, non lancem plus tribuere Græcis quam Latinis.

« At quod magis persuadere te debet (ait Theophylactus) est multitudo Orientalium Dei sacerdotum, et Ecclesiæ Hierosolymitanæ dignitas. Adde Indos, Æthiopes, Ægyptum, Libyæ partes. » Auctoritatem et mores Orientalium Christianorum non despicimus : cur vero tu mores et auctoritatem Occidentalium Ecclesiarum, maximeque Romanæ insuper habes? Jam adnotavimus, Orientales inter et Occidentales, sæculo Ecclesiæ secundo, Aniceti papæ tempore ac Polycarpi Smyrnæorum episcopi, tum de Paschate, tum de quibusdam aliis ritibus, ac sane de pane eucharistico, ut verisimillimum est, aliquam fuisse, teste Irenæo, ejusdem sæculi Patre, differentiam. Hanc silentio premit Bulgarus archiepiscopus. Quid? quod Michael Cerularius in epistola citata ad Petrum Antiochenum, num. X, refert, « se audivisse, quod prædicti duo patriarchæ (Alexandrinus et Jerosolymitanus) non solum alios azymis vescentes recipiunt : sed et ipsi aliquando in azymis sacrum conficiunt sacrificium. » Leo etiam Achridanus in Fragmentis apud Allatium libro III *De consensione*, capite 14, ait, « Armenos et Ægyptios cum Judæis convenire propter oblationem azymorum : » qua de re agit accuratissime Lequienus in Dissertatione inter Damascenicas, *De azymis*.

Factum refero ego, quod narrant Cerularius et Achridanus : hinc vero deducta cum *Judæis conventicia*, calumnia est. « Alioquin si azyma (inquiebat Humbertus cardinalis, Leonis IX legatus) per Christum et ejus Evangelium fuerunt maledicta, reprobata et derelicta; et ideo deinceps non debeant offerri in sacrificio Domini, quia per Moysem constituta sunt Judæis : sciatis, per Moysem quoque fermentatum constitutum Judæis Levit. VII, v. 13, et XXIII, v. 17..... Quapropter si a nobis non debent offerri azyma, quia Mosaica sunt : nec a vobis debent offerri fermentum et sal, quia æque Mosaica sunt... Azymum Christianorum longe distat ab azymo carnalium Judæorum, quos [XXXVI] ad umbram veritatis observandam et captandam sola promissio terrenæ felicitatis invitabat : nos vero corpus veritatis ex azymo et in azymo rite venerantes atque retinentes, ore et corde prægustamus jam, quam suavis est Dominus; unum petentes ab ipso, et hoc requirentes, ut maneamus in eo, et ipse in nobis in æternum. » Multa in nova lege usurpari, quæ in veteri erant, perspicuum est : sed non eodem fine, quia quidquid ad cultum Dei vetus ille populus cœlitus acceperat, ad novum per Christum translatum est : ab umbra ad veritatem, a signis ad res, a timore ad amorem, a servitute ad libertatem, a filiis iræ ad filios gratiæ.

« Sed et Corinthiorum Ecclesiæ panem considera, quam sane non accusabis, quasi traditiones non servantem : is enim, qui traditionis est auctor (apostolus Paulus), eam ut servantem commendavit.... Audis, non dubito, et Sardos tuos, testimonium perhibentes contra azymorum oblationem. » Panis fermentati usum agnosco in Ecclesia Corinthiorum : ritum azymorum ab iis, qui eam administrarunt, sapientibus antistitibus rejectum, eamque ob causam reprehensos Occidentales non habeo. Servantem eam traditiones laudat Apostolus : quidni vero primis temporibus pro traditione accepta oblatum fuerit corpus Dominicum in azymo aliquando, alias in fermentato? Quodnam sit illud Ecclesiæ Sardiniensis testimonium contra oblationem azymorum, probata nulla refert historia.

Cur vero Corinthiorum Ecclesiæ et Ecclesiæ Sardorum specialem ingerat mentionem Theophylactus? Causam puto me comprehendisse. Nempe canon est Trullanus 11 quo cavetur, « ne fideles Judæorum azyma comedant, nec ullam cum eis familiaritatem habeant, vel in morbis eos accersant. » Hunc canonem, veluti conditum a synodo sexta

Digitized by Google

œcumenica, jam olim opposuere Græci contra eucharisticum Latinorum ritum : eidemque auctoritatem arcessunt ex præsentia legatorum sedis apostolicæ Romanæ, *Corinthiorum episcopi, et episcopi Ecclesiæ in insula Sardiniæ.* At fabula hæc est, multis ex fabellis conficta, ut mox latiore dicendum est oratione. Ad hanc sine dubio alludebat Theophylactus. Interim vero germanus allati canonis sensus minime sacrificii eucharistici ritum spectat, sed communionem et societatem cum Judæis interdicit Christianis.

70. Sequitur jejunium Sabbati, de quo Theophylacti hæc est sententia : « Si vestrum etiam *in Sabbato jejunium* severius discutere nobis liceret, ostenderemus profecto illud neque apostolorum, neque Patrum doctrinæ esse consentaneum. Apostoli contra eos, qui Dominica vel Sabbato, uno excepto, jejunant, decernunt, si laici sunt, excommunicationem, si clerici, depositionem. Neque vero illegitimos istos canones judicaveris : quos sexta synodus venerata est, cui dogmata sancienti legati vestri Agathonis interfuerunt; canones autem ferenti adfuit incitator Basilius adeo assiduus, ut nulli congregationi (aut sessioni in synodo sexta) nostræ deesset. Verum et Laodicenæ synodi Patres, quos etiam sexta synodus summo in honore habuit, sanxerunt in Quadragesima non offerri panem, præterquam in Sabbato et Dominica; quod sane non statuissent, si Sabbatum jejunii diem cognovissent, » etc.

Mendis ac fabellis hæc scatet argumentatio. Fabellas postea adjecit alias Balsamon, schismaticorum patronus, in Nomocanonem Photii : prædictis canonibus asserens « subscripsisse Ravennatem antistitem synodi Romanæ vicemgerentem, et episcopos Thessalonicæ et Sardiniæ, Heracleæ et Corinthi, qui tunc erant legati pontificis. » Theophylacti dicta jam voco ad examen.

71. Causam incipit perorare pseudepigrapho monumento, quod est canon 65 inter eos qui *Apostolorum* dicuntur. Peritiores quique viri de supposititio fetu non dubitant. Num vero de jejunio in Sabbato, necne, fuerit quidpiam ab apostolis præscriptum, diligentissime perquisivit Augustinus, qui demum concludit in epistola ad Casulanum, « interminabilem esse istam quæstionem, generantem lites, nec finientem quæstiones. » Canones illos inter apocrypha amandavit suo in celeberrimo decreto Gelasius I, Romanus pontifex : eosque primis tribus Ecclesiæ sæculis pro datis circumstantiis conditos, verisimillimum est. Consule Guillelmum Beveregium, hocce de argumento egregie disserentem.

72. Sin minus ex origine, auctoritatem his conciliare Theophylactus studet saltem « ex synodo sexta, quæ illos venerata est : cui dogmata sancienti legati vestri Agathonis [XXXVII] interfuerunt : canones autem ferenti adfuit Basilius adeo assiduus, ut nulli congregationi deesset. » Errata plura.

Synodus œcumenica sexta confunditur cum Trullana, quæ synodi œcumenicæ auctoritate non potitur. Illa adversum Monothelitarum hæresim anno 680 habita fuit, Agathone Romanam sedem tenente, et imperium administrante Constantino Pogonato: in eaque canones ad mores et disciplinam spectantes conditi non fuerunt. Quoniam vero nec synodus œcumenica quinta, neque sexta canones hujusmodi condidere; Justinianus Junior Augustus congregari synodum jussit Constantinopoli, quæ ageret de ecclesiastica disciplina deque morum reformatione. Habita est anno 692, juxta probatiorem chronologiam, Romæ sedente Sergio I. Hanc vero Balsamon appellat quinisextam; vocant alii Trullanam, utpote celebratam in Trullo magni palatii.

Hæc Theophylactus aut ignorabat, aut certe simulavit. Suscipiendi canone 11 indicuntur, qui vocari solent *Canones apostolorum*, critica de origine eorum non discussa quæstione, nullaque Romanæ Ecclesiæ ratione habita, quæ omnes illos probavit nunquam.

73. Plura sequuntur circa legationem sedis apostolicæ errata Theophylacti. In Actis synodi sextæ œcumenicæ subscripti leguntur: « Theodorus humilis presbyter sanctæ Romanæ Ecclesiæ, et locum gerens Agathonis; Georgius humilis presbyter sanctæ Romanæ Ecclesiæ, et locum gerens Agathonis... Joannes humilis diaconus Romanæ Ecclesiæ et locum gerens Agathonis..... Joannes misericordia Dei episcopus Thessalonicensis, et apostolicæ sedis Romæ legatus... Theodorus humilis presbyter sanctæ Ravennatis Ecclesiæ, et locum gerens Theodori archiepiscopi; Joannes indignus episcopus sanctæ Portuensis Ecclesiæ, legatus totius concilii sanctæ sedis apostolicæ Romæ; Stephanus

Digitized by Google

misericordia Dei episcopus Corinthi, et legatus apostolicæ sedis antiquæ Romæ. Basilius misericordia Dei episcopus, et metropolita civitatis Gortynæ insulæ Cretæ, et legatus totius concilii apostolicæ principalis sedis antiquæ Romæ. Abundantius humilis episcopus sanctæ Ecclesiæ Tempsanæ (Paternensis), legatus totius concilii sanctæ sedis apostolicæ Romæ ; Joannes indignus episcopus sanctæ Ecclesiæ Rhegitanæ, legatus totius concilii sanctæ sedis apostolicæ Romæ. » Animadverte, legatos alios esse ex clero Romano, alios Italiæ vel in Occidente episcopos : ac his adjunctos, Thessalonicensem, Corinthium, et Gortynensem in Creta. Mos erat scilicet, ut Romanus pontifex ad synodos in Oriente habitas legatos aliquos cum speciali delegatione transmitteret : essent alii legati synodi, quæ prius celebrari Romæ consueverat : hisque adjungerentur , qui *vicarii* vel *responsales* Romæ sedis in Oriente pro tempore constituebantur. Basilius ille Gortynensis is est quem Theophylactus memorat *adeo assiduum, ut nulli congregationi*, aut sessioni, vel actioni *deesset :* omnibus quippe sextæ synodi Actis subscripsisse legitur.

Non ita se res habuit in synodo Trullana. Vacua et pura patet charta, ubi Romani pontificis subscribentis locus erat cum his verbis : « Τόπος, locus sanctissimi papæ Romæ ; » item, « Τόπος, locus Thessalonicensis ; » itemque « Τόπος, locus Heracleensis, Sardiniensis, Ravennatis, Corinthii. » Tum vero : « Basilius episcopus Gortyniorum metropolis Cretæ insulæ, et locum tenens totius synodi sanctæ Ecclesiæ Romanæ. » Legati sanctæ sedis, qui mandato speciali instituti fuerint, comparent nulli. Romæ celebratam hoc tempore fuisse synodum, quam aliqui legati missi repræsentarent, nulla prodit historia. Hinc Basilio Gortynensi perperam ac falso titulus tribuitur « locum tenentis totius synodi sanctæ Ecclesiæ Romanæ », quo scilicet ipse pridem in sexta synodo œcumenica potitus fuerat. Sed hujus attamen legationem indicat Theophylactus, depravata scilicet subscriptione deceptus.

Suos in Oriente hoc etiam tempore *vicarios*, aut *responsales*, aut *legatos ordinarios* Romanam sedem habuisse, non dubito. Hi namque emergentibus in negotiis personam pontificis repræsentabant, insinuabantque principi quæ necessaria videbantur, ipsi tamen pontifici decernendi potestate reservata ad ipsius responsalis relationem. Hac de re docte disserunt Petrus de Marca et Antonius Pagius ad annum 692. Fuerint ergo, Trullanæ synodi tempore, legati *ordinarii*, episcopi Sardiniensis et Ravennas, Thessalonicensis et Corinthius : sed isti absentes erant, ut ex loco vacuo patet : aut certe canonibus illis assentiri noluerunt. Unus legitur Basilius Gortynensis. Fuerit iste legatus ordinarius : at ejus præsentia nullam canonibus Trullanis auctoritatem conciliat, absentibus legatis aliis, aut repugnantibus

[XXXVIII] Alia plura, quæ synodum hanc labefactant, expendit Lequienus in *Panoplia contra schisma Græcorum*, sæculo VII, capite 2. Invectam non prætermitto legationem episcopi Heracleensis, qui probatis in monumentis nuspiam reperitur hocce munere aliquando functus. Anastasium Bibliothecarium addo, qui in *Vita Sergii I* diserte testatur legatum apostolicum, qui fuerit Basilius ille Gortynensis, Trullanis canonibus *deceptum* subscripsisse. Quid ? quod laudatus Sergius Romanus pontifex « prædictos canones respuit, atque rejecit (eodem teste Anastasio), eligens potius mori quam novitatum erroribus consentire. » Hæc, tametsi notissima, silet attamen Theophylactus. Silet etiam Justinianum Juniorem qui, post Tiberium Absimarum et Leontium Patricium, iterum anno 705 obtinuit imperium, irrito voto curasse, ut Joannes papa VII eosdem canones reciperet. Silet, Constantinum papam, qui Constantinopolim anno 710 evocatus fuerat, ipso urgente Justiniano imperatore, eos duntaxat Trullanos approbasse canones, qui Romanæ Ecclesiæ decretis non adversarentur. Perperam denique synodum Laodicenam in sexta œcumenica synodo approbatam narrat : ejusque canones opponit vano conatu, quibus ritus aliquos Ecclesiæ Græcæ indicari fatemur : ritus alios Occidentalis aut Romanæ Ecclesiæ rejici dixerit nemo, nisi insipiens. Hanc sibi auctoritatem Trullana synodus adrogavit, lato canone 55 quo jejunium Sabbati in Romana Ecclesia damnatur ; sed eam legitima destitutam fuisse auctoritate jam ostendimus.

Digitized by Google

XIX.

Audacius invehitur contra processionem Spiritus sancti ex Patre Filioque. Argumentorum ejus refutatio Joannis Becci cum nostris animadversionibus : ubi late de temporali Spiritus sancti missione disseritur. Num Latinorum erroris, ut aiunt, summam redegerit tandem Theophylactus ad solam vocis, FILIOQUE, *additionem ad Symbolum. Ita sentiebant Græcorum aliqui.*

74. In ea controversia, quæ æternam ac substantialem et hypostaticam Spiritus sancti originem spectat, communi cum gentilibus suis præjudicio occupatus, audacius quam par est, *Spiritus sancti processionem* Theophylactus insequitur, *a Patre et a Filio*. Hac de re tribus agit in locis pertinacissime.

Ad caput III Joannis, v. 35, sic ait : « Non intempestivum autem fuerit hoc loco dicere, *quomodo habeat Filius Spiritum*, et quomodo dicatur *Spiritus Filii*. Dicit enim et Apostolus (*Galat.* IV) : *Spiritum Filii sui in corda vestra misit clamantem, Abba, pater*. Et iterum (*Rom.* VIII) : *Si autem quis Spiritum Christi non habuerit, hic non est ejus*. Sane Latini male hæc exponentes, et minus recte intelligentes dicunt, quod Spiritus etiam ex Filio procedat. Nos autem quidem primum dicimus ad eos ; quod aliud sit *esse ex quopiam* et aliud *esse cujusdam ;* ut Spiritus sit quidem *Spiritus Filii* absque dubio, et ab omni Scriptura approbatum : cæterum *esse ex Filio*, nulla Scriptura testatur, ne *duo principia* Spiritus introducamus, Patrem et Filium. Profecto, inquiunt : nam (*Joan.* XX) et *inspiravit* (insufflavit) *discipulis*, et dixit : *Accipite Spiritum sanctum*. O desipientiam ! Si tunc dedit discipulis Spiritum, quando insufflavit, quomodo postea dixit eis (*Actor.* I), *Accipietis virtutem supervenientis Spiritus sancti super vos, non post multos hos dies ?* Vel quomodo credimus in Pentecoste factum descensum Spiritus, siquidem in vespera resurrectionis dedit illum ? Tunc enim inspiravit. At hæc quidem valde ridicula. Manifestum enim, quod tunc illis Spiritum sanctum non dederit : sed donum unum Spiritus sancti, remissionem scilicet peccati. Statim enim subdit : *Quorum remiseritis peccata* Habet autem Spiritum Filius substantialiter, ut consubstantialem sibi : non a quo operationem recipiat, sicut prophetæ. Dicitur autem Spiritus *esse Filii*, secundum quod *veritas est Filius, et virtus et sapientia ;* Spiritus autem sanctus *et veritatis, et fortitudinis, et sapientiæ Spiritus* ab Isaia (capite II) describitur. Et aliter : quia *per Filium hominibus datur ;* propterea *Filii* dicitur. Crede igitur tu, *Spiritum a Patre quidem proficisci, per Filium autem dari creaturæ*. Atque hic sit tibi canon orthodoxæ doctrinæ. »

Locus alter exstat ad ejusdem Joannis caput XV, v. 26 : « *Quem ego mittam vobis a Patre*. Jam quod dicit, *quem ego mittam*, æqualitatem erga Patrem significat. [XXXIX] Nam alio loco de Patre dixit, quod *mittat Spiritum :* hoc autem loco, quod *ipse mittat ;* utique sane æqualitatem significant. Ut autem ne videatur obluctari Patri, quasi ab alia substantia mittat Spiritum, addidit, *a Patre*. Nam et ipse quidem mittam : sed *a Patre*, hoc est, approbante Patre et simul mittente. Non enim ex proprio sinu ipse prius mitto : sed a Patre per me suppeditatur. Cum autem audieris, quod ἐκπορεύεται, *procedit*, ne intelligas ἀποστολὴν τὴν ἐκπόρευσιν, *missionem per processionem*, quali emittuntur ministratorii spiritus ; sed naturalis subsistentia Spiritus et processio. »

Latiore sermone, ac nimia præfidentia hanc agitat controversiam in sæpe laudata epistola *ad Nicolaum diaconum et canstrisium*. Quam infensum gerat animum, statim prodit sub initium. Ἔστιν οὖν τὸ μέγιστον ἐκεῖνο σφάλμα, καὶ τοῦτο δὴ τὸ τοῦ Σολομῶντος, ᾅδου πεταύρου κοιοῦν συναντᾷν, ἡ ἐν τῷ τῆς πίστεως Συμβόλῳ καινοτομία, ἣν ἐποιήσαντο, ἀναχηρύττοντες τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι. « Maximus igitur ille error, quique juxta Salomonis dictum, in inferni laqueum incurrere facit, est innovatio quam in Symbolum fidei induxerunt, enuntiantes, Spiritum sanctum ex Patre et ex Filio procedere . . . Τοῦτο μὴ διορθώσεως ἀξιούμενον συγχωρῶν ἀσυγχώρητος, Hoc qui non dignum correctione concesserit, venia indignus. »

Docti et eruditi cæteroqui archiepiscopi hæc minime te morentur dicta. « Tempore namque schismatis inclaruit ipse (quod Michael Cerularius instauraverat) adeoque non multa consideratione digna videntur dicta ejus existimanda. » Sic olim censebat Joannes Beccus in opere contra Camateri observationes, ubi superior adducitur Theophylacti locus ad caput XV Joannis, tomo II apud Allatium in *Græcia orthodoxa* pag. 519. Argumenta quæ profert novam ad incudem redigere pretium operæ fuerit, opposita etiam

Digitized by Google

Becci refutationes adhibere, quæ habentur in oratione *De unione Ecclesiarum* apud Allatium tomo I, pag. 215, easdemque pro virili animadversionibus nostris confirmare.

75. (1) Argumentum primum: *Jesus Christus docet de cognato sibi Spiritu, ex quo, et quomodo esse habeat: et ait, quod procedit a Patre. Si etiam a Filio procedit, quid vetabat eum dicere, quia a Patre et a me procedit?* Hinc sibi videtur colligendum: *procedere Spiritum* ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς, *ex solo Patre.* Becci loco citato refutatio est num. 69: « Non alia ratione Latinus, eidem reddens verba sua, dicet: Si *ex solo Patre* procedit Spiritus, quid impedimento fuit Christo ne diceret, *Qui ex solo Patre procedit?* Et cum (Theophylactus) exprobrat Italo, vestigia Christi, pauperum evangelistæ, non sequi quod superaddat, et *ex Filio*, iisdem et ipse exprobrationibus obnoxius erit, quod superaddat, *ex solo.* »

Tenet ac docet Romana et Latina Ecclesia, Spiritum sanctum ex utroque procedere: tum quia « regulariter tenendum est (verbis utor sancti Thomæ p. I qu. XXXVI, art. 11, ad 1), in sacra Scriptura, quod id quod de Patre dicitur, oportet de Filio intelligi, etiamsi dictio exclusiva addatur, nisi solum in illis in quibus Pater et Filius secundum oppositas relationes distinguuntur. Cum enim Dominus Matthæi XI dicit: *Nemo novit Filium, nisi Pater*, non excluditur, quin Filius seipsum cognoscat. Sic igitur cum dicitur, quod Spiritus sanctus a Patre procedit; etiamsi adderetur, quod a solo Patre procedit, non excluditur inde Filius. Quia quantum ad hoc, quod est esse principium Spiritus sancti non opponuntur Pater et Filius: sed solum quantum ad hoc, quod hic est Pater et ille Filius.» Tum quia divinis in eloquiis insunt verba quæ *processioni ex Filio, aut per Filium*, omnino æquipollent. Frequentius persona Spiritus sancti dicitur *Spiritus Filii*, et *Christi Domini Spiritus*, et *Spiritus veritatis*, quæ Christus est: utique eo sensu, quo etiam vocatur *Spiritus Patris.* Ait etiam ipse Dominus de Spiritu suo: *Quia de meo accipiet.* Cur vero? Propterea, *quia omnia quæcunque habet Pater, mea sunt.* Sunt vero Christi sapientia, potentia, divinitas, ac cætera quæcunque absoluta attributa, quæ Pater habet. Hæc eadem sine dubio Spiritus sanctus habet a Patre, procedendo ab ipso: sed eadem accipit etiam a Filio, non alio certe modo, nisi ejus processione ab isto. Nos denique Filius docet: *Paraclitum* ipsum, *qui procedit a Patre, mitti a se, et mitti a Patre.* Quo fit, non sine *æterna processione* intelligi posse *missionem*: quæ *processio* dicitur, quatenus ab utroque Spiritus accipit, *quod sit*, at quod valeat operari ad extra: diciturque *missio* ratione efficientiæ, quæ fit in tempore. Hæc theologica et Christiana dogmata uberius infra exponentur.

[XL] (2.) Idem *ex silentio Scripturarum* petitum, urget argumentum Theophylactus in commentario ad Joannis caput III, et alterum etiam addit: « esse ex Filio, inquiens, nulla Scriptura testatur: ne duo principia Spiritus introducamus, Patrem et Filium. » De Scripturarum silentio jam satis. *Ne duo principia Spiritus introducamus*, inquis. Trepidas nempe, ubi nullus timor: « quia quantum ad hoc, quod est esse principium Spiritus sancti (ut aiebat Aquinas, Scripturarum auctoritate et Patrum documentis edoctus), non opponuntur Pater et Filius: sed quantum ad hoc, quod hic est Pater, et ille Filius;» unde priori in ratione unum sunt ac idem, duo supposita et unum principium. Ad rem facit Becci animadversio ad illum ipsius Theophylacti locum in caput XV Joannis, ubi Bulgariæ archiepiscopus docet: *Patrem mittere Spiritum sanctum, et hunc etiam a Filio mitti, propter istius æqualitatem erga Patrem.* « Si *ex Patre et Filio mittitur* Spiritus sanctus (reponit Beccus), *propter æqualitatem Filii erga Patrem*; non uti *ex duobus* mittitur, qua enim ratione esset *unus et individuus*, si non veluti *ex una causa missionis*, sed veluti *ex duabus causis missionis*, Patris et Filii, mitteretur? Pari quoque ratione, naturaliter et essentialiter *existens ex Patre et Filio*, non uti *ex duobus*, sed uti *ex uno Deo*, naturaliter et essentialiter exsistit. »

(3.) *Sed scriptum est* (verba sunt in epistola ad Nicolaum diaconum): *Spiritus Filii et Spiritus Christi. Et ego concedo. Quandoquidem et Spiritus veritatis, et Spiritus vitæ est. Addam, et sapientiæ, et fortitudinis. At non, quod veluti ex eo provenit,* ἐξ ἐκείνου προϊὸν, *sed quod proprius illius est (cognatus enim est, non extraneus), in eo conquiescit, Ac etiam quia ab ipso ad eos qui digni sunt, mittitur, eisque distribuitur et datur*

« Mihi videtur, ait Beccus, in eam sententiam accepisse Theophylactum illud οὐχ ὡς ἐξ ἐκείνου προϊὸν, *non veluti ex eo proveniens*; ac si dixisset, οὐχ ὡς ἐξ ἐκείνου ἐκπορευόμε-

Digitized by Google

νον, *non veluti ex eo procedens.* Hoc enim satis indicat inductio, in qua ait: sed *tanquam qui ab ipso dignis mittitur, suppeditatur et communicatur;* hæc enim omnia a *procedente* (juxta Theophylactum) distinguuntur... Quomodo ergo poterit Bulgarus Italis contradicere asserentibus, Spiritum procedere ex Filio, si nos ostenderimus, inter theologos præcipuos et celeberrimos aperte et palam asseverari, *Spiritum provenire ex Filio,* τὸ Πνεῦμα προϊὸν ἐξ Υἱοῦ? Verumtamen *Spiritum provenire a Filio,* satis a me antea demonstratum (in oratione *De unione Ecclesiarum,* in *Epigraphis,* et alibi.) ... Quidam enim ex Patribus inquiunt, *a Filio habere esse Spiritum* . . . alius, *ex Filio esse :* ille vero, *ex Filio naturaliter et essentialiter esse:* et alius, *suam hypostasim habere ex essentia Filii;* quorum, inquam, verborum nullam ipse [Theophylactus] mentionem facit. » Hæc Becci refutationis summa est.

(4.) Hanc suam hoc loco traditam, profert etiam Bulgarus doctrinam in commentario ad caput III Joannis: *Nos dicimus,* inquiens, *quod aliud sit esse ex quopiam et aliud esse cujusdam... Habet autem Spiritus Filius substantialiter et consubstantialem sibi.* Utroque in loco invehuntur plura, quæ in partes tributa diligentiore studio discutienda sunt. Invectam distinctionem profligat Manuel Caleca in libro *contra Græcos* capite 22, ubi hoc probat egregie, non posse ista dici, *Spiritum sanctum esse Filii Spiritum, vel proprium Filii,* nisi *principii* et *ejus quod oritur a principio, inter ambos intercedat ratio.*

« Primum, inquit, quia ἀναφορικῶς, id est *secundum relationem,* usurpantur ista: at relatio nulla est in divinis, nisi *ex origine* petita. Deinde, cum *unum alterius dici,* vel *hoc hujus proprium,* in divinis (rejecta scilicet materia, et iis rejectis quæ materiam consequuntur), neque *tanquam membrum* neque *ut possessio,* neque *ratione alicujus excellentiæ,* vel alterius cujuspiam, affirmari queat : sed *ratione sola principii, et ejus quod est a principio,* in quo unum ab altero discerni comprehendimus ; perspicuum est, cum dicimus *Spiritum sanctum proprium esse Filii,* id sola illa *principii ratione* dictum intelligi posse. Non enim idcirco ita loquimur quod sint invicem ὁμοούσιοι, id est, *ejusdem substantiæ:* quia, si vera hæc esset ratio, non minus *Filius* dici posset *esse Spiritus sancti,* vel *ejus proprius,* quam hic illius; quod est inauditum. »

Sancti Patres Græcæ linguæ favent apertissime. Athanasius in epistola 1 ad Serapionem, num. 25 : « Porro si Filius, inquit, quia est ex Patre, propius idcirco ejusdem [XLI] substantiæ est : necesse est similiter Spiritum, qui ex Deo esse dicitur, proprium quoque Filii esse secundum substantiam. » Sicut Filius proprius est Patris secundum substantiam quia ex Patre est, ita Spiritus procedit ex Filio, quia proprius quoque Filii est secundum substantiam. Et Spiritus quidem dicitur *ex Deo esse:* sed Pater et Filius in *divinitatis* ratione sunt unum ; itaque Spiritus ex Patre est, itemque ex Filio.

In hanc sententiam illustrandam totus est Cyrillus Alexandrinus. Decimo in Joannem libro pag. 910, ait : « Ecce cum (Filius) Spiritum veritatis, id est suum, Paracletum dixerit, a Patre ipse ait procedere. Sicut enim proprius est Filii Spiritus naturaliter, et in ipso exsistens, δι' αὐτοῦ προϊὸν, per ipsum proveniens (aut procedens), ita etiam Patris. » Agitur sine dubio de Spiritu naturaliter Filii proprio, et in ipso exsistente : adeoque agitur de naturali, ac æterna, et substantiali ejus a Patre processione per Filium. Et pag. 925 : « Spiritus sanctus nullo modo ab Unigeniti substantia alienus intelligitur. Sed πρόεισι φυσικῶς ἐξ αὐτῆς, ex ea naturaliter provenit (ex ea, inquit, Unigeniti substantia : quod est idem atque ex ipso Unigenito), identitate naturæ aliud nihil ab ipso exsistens, licet in propria persona subsistere intelligatur. » Ubi præpositionem *per* loco priore adhibitam, mutat in, *ex,* posteriori hoc in loco

(5.) *Quia per Filium hominibus datur* Spiritus sanctus, *propterea Spiritus Filii* et *proprius Filii,* dicitur. Hæc alia Theophylacti interpretatio est, Scripturarum verba ad *missionem temporalem,* seu charismatum largitionem detorquentis in citato ad Joannem commentario. « Sed hoc stare non potest (reponit doctor Aquinas opusculo 1 *Contra Græcos*). Dicit enim Cyrillus super Joannem : *Proprius est Spiritus sanctus Dei Patris : sed non est minus Dei Filii; non tanquam alius et alius Spiritus sanctus.* Idem dicit in exhortatorio Sermone ad Theodosium imperatorem : *Spiritus sanctus, sicut est proprius Patris, sic et in veritate est ipsius Filii.* (Testimonia recole superius allegata.) Si ergo *Patris est,* non solum quia ab ipso temporaliter datur et mittitur, sed etiam quia ab ipso æternaliter exsistit; eadem etiam ratione et *Filii erit,* quasi ab eo æternaliter exsistens. »

(6.) *Et ego concedo* (inquit Theophylactus in epistola ad Nicolaum diaconum) *esse Spi-*

Digitized by Google

ritum Filii, et veritatis et vitæ. Addam et sapientiæ et fortitudinis. Quid inde extundat? Colligendum nempe censet, agi de charismatibus datis, veluti sapientiæ, fortitudinis, timoris Domini, aliisque. Plura sunt animadvertenda, quæ ignorabat ille, aut simulabat. Ac primum Joannes Chrysostomus, vel auctor *homiliæ de Spiritu sancto* num. 4 nomina ejusdem Spiritus discernenda docet : et esse quidem ὀνόματα τῆς ἀῤῥάστου φύσεως, *nomina ineffabilis naturæ, Spiritum Dei, Spiritum Domini, Spiritum Patris, Spiritum Filii, Spiritum Christi, Spiritum vitæ, Spiritum veritatis :* esse vero creata *dona, spiritum virtutis, spiritum charitatis, spiritum temperantiæ, spiritum promissionis, spiritum revelationis, spiritum adoptionis filiorum.* Cur ergo hæc nomina miscet Theophylactus? Cur in Scripturis exprimentibus *Spiritum Filii, Spiritum vitæ, Spiritum veritatis*, intelligat dona creata?

Sane cum dicitur *Spiritus Filii*, aut *Spiritus Christi et Domini*, non alia locum habet intelligentia recta, nisi quæ Spiritum comparat ad Filium, velut ejus principium. Sed etiam cum dicis *Spiritum sapientiæ*, et *Spiritum fortitudinis*, obvio aptissimoque sensu *Spiritum sanctum* exprimis, veluti *causam*, quæ sapientiam, et fortitudinem, ac similia charismata in nobis efficit. Præterit hæc omnia archiepiscopus Bulgarus.

Hinc vero colligitur nomina illa, *Spiritus sapientiæ, Spiritus fortitudinis*, itemque *prudentiæ, consilii, scientiæ, pietatis, timoris Domini*, non solum charismata nobis communicata significare, ut innuit auctor homiliæ citatæ, verum etiam *Spiritus sancti personam :* neque hanc solummodo, veluti *causam donorum*, ut dicebamus : sed etiam, veluti quæ ipsorum charismatum ratione efficitur in nobis *novo modo præsens*, ac etiam *inhabitans tanquam in templo*, cum scilicet donat charitatem sanctificantem. Hanc nos vocamus *missionem* Spiritus sancti *proprie dictam*, quæ tum processionem ejus etiam a Filio consequitur, tum Theophylacti et Græcorum commentum omnino elidit. Qua de re adhuc inferius.

(7.) Addere aliam etiam liceat Græcorum interpretationem, utique ineptam. [XLII] Affert eam Aquinas loco citato : « Potest aliquis dicere, quod sit *Spiritus Christi : quasi in homine Christo plenarie inhabitans, secundum illud Lucæ* IV : *Jesus plenus Spiritu sancto, regressus est a Jordane : de cujus plenitudine nos omnes accepimus, ut dicitur Joannis* I. Hæc autem responsio sustineri non potest; ut scilicet *hac tantum ratione* Spiritus sanctus dicatur *Spiritus Christi*. Invenitur enim a doctoribus Græcorum dictum quod *Spiritus sanctus est naturalis Spiritus Filii*. (Aliqua ex Athanasio et ex Cyrillo, Alexandrinis episcopis, testimonia superius adduximus, ac plura quæ paria sunt, in utroque occurrunt.) Spiritus autem *non est naturalis Filio secundum humanitatem*, quia non pertinet ad naturam humanitatis : sed *gratis a Deo in natura humana effunditur*. Non ergo potest propter hoc dici *Spiritus Filii*, quia Christum excellenter replevit secundum humanitatem. »

Illud etiam diligentius animadvertendum est, ita Spiritum sanctum replevisse hominem Christum, ut non solum charismata in ipsum effusa considerari debeant : sed ipsa etiam Spiritus sancti persona, quæ ad Christum, ut homo est, dicitur *missa*, præcipuum teneat locum. Unde frustra jam Græci sunt, qui in *missione Spiritus sancti* nihil esse deinde arbitrantur, nisi doni creati efficientiam. Intelligi etiam debet persona ipsius Spiritus sancti : ut hæc non alio denique modo *mitti* dicatur, nisi per æternam processionem, quæ efficientiam donorum habet in tempore. Christianam ac theologicam doctrinam jam exponere ac vindicare pergo.

(8.) *Existimatis, procedere perinde esse ac communicari et donari* (verba sunt in epistola ad Nicolaum diaconum). *Et quoniam reperitur, Spiritus a Filio mitti ; vos errare non putatis dicendo, eum et a Filio procedere. Verum non ita se res habet. Nam procedere declarat modum quo Spiritus esse habet.... ac mitti significat abundantem donorum largitionem, seu effusionem bonitatis ; quæ a Patre quidem est, sed a Filio in eos qui digni sunt effunditur, quibus et per Filium manifestatus dicitur.* Ita Theophylactus, qui Latinorum doctrinam inepte exponit. Non enim existimamus nos, *procedere perinde esse*, proprie ut par est si loqui velimus, *ac donari, communicari, mitti :* tametsi divinam personam mitti nequeat intelligi sine æterna processione.

Duo docent Latini, in *missionem proprie dictam* concurrere : alterum, quod est *sempi-*

Digitized by Google

terna processio personæ, quæ mittitur; et alterum, quod est *externa aliqua efficientia*, sive incidat sub sensus, ut cum Verbum humanitate suscepta apparuit hominibus, sive interius sit et non aspectabile quod agitur, ut cum Spiritus sanctus ad fidelium sive justorum quemque mittitur. Hinc *Pater*, qui non habet a quo procedat, nusquam *missus* dicitur; ac *missi* dicuntur *Filius et Spiritus sanctus*, quia procedunt. Rursum *missio, donatio, communicatio* auctoritatem ac potestatem exprimunt in *mittente, et donante, et communicante*. Ecquam vero potestatem auctoritatemve *Pater habet in Filium, et Pater et Filius in Spiritum sanctum*, nisi hanc quæ est *principii* notio et *originis*? Itaque *Filium mitti a Patre* est gigni Filium naturam hominis assumpturum, et suo tempore assumentem, et *mitti Spiritum sanctum* est procedere ipsum cum efficientia externi operis, quod in tempore impletur. Jam constat quomodo sempiterna processio in missionem proprie dictam concurrat.

At *procedere declarat modum*, inquis, quo *Spiritus esse habet*. Ita scilicet, ut processione Spiritus habeat esse, seu divinam accipiat essentiam : et id etiam accipiat, quod est efficere externa charismatum opera. At *mitti*, addis, *abundantem significat donorum largitionem*. Nempe processio sempiterna sub nomine ac respectu *missionis*, quodam modo completur externa efficientia sive actuali donorum largitione in tempore.

Hanc efficientiam externam, si per sese sumpta ac veluti sejuncta a personæ missæ processione consideretur, Scripturæ, Patres, theologi vocant *missionem minus proprie dictam* ; quo utique missionis intellectu, dictum reperimus, *mitti Filium a Spiritu sancto*, ac *Filium et Spiritum sanctum mittere seipsos*. Duo tamen animadverte, quæ hoc loco præcipua sunt : ac primo impropriam ac nimis latam hanc esse *missionis* notionem ; deinde in eodem *impropriæ missionis* genere nuspiam in Scripturis, ac vix etiam apud Patres *missum legi Patrem*. Adeo nimirum pro comperto haberi debet, *missionem proprie dictam* redigi debere ad sempiternam [XLIII] divinæ personæ processionem. Cur enim nuspiam *Pater mitti* dicatur? Ea utique ratione, quia a nullo procedit. Corticem rei spectabat Theophylactus, doctrinæ sublimis medullam non attigit.

(9.) *Insufflare Spiritum sanctum post resurrectionem Dominus dicitur : non vero quod productor ejus sit.... Et alias neque tunc totus datus est, sed unicum charisma seu donum remissionis peccatorum : tantummodo enim, ut Pentecostes tempore daretur, decretum est.... Si Domini insufflatio in discipulos non fuit unius tantum charismatis, sed totius Spiritus sancti donatio : igitur Paracletum tunc eis dedit. Quomodo igitur se habet illud : Si ego non abiero, Paracletus non veniet ad vos? Descensus in Pentecoste si ejusdem Spiritus fuit, erat superfluus : si vero alterius; cedo, quis ille, qualisque fuerit?* Hæc in epistola ad Nicolaum diaconum.

Paria sunt in commentario ad caput III Joannis : « Profecto inquiunt : nam (*Joannis* XX) et *inspiravit discipulis*, et dixit : *Accipite Spiritum sanctum*. O desipientiam! Si tunc dedit discipulis Spiritum, quando insufflavit, quomodo postea dixit eis (*Actor.* I) : *Accipietis virtutem supervenientis Spiritus sancti super vos, non post multos hos dies?* Vel quomodo credimus, in Pentecoste factum descensum Spiritus; si quidem in vespera resurrectionis dedit illum? Tunc enim *inspiravit*. At hæc quidem valde ridicula. Manifestum enim, quod *tunc* illis *Spiritum sanctum* non dederit, sed *donum Spiritus sancti*, remissionem scilicet peccati. Statim enim subdit : *Quorum remiseritis peccata*, » etc.

Imo ridicula Theophylacti argumentatio est : seque ridiculum præbet, doctrinæ repugnans quam tradit Cyrillus inter Græcos, et Augustinus inter Latinos, præstantissimi Patres. Sic habet iste libro II, alias III, *Contra Maximinum*. « De Patre est Filius, de Patre est Spiritus sanctus ; sed ille genitus, iste procedens : ideo ille Filius est Patris, de quo genitus est; iste autem *Spiritus utriusque*, quoniam *de utroque procedit*. Sed ideo, cum de illo Filius loqueretur, ait *de Patre procedit* : quoniam Pater processionis ejus est auctor, qui talem Filium genuit, et *gignendo ei dedit, ut etiam de ipso procederet Spiritus sanctus*. Nam nisi procederet et de ipso, non diceret discipulis : *Accipite Spiritum sanctum* ; eumque *insufflando* daret, ut *a se quoque procedere* significans, aperte ostenderet *flando*, quod spirando dabat occulte. »

Gemina sunt quæ disserit Cyrillus Alexandrinus libro XII *In Joannem : Statim eos*

Digitized by Google

sanctificat, manifesto insufflatu Spiritum eis largiens; ut et nos firmiter crederemus, alienum non esse a Filio Spiritum, *sed ei consubstantialem, et* δι' αὐτοῦ προϊὸν τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς, *per ipsum ex Patre procedentem.* Et libro IX præcedente ad caput XIV Joannis : *Idcirco enim Christus insufflavit corporaliter, ostendens quod sicut ex ore humano spiritus prodit corporaliter, sic ex divina substantia, Deitati convenienter,* προχεῖται τὸ ἐξ αὐτοῦ, *Spiritus qui ex eo* (Filio) *est, profunditur.* Alia habet lectio, ἐξ αὐτῆς, *ex ea divina substantia,* utique Filii. Perspicue Patres hi duo, quibuscum Theophylactus comparari non potest, non solum dona creata in missione Spiritus sancti a Filio distribui, sed ipsam etiam docent divinam sancti Spiritus personam dari : adeoque probant ex consequenti, a Filio æterna processione Spiritum sanctum prodire.

(10.) *In ea insufflatione,* inquit ille, *unius tantum charismatis fuit donatio, non totius Spiritus sancti. Alioquin quomodo se haberet illud : Si non abiero, Paracletus non veniet ad vos?* Nimium crasse et ridicule. Quoties namque mittitur daturque Spiritus sanctus, datur ac mittitur totus, cum sit unus et simplicissimus. Ad charismata redigitur diversitas tota : nec enim cuilibet, ac semper omnia charismata ejus distribuuntur; verum hæc, et non alia, ac magis minusque præstantia, pro gratuito Dei favore.

Supervacaneum infers *adventum Spiritus sancti in die Pentecostes.* « Hæc dicens non novit, ea contentiosæ mentis esse commenta (verba sunt Joannis Becci num. 68). Unde enim habet, *die Pentecostes, Spiritus adventum, si ejusdem fuit Spiritus, supervacaneum fuisse?* Namque si *die Pentecostes* adventum supervacaneum decernit, *si ejusdem est Spiritus ante Pentecosten insufflati,* multæ ejusdem Spiritus redundantiæ comparebunt, quod extremæ absurditatis est. Ex quo enim primum creato homini *in animam viventem* insufflatus est; *diversis adventibus* postmodum ad dignos descendit; et nihilominus licet ad plures et sæpius descenderit, nunquam tamen ullus illius adventus *supervacaneus* reputatus est. [XLIV] Verum Bulgarus, si quod *ante Pentecosten insufflatus est,* adventum illius *in Pentecoste* aut *supervacaneum* vult dicere, aut *alterius Spiritus* adventum : non solum tum supervacanee affirmabit descendisse Spiritum discipulis, sed et ante in Pentecoste adventum; et cum *huic vel alteri prophetarum, alio atque alio tempore, et modis diversis* adveniens, associatus est. Nam si nunc in *forma ignitarum linguarum,* tum vero non simili ratione acceptantibus adveniebat : nihilominus *idem adveniebat Spiritus,* et nullus variorum Spiritus adventuum *supervacaneus* nuncupabitur ab illis qui per rectas Scripturarum semitas propria vestigia dirigunt. »

Quomodo, reponit ille, *se illud habet : Si ego non abiero?* etc. « Hæc enuntiat (Becci responsio est), ignorans *in corporea specie ignitarum linguarum* Spiritus adventum promissum fuisse discipulis a Servatore. Opus enim erat, cum Servator corpore nobiscum versatus fuisset, Spiritum etiam corpore comparere, ut verbis Magni Gregorii utar. » Adde abundantiorem charismatum largitionem, quam in Pentecoste attulit Spiritus adveniens.

Hujusce demum *missionis* hanc habeto clariorem expositionem. Rebus omnibus adest intime Deus *per essentiam,* et *præsentiam,* et *potentiam* : idque habet a Deo Patre Deus Filius, et habet a Patre et Filio Deus Spiritus sanctus. Per charismatum elargitionem novus exsurgit velut præsentiæ modus : qui magis minusque specialis est pro dati charismatis conditione et præstantia. Hinc Spiritus sanctus, a Patre et a Filio missus, novo modo *absolute et simpliciter,* ut inquiunt, adesse dicitur, et inhabitare in iis qui gratiæ sanctificantis charisma recipiunt : sed etiam novo aliquo modo per fidem peccatoribus fidelibus inexsistit, et pœnitentibus per dilectionem, *secundum quid et imperfecte.* Quæ demum omnia ita intellige, ut cum ipso Spiritu sancto, qui mittitur, communem habeant Pater etiam et Filius novam ipsam præsentiam, et inhabitationem ratione doni concessi, quod simul ad extra tota operatur sanctissima Trinitas : ac præterea in ea per gratiam sanctificantem justis in hominibus inhabitatione, quidpiam inveniatur q[illegible] ipsius personæ Spiritus sancti proprium sit, veluti specialis quædam ejusdem p[illegible]nimam justi applicatio. Ita frequentius Latini scriptores docent. Aquinatem [illegible] consule, et Petavium, et Franciscum Sylvium.

(11.) Alia profero, quæ in epistola ad Nicolaum diaconum [illegible]s accumul[illegible] argumenta : *Id, quod ad exsistendum opus habet duobus princi[illegible] est eo q[illegible] ab uno principio est, vel æquale, vel minus. Sed æquale esse n[illegible] enim ab[illegible]*

Digitized by Google

principio, et non aliter. Relinquitur ergo esse majus, vel minus... Igitur Spiritus sanctus erit major Filio (qui ab uno); et ecce novam impietatem. Vel est minor *Filio, sicque reviviscit Macedonius... Si Filio major est Pater in eo, quod causa ejus est : et ipse Filius erit major Spiritu sancto eadem ratione... Ubi invenisti Filium dici majorem Spiritu? Quomodo tandem proprietas communis esse potest?*

Ad postremum argumentum solutio Becci est inter refutationes Photii in eadem *Oratione de unione Ecclesiarum*, num. 42 : « Dicis, Si *communis est Patris et Filii proprietas* productio Spiritus sancti, quomodo *commune* erit *proprietas?* Ego porro dico : quanam ratione maxime absurdum tibi videtur, esse aliquid *commune* Patri et Filio, *proprie* in ipsis solis consideratum, quod non sit *commune Spiritui?* Est enim commune Patri et Filio, quod Spiritui commune non est : et quod non unius, sed duarum personarum est, hoc commune dicitur, et est; quod vero proprie in illis consideratur, et illius particeps non est Spiritus, dicitur eorum proprietas. Nempe ut eo distinguatur ab illis Spiritus... Nyssenus homilia *in Orationem Dominicam*, manifeste id astruit : *Cum enim Filius ex Patre exivit, et Spiritus ex Deo et Patre procedit. Sed quemadmodum sine causa esse, cum sit solius Patris, Filio et Spiritui adaptari nequit : sic contra, esse ex causa, quod est Filii et Spiritus proprium, de Patre considerari alienum est a natura. Cum vero commune sit Filio et Spiritui sancto non esse absque ortu; rursus est facile, differentiam quæ in eorum proprietatibus est, reperire.* Adverte animum.... quomodo *proprietatem* duarum tantum personarum vocavit *ex causa eas esse* : et quomodo repræsentavit, *commune* esse iisdem duabus personis absque *ortu non esse.* »

[XLV] Cætera ut locum haberent argumenta, Theophylacto comminiscendum erat, Patrem et Filium *duo* constitui sancti Spiritus *principia* : cum e contra, sicut Pater et Filius, *quantum ad hoc quod est esse principium Spiritus sancti*, non opponuntur : ita minime distinguantur, sed sint duo supposita cum una eademque Spiritum sanctum producendi virtute.

(12.) *Fuerit* ergo *Filius*, inquis, *Spiritu sancto major?* « Considera, reponit Beccus num. 67, ne tibi hæc dubitatio in opprobrium vertatur, si Italus magnum tibi Athanasium producet oratione I *Adversus Arianos* (num. 50) hæc tradentem : *Discipulis Dominus deitatem et magnitudinem suam ostendens, non minorem semetipsum Spiritu, sed majorem et æqualem esse significans, tradebat Spiritum, dicebatque : Ego illum mitto, et ipse me glorificabit, et quæcunque audiet, loquetur.* » In Parisiensi Montfauconii editione vox, μείζονα, *majorem*, desideratur. Habent illam editiones aliæ, ac mss. codices aliqui. Ad hunc locum admonet laudatus editor, in margine codicis Basileensis hæc adnotari : *Vide, quomodo Filius æqualis et major sit Spiritu : æqualis quidem secundum divinitatem, major vero ratione causæ, ut et Pater ipso Verbo est major.* Nempe unam vox illa dignitatem indicat ratione originis.

76. Animadversione dignissima sequuntur Theophylacti verba in epistola sæpius memorata ad Nicolaum diaconum et canstrisium : *Si dixeris te affirmare Spiritum ex Filio procedere, quatenus ab eo distribuitur et datur... et ad ita loquendum cogi te penuria vocum, Latinæque linguæ paupertate... ego veniam facile dabo, ut in aliis quidem, hoc est, communibus, ac etiam ecclesiasticis sermonibus, si velis, vocibus utaris ut tibi lingua concedit : præmissa tamen convenienti declaratione, ne qui audiunt, ignorent duplicem esse vocis intelligentiam* (processionem scilicet, secundum quod a solo Patre habet esse, et effusionem vel commu[illegible]nem Spiritus). *At vero in Symbolo exprime processionem a solo Patre.*

Hunc sine dubio locum i[illegible]oannes Beccus inter ejusd[illegible]ylacti refuta-
tiones, num. 66 : « Ego inte[illegible] tibi (Theophylacte), ago [illegible]nte; quando te
reperio, unionem Ecclesiæ [illegible]tili, quod aiunt, *filo* app[illegible]illis, quæ Italo
insinuas : *In aliis quidem c[illegible] vocem usurpandam Spir[illegible]re et Filio pro-*
cessionis [illegible]ibi lingua per[illegible] munibus nempe serm[illegible]iasticis et col-
loqui[illegible]escat; in Sy[illegible] non concedam. Ex[illegible]i tui candorem,
et ag[illegible]ni te magn[illegible]isse. »
Ha[illegible] duo, quæ[illegible] Theophylactus,
mirac[illegible]identur : [illegible]us animadvertit,
scopi[illegible]empe, Pr[illegible] u bonam mer[illegible]t verba archiepi-
[illegible]clarari mod[illegible]eus habet esse : ac

Digitized by Google

sanctificat, manifesto insufflatu Spiritum eis largiens; ut et nos firmiter crederemus, alienum non esse a Filio Spiritum, *sed ei consubstantialem, et* δι' αὐτοῦ προϊὸν τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς, *per ipsum ex Patre procedentem.* Et libro IX præcedente ad caput XIV Joannis : *Idcirco enim Christus insufflavit corporaliter, ostendens quod sicut ex ore humano spiritus prodit corporaliter, sic ex divina substantia, Deitati convenienter,* προχεῖται τὸ ἐξ αὐτοῦ, *Spiritus qui ex eo* (Filio) *est, profunditur.* Alia habet lectio, ἐξ αὐτῆς, *ex ea divina substantia,* utique Filii. Perspicue Patres hi duo, quibuscum Theophylactus comparari non potest, non solum dona creata in missione Spiritus sancti a Filio distribui, sed ipsam etiam docent divinam sancti Spiritus personam dari : adeoque probant ex consequenti, a Filio æterna processione Spiritum sanctum prodire.

(10.) *In ea insufflatione,* inquit ille, *unius tantum charismatis fuit donatio, non totius Spiritus sancti. Alioquin quomodo se haberet illud : Si non abiero, Paracletus non veniet ad vos?* Nimium crasse et ridicule. Quoties namque mittitur daturque Spiritus sanctus, datur ac mittitur totus, cum sit unus et simplicissimus. Ad charismata redigitur diversitas tota : nec enim cuilibet, ac semper omnia charismata ejus distribuuntur; verum hæc, et non alia, ac magis minusque præstantia, pro gratuito Dei favore.

Supervacaneum infers *adventum Spiritus sancti in die Pentecostes.* « Hæc dicens non novit, ea contentiosæ mentis esse commenta (verba sunt Joannis Becci num. 68). Unde enim habet, *die Pentecostes, Spiritus adventum, si ejusdem fuit Spiritus, supervacaneum fuisse?* Namque si *die Pentecostes* adventum supervacaneum decernit, *si ejusdem est Spiritus ante Pentecosten insufflati,* multæ ejusdem Spiritus redundantiæ comparebunt, quod extremæ absurditatis est. Ex quo enim primum creato homini *in animam viventem* insufflatus est; *diversis adventibus* postmodum ad dignos descendit; et nihilominus licet ad plures et sæpius descenderit, nunquam tamen ullus illius adventus *supervacaneus* reputatus est. [XLIV] Verum Bulgarus, si quod *ante Pentecosten insufflatus est,* adventum illius *in Pentecoste* aut *supervacaneum* vult dicere, aut *alterius Spiritus* adventum : non solum tum supervacanee affirmabit descendisse Spiritum discipulis, sed et ante in Pentecoste adventum; et cum *huic vel alteri prophetarum, alio atque alio tempore, et modis diversis* adveniens, associatus est. Nam si nunc in *forma ignitarum linguarum,* tum vero non simili ratione acceptantibus adveniebat : nihilominus *idem adveniebat Spiritus,* et nullus variorum Spiritus adventuum *supervacaneus* nuncupabitur ab illis qui per rectas Scripturarum semitas propria vestigia dirigunt. »

Quomodo, reponit ille, *se illud habet : Si ego non abiero?* etc. « Hæc enuntiat (Becci responsio est), ignorans *in corporea specie ignitarum linguarum* Spiritus adventum promissum fuisse discipulis a Servatore. Opus enim erat, cum Servator corpore nobiscum versatus fuisset, Spiritum etiam corpore comparere, ut verbis Magni Gregorii utar. » Adde abundantiorem charismatum largitionem, quam in Pentecoste attulit Spiritus adveniens.

Hujusce demum *missionis* hanc habeto clariorem expositionem. Rebus omnibus adest intime Deus *per essentiam,* et *præsentiam,* et *potentiam :* idque habet a Deo Patre Deus Filius, et habet a Patre et Filio Deus Spiritus sanctus. Per charismatum elargitionem novus exsurgit velut præsentiæ modus : qui magis minusque specialis est pro dati charismatis conditione et præstantia. Hinc Spiritus sanctus, a Patre et a Filio missus, novo modo *absolute et simpliciter,* ut inquiunt, adesse dicitur, et inhabitare in iis qui gratiæ sanctificantis charisma recipiunt : sed etiam novo aliquo modo per fidem peccatoribus fidelibus inexsistit, et pœnitentibus per dilectionem, *secundum quid et imperfecte.* Quæ demum omnia ita intellige, ut cum ipso Spiritu sancto, qui mittitur, communem habeant Pater etiam et Filius novam ipsam præsentiam, et inhabitationem ratione doni concessi, quod simul ad extra tota operatur sanctissima Trinitas : ac præterea in ea per gratiam sanctificantem justis in hominibus inhabitatione, quidpiam inveniatur quod ipsius personæ Spiritus sancti proprium sit, veluti specialis quædam ejusdem personæ ad animam justi applicatio. Ita frequentius Latini scriptores docent. Aquinatem potissimum consule, et Petavium, et Franciscum Sylvium.

(11.) Alia profero, quæ in epistola ad Nicolaum diaconum Theophylactus accumulat argumenta : *Id, quod ad exsistendum opus habet duobus principiis, vel majus est eo quod ab uno principio est, vel æquale, vel minus. Sed æquale esse non potest : foret enim ab uno*

Digitized by Google

principio, et non aliter. Relinquitur ergo esse majus, vel minus... Igitur Spiritus sanctus erit major Filio (qui ab uno) ; et ecce novam impietatem. Vel est minor *Filio, sicque revivisci Macedonius... Si Filio major est Pater in eo, quod causa ejus est : et ipse Filius erit major Spiritu sancto eadem ratione... Ubi invenisti Filium dici majorem Spiritu? Quomodo tandem proprietas communis esse potest?*

Ad postremum argumentum solutio Becci est inter refutationes Photii in eadem *Oratione de unione Ecclesiarum*, num. 42 : « Dicis, Si *communis est Patris et Filii proprietas* productio Spiritus sancti, quomodo *commune* erit *proprietas?* Ego porro dico : quanam ratione maxime absurdum tibi videtur, esse aliquid *commune* Patri et Filio, *proprie* in ipsis solis consideratum, quod non sit *commune Spiritui?* Est enim commune Patri et Filio, quod Spiritui commune non est : et quod non unius, sed duarum personarum est, hoc commune dicitur, et est; quod vero proprie in illis consideratur, et illius particeps non est Spiritus, dicitur eorum proprietas. Nempe ut eo distinguatur ab illis Spiritus... Nyssenus homilia in *Orationem Dominicam*, manifeste id astruit : *Cum enim Filius ex Patre exivit, et Spiritus ex Deo et Patre procedit. Sed quemadmodum sine causa esse, cum sit solius Patris, Filio et Spiritui adaptari nequit : sic contra, esse ex causa, quod est Filii et Spiritus proprium, de Patre considerari alienum est a natura. Cum vero commune sit Filio et Spiritui sancto non esse absque ortu; rursus est facile, differentiam quæ in eorum proprietatibus est, reperire.* Adverte animum.... quomodo *proprietatem* duarum tantum personarum vocavit *ex causa eas esse* : et quomodo repræsentavit, *commune* esse iisdem duabus personis absque *ortu non esse.* »

[XLV] Cætera ut locum haberent argumenta, Theophylacto comminiscendum erat, Patrem et Filium *duo* constitui sancti Spiritus *principia* : cum e contra, sicut Pater et Filius, *quantum ad hoc quod est esse principium Spiritus sancti*, non opponuntur : ita minime distinguantur, sed sint duo supposita cum una eademque Spiritum sanctum producendi virtute.

(12.) *Fuerit* ergo *Filius*, inquis, *Spiritu sancto major?* « Considera, reponit Beccus num. 67, ne tibi hæc dubitatio in opprobrium vertatur, si Italus magnum tibi Athanasium producet oratione 1 *Adversus Arianos* (num. 50) hæc tradentem : *Discipulis Dominus deitatem et magnitudinem suam ostendens, non minorem semetipsum Spiritu, sed majorem et æqualem esse significans, tradebat Spiritum, dicebatque : Ego illum mitto, et ipse me glorificabit, et quæcunque audiet, loquetur.* » In Parisiensi Montfauconii editione vox, μείζονα, *majorem*, desideratur. Habent illam editiones aliæ, ac mss. codices aliqui. Ad hunc locum admonet laudatus editor, in margine codicis Basileensis hæc adnotari : *Vide, quomodo Filius æqualis et major sit Spiritu : æqualis quidem secundum divinitatem, major vero ratione causæ, ut et Pater ipso Verbo est major.* Nempe unam vox illa dignitatem indicat ratione originis.

76. Animadversione dignissima sequuntur Theophylacti verba in epistola sæpius memorata ad Nicolaum diaconum et canstrisium : *Si dixeris te affirmare Spiritum ex Filio procedere, quatenus ab eo distribuitur et datur... et ad ita loquendum cogi te penuria vocum, Latinæque linguæ paupertate... ego veniam facile dabo, ut in aliis quidem, hoc est, communibus, ac etiam ecclesiasticis sermonibus, si velis, vocibus utaris ut tibi lingua concedit : præmissa tamen conveniente declaratione, ne qui audiunt, ignorent duplicem esse vocis intelligentiam* (processionem scilicet, secundum quod a solo Patre habet esse, et effusionem vel communicationem Spiritus). *At vero in Symbolo exprime processionem a solo Patre.*

Hunc sine dubio locum indicabat Joannes Beccus inter ejusdem Theophylacti refutationes, num. 66 : « Ego interim gratias tibi (Theophylacte), ago de bona mente ; quando te reperio, unionem Ecclesiæ veluti a *subtili*, quod aiunt, *filo* appendisse in illis, quæ Italo insinuas : *In aliis quidem concedo tibi, vocem usurpandam Spiritus ex Patre et Filio processionis, ut tibi lingua permittit : in communibus nempe sermonibus ecclesiasticis et colloquiis, si allubescat; in Symbolo vero solo, non concedam.* Exosculor animi tui candorem, et agnosco unioni te magnum pondus addidisse. »

Hæc invicem duo, quæ tradit loco citato Theophylactus, quæve Beccus animadvertit, minus consona videntur : neque primo aspectu *bonam mentem* exhibent verba archiepiscopi. Docuerat nempe, *processionis nomine declarari modum quo Spiritus habet esse :* ac

Digitized by Google

missionis vocem significare abundantem donorum largitionem, quæ a Patre quidem est, sed a Filio in eos qui digni sunt, effunditur. Tum Latinum, vel Italum inducit, id utique aientem, et nihilominus affirmantem, *Spiritum ex Filio procedere, quatenus ab eo distribuitur ac datur,* veluti ad ita loquendum *penuria coactum vocum Latinæque linguæ paupertate.* Commentum scilicet obtrudit Theophylactus. Italus enim aut Latinus hocce in argumento incusavit nullus unquam linguæ suæ Latinæ paupertatem ac vocum penuriam, neque potest incusare. Hac vero præsupposita linguæ paupertate, veniam se daturum Latino ait Bulgarus, si, *excepto Symbolo,* in aliis familiaribus, et ecclesiasticis etiam colloquiis, *Spiritum sanctum a Patre et Filio procedentem* asserat : ea tamen cautione adhibita, ut ejusdem Spiritus intelligatur *missio, donatio, distributio* per charismatum elargitionem. Hæc videntur evincere, minime Theophylacti mentem fuisse, ut ad solam vocis, *Filioque,* additionem ad Symbolum, aut omissionem in eo, redigi possit controversiæ summa.

Ut ut sese res habeat, bonæ frugis aliquid in archiepiscopo agnoscebat Beccus : utpote qui Latino permitteret, Spiritum sanctum procedentem a Patre Filioque affirmare extra Symbolum ; cum e contra Græcorum plerique locutionem hanc, veluti angue pejus, exsecrarentur. Illud etiam erat emolumenti : quod cum *Spiritus sancti a Patre et a Filio processionem* intelligi et accipi permitteret pro *ipsius missione* per donorum elargitionem, viam parabat ad veram ejusdem *missionis* intelligentiam, quam *sine æterna personæ missæ processione ab altera* non consistere, jam sæpius adnotavimus.

[XLVI] 77. Fuerunt cæteroqui ejus ætatis doctores Græci, qui eos inter ac Latinos controversiæ momentum redigerent ad unam vocis, *Filioque,* additionem ad Symbolum. Incepto sæculo duodecimo Thessalonicensem metropolim regebat Nicetas, qui primum Maroneæ in Thraciæ episcopus fuit. Prolixum ejus locum ex libris quos concinnavit de processione Spiritus sancti, promit Leo Allatius *Contra Hottingerum* pag. 467, ubi diligentius discussa quæstione, sic eam denique absolvit : « Dictionis (*Filioque*) *additionem* silentio vos quoque involvite, neque *in Symbolo* imposterum pronuntiate : sed uti Patres, ita nobiscum dicite, *Qui ex Patre procedit, qui cum Patre et Filio simul glorificatur ;* quod satis utrisque, nobis et vobis, per Spiritus sancti gratiam, amorem conciliabit ; cum invicem concordemus, cum dicimus et profitemur, *ex Patre per* Filium processionem. »

Mens eadem fuisse videtur Petri Antiocheni in epistola ad Michaelem Cerularium, ubi num. XI *malum et malorum pessimum* vocat *adjectionem ad sanctum Symbolum* : et nihilominus num. XXII : *Si in additione Symboli corrigantur,* ait, *nihil præterea postulaverim.* Levissimum jam vides quæstionis momentum. Res tota redigitur ad ecclesiasticæ disciplinæ caput, in quo nimia fuerit audacia Romani pontificis et Ecclesiæ Occidentalis auctoritatem ita coarctare, ut pro urgentibus circumstantiis non valuerit una voce Symbolum augere : quod utique a Græcis in Oriente factum in prima synodo Constantinopolitana. De hac *Additione,* deque ipso *Dogmate* consule Dissertationes nostras duas, quas hoc anno 1753 cum *Vita Georgii, seu Gregorii Cyprii, patriarchæ Constantinopolitani,* typis vulgavimus apud Joan. Baptistam Pasqualium.

XX.

Fidelium suffragia perperam ac falso docet, defunctorum aliquibus prodesse, qui gravibus inquinati peccatis ex hac vita decedunt. Latini nonnulli doctores notati. Russorum confessio fidei expenditur ac refellitur. Erroris causa. Doctrina illibata Thomæ Aquinatis.

78. Alienam a catholica fide sententiam, si verba spectentur, Theophylactus promit in cap. XII Lucæ v. 5, ad ea verba : *Timete eum, qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam.* Verba ejus sunt : « Vides, quod non dixit, *Metuatis eum, qui postquam occiderit, mittit in gehennam :* sed, *habentem potestatem mittendi.* Non enim semper, οἱ ἀποθνήσκοντες; ἁμαρτωλοί, qui moriuntur peccatores, mittuntur in gehennam : sed sunt in potestate Dei, ut etiam dimitti possint. Hoc autem dico *propter oblationes et distributiones, quæ fiunt pro defunctis ;* quæ non parum conducunt etiam his, τοῖς καὶ ἐν ἁμαρτίαις βαρείαις ἀποθάνουσιν, *qui in gravibus peccatis mortui sunt.* Non omnino igitur, postquam occidit, mittit in gehennam : sed potestatem habet mittendi. Ne igitur cessemus, per eleemosynas

Digitized by Google

et intercessiones propitium reddere cum, qui *potestatem habet mittendi*, non semper autem *hac potestate utentem:* sed et valentem remittere quiddam. »

Ad hæc verba in editione Philippi Montani apponitur e regione adnotatio : *Defunctorum auxilia, purgatorii assertio.* Eodem Bellarminus utitur testimonio Theophylacti ad catholicam de purgatorio veritatem confirmandam libro I *De purgatorio*, capite 10. Verumenimvero catholica veritas est, ipso tradente Bellarmino libro II, capite 1, in fine, *Purgatorium pro iis tantum esse, qui cum venialibus culpis moriuntur : ac rursum pro illis qui decedunt cum reatu pœnæ, culpis jam remissis.* Inter istos quis eos numeret, qui juxta Theophylactum *in gravibus peccatis mortui sunt?* Illos etiam, divinæ justitiæ ut satisfaciant, in locum pœnarum, quicunque iste sit, et quæcunque sint illæ, *mittit* ac projicit Deus : et non solum potestatem habet mittendi, qua non semper utitur, ut ait Bulgarus.

Pervium loci sensum exposuerat ille ad Matthæi caput X, v. 28 : *Docet et mortem contemnendam : terribilius enim, inquit, gehennæ supplicium est. Qui enim occidunt, solum corpus destruunt : animæ autem fortassis beneficium faciunt. Deus autem in gehennam projiciens, et animam et corpus punit. Gehennam autem cum dicit, significat perpetuam pœnam.* Potestas illa, quæ apud Lucam Deo tribuitur, *jus* complectitur, *vim et efficientiam.* In eo positus est Theophylacti error, quod ab actu eam sejungit [XLVII] potestatem : excesseritque, defunctorum conditionem assignans, quibus fidelium suffragia prodesse possint ad salutem.

79. Sua tamen ut confirment Græci commenta, uti solent Theophylacti auctoritate. Expendere hoc loco pretium est operæ, quod habetur in *Orthodoxa Confessione catholicæ atque apostolicæ Ecclesiæ Orientalis.* Hanc pro Ecclesia Russorum concinnavit Petrus Mogila, metropolita Kioviensis ; eademque Græce et Latine typis prodiit *Wrastislaviæ apud Joan. Jacobum Korn* MDCCLI. Duas in partes tribuitur, ac in altera sic habet quæstio LXIV : *Annon et aliqui sic diem suam obeunt, ut beatorum damnatorumque medii sint?* Responsio : « Hujusmodi homines nulli reperiuntur. At illud probe constat, *scelcratos homines* (ἁμαρτολούς) *non paucis de orci claustris eripi, atque liberari :* non sua quidem ipsorum pœnitentia sive confessione... verum piis superstitum officiis et Ecclesiæ pro ipsis deprecationibus, præcipue vero per incruentum sacrificium. »

Quæstio LXV. *Quid igitur sentiendum de eleemosynis piisque officiis, quæ in refrigerium mortuorum præstantur?* Responsio. « Ea de re Theophylactus in caput XII Lucæ, exponens verba Christi v. 5.... ita commentatur. (Superiora ejus verba afferuntur.) Igitur a doctrina Patris hujus illud deducimus : oportere omnino a nobis preces pro defunctis concipi, atque offerri incruenta sacrificia, spargique liberali manu eleemosynas ; siquidem pia hujusmodi opera, sua causa, ipsimet præstare non possunt. »

Absurda plura promuntur. Cur illi qui cum venialibus duntaxat culpis, aut cum reatu pœnæ temporalis, culpis jam remissis, decedunt ex hac vita, quocunque demum in loco divinæ satisfaciant justitiæ, *beatos* inter ac *damnatos* non fuerint *medii?* Sceleratos homines, *gravibusqu in peccatis* decedentes cum ais, *non paucos* fidelium suffragiis, *de orci claustris eripi a liberari*, in errorem incidis Origenis, qui pœnis inferni finem aliquando futurum ait. Hujusce commenti aliqua in ecclesiasticis Græcorum libris vestigia reperiri, sive Origenistarum, sive aliorum fraude factum sit, adnotavit Leo Allatius dissertatione II *De libris ecclesiasticis Græcorum.*

Sed inquies cum Theophylacto, sceleratos illos, qui liberandi sunt, non esse a Deo in gehennam projectos ; *sed hoc esse in potestate Dei situm, sicut et veniam illis largiri.* At fides catholica repugnat in synodo Florentina constituta in decreto Unionis, ubi definitum legimus : *Illorum animas qui in actuali mortali peccato, sive originali decedunt, mox in infernum descendere*, etc. Quonam vero Scripturarum aut Patrum traditionis momento innixus, *potestatem Dei mittendi* in gehennam sejungis ab actu? Aiebat Christus Lucæ capite V, v. 24. *Ut autem sciatis quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, ait paralytico : tibi dico, Surge.* Num ergo reipsa non dimiserit peccata? Verum v. 20 dixerat : *Homo, remittuntur tibi peccata tua.*

80. Cum hæc Theophylactus scriberet, ejus fortasse animo obversabantur vulgatæ fabellæ de Trajani liberatione ab inferis, et Falconillæ, ac Theophili imperatoris, similesque. Nolim ego in iis refellendis tempus et operam perdere, quas invictis rejecere

Digitized by Google

argumentis viri docti plures. Consule Allatium *De perpetua consensione in dogmate purgatorii*, Natalem Alexandrum sæculo II, Dissertatione I, et Michaelem Lequienum Dissertatione V inter Damascenicas.

81. Sanctus Thomas Aquinas, hisce datis disputationis causa historiolis, quas critico non expendebat examine, modos aliquos probabiles, ac sanæ consonos theologiæ, excogitavit, queis vulgata peccatorum hominum ab inferis liberatio intelligi posset. Locum ejus affero ex Supplemento tertiæ partis qu. LXXI, art. 5 ad 5 : « De facto Trajani hoc modo potest probabiliter æstimari, quod *precibus beati Gregorii ad vitam fuerit revocatus ; et* ita gratiam consecutus sit, *per quam remissionem peccatorum habuit*, et per consequens immunitatem a pœna. Sicut etiam apparet in omnibus illis, qui fuerunt miraculose a mortuis suscitati, quorum plures constat idololatras et damnatos fuisse. De omnibus talibus enim dici oportet, quod *non erant in inferno finaliter deputati :* sed secundum præsentem propriorum meritorum justitiam. Secundum autem *superiores causas*, quibus prævidebantur ad vitam revocandi, erat aliter de eis disponendum Vel dicendum secundum quosdam, quod anima Trajani non fuit simpliciter a reatu pœnæ æternæ absoluta : sed ejus pœna [XLVIII] fuit suspensa ad tempus, scilicet usque ad diem judicii : nec tamen oportet quod hoc fiat *communiter per suffragia :* quia alia sunt, quæ *lege communi* accidunt, et alia quæ *singulariter* et *ex privilegio* aliquibus conceduntur. »

Longe differt hæc Thomæ doctrina a commentis Græcorum. Vel enim in hisce casibus qui ad legem communem non pertinent, nulla est *suffragiorum* vis aut utilitas ; vel qui liberantur peccatores, ad vitam redeunt mortalem, pœnitentiam pro delictis acturi.

XXI.

Piorum hominum spiritus, qui corpore soluti jam nulla egent purgatione, in regnum cælorum recipi, Theophylacti sententia est. An etiam docuerit, divina eos donari visione, inquiritur. Virgini Deiparæ privilegium immunitatis ab omni culpa, etiam levi, detrahit ; quod aliis quibusdam Ecclesiæ Patribus commune.

82. De spiritibus piorum hominum, qui vel nullam peccati maculam incurrerunt post susceptum baptisma, vel contractam aut in corpore viventes, aut post mortem expiarunt, varias Græcorum quæstiones, ad eorum statum quod attinet, ignorat nemo. Ineptas opinationes plures rejicit Theophylactus : eosdemque spiritus in regnum cœlorum recipi, docet luculentissime. Insignis locus est ad caput XXIII Lucæ, v. 43 : *Memento mei, cum veneris in regnum tuum... Hodie mecum eris in paradiso.*

Theophylacti verba sunt : « Quærunt autem quidam, quomodo dicente Domino latroni : *Hodie mecum eris in paradiso*, Paulus dixit (ad Hebræos capite XI, v. 39) quod nullus sanctorum *receperit promissionem ?* Et quidam dicunt, quod Apostolus non *de omnibus sanctis* asserat, quod non receperint promissionem : sed de his *quos ipse solum enumeravit* (Abrahamum, Henochum, Noe, etc.) Enumeravit autem alios quidem multos : latronis autem non meminit. Audi enim quid dicat : *hi omnes*, demonstrando eos, quos sermo enumerat : quibus *latro* connumeratus non est. » Hæc prima interpretatio, quæ non omnes, sed aliquos tantum sanctos *in paradisum* receptos admittebat.

Alii autem dixerunt : quod *latro* nondum sortitus sit *in paradiso conversationem* (seu transportationem in paradisum, διαγωγῆς). Sed quia invariabilis sit, et mentiri nequeat Domini promissio, ideo dictum esse : *Hodie mecum eris in paradiso*. Est enim et hæc species phraseos in verbis Dominicis, ut de futuris loquatur, tanquam de his quæ jam fiant. Ut cum dicit (*Joannis* capite III, v. 18), *Qui non credit, jam judicatus est.* » Hæc altera interpretatio sanctorum beatitatem, aut paradisum, non excepto sancto latrone, differendum jubet.

« Alii torquent verbum, punctum facientes post *hodie*. Ut sit is sensus dicti : *Amen dico tibi, hodie*. Deinde, *Mecum eris in paradiso*, adjicientes. » Hæc etiam interpretatio tertia paradisum ad futurum tempus differt.

Paradisum a regno cœlorum distinguit quarta : beatitatemque constituit in regno cœlorum, quod differtur. « Quidam vero, qui maxime sensum assequi visi sunt, sic exponunt : *Repromissa nobis bona non sunt ingressus in paradisum, vel ascensus, sed regnum cælorum*. Unde et oramus, *Veniat regnum tuum :* non, *conversatio illa in paradiso*. Neque enim

Digitized by Google

mihi dicat aliquis : quod *idem sit paradisus et regnum.* Bona enim regni *neque auris audivit, neque oculus vidit, neque in cor hominis ascendit* (Isaiæ capite LXIV, v. 4, et I ad Corinthios capite II, v. 9). *Paradisum* autem et oculus Adæ vidit, et auris audivit de eo... *Latro* itaque *paradisum* sortitus est : non autem assecutus est *regnum.* Assequetur autem, quando etiam omnes, quos Paulus enumeravit. Hunc autem, hoc tempore, *paradisum* habet, qui est *pars spiritualis quietis.* Hæc quidem multi sæpenumero dixerunt. » Interpretes isti *partem aliquam spiritalis quietis* illico post mortem sanctis concedi, fatentur : et in *paradiso* quidem *terrestri*, ut aiunt nonnulli. Regnum cœlorum ad sæculi consummationem differri, contendunt.

Non ita Theophylactus. « Sed dicendum est (inquit) ὅτι εἰ καὶ ταυτόν ἐστι βασιλεία οὐρανῶν, καὶ παράδεισος, quod *etiamsi idem sit regnum cœlorum et paradisus*, nihil prohibet, et Dominum vera dicere, et Paulum. Nam latro quidem est [XLIX] in *paradiso*, hoc est *regno :* et non solum ipse, sed etiam omnes quos numerat Paulus. Atqui non fruitur *perfecta bonorum participatione*, τῆς τελείας τῶν ἀγαθῶν κληρουχίας. » Exemplum adducit *condemnatorum, qui in regiis non sunt, sed in custodiis clausi tenentur in deputatis pœnis :* cum *honorabiles et in regias ingrediuntur et in eis versantur ; et cum venerit tempus distributionis regalium donorum, illa assequuntur.* « Ita et sancti, inquit, tametsi *nondum perfecte bonis fruantur*, jam tamen versantur in locis lucidis et fragrantibus, et regiis denique tabernaculis, etiamsi nondum distributionem regiorum bonorum perfecte assequantur. Ita et *latro in paradiso fuit*, etiamsi *nondum perfecte acceperit*, ut non absque nobis perfectus sit, ἵνα μὴ χωρὶς ἡμῶν τελειωθῇ. Et hoc opinor verissimum omnium. » Apertissima sententia est, paradisum et regnum esse idem : ac sanctos in regnum cœlorum receptos degere.

Tum paradisi distinctionem a regno admittere videtur, *regni* nomine intelligens *integram felicitatem*, ac perfectam bonorum omnium assecutionem ; sed ad priorem statim redit interpretationem, quæ pro eodem habet utrumque. « Ut ne dicam, inquit, quod *sanctorum gratia* in quotidianis miraculorum operationibus, *paradisus* merito dictus sit : et omnes sancti, quotquot *participes facti sunt spiritualium donorum*, et qui *arrhabonem habent* Spiritus, in *paradiso* sint ; etiamsi *nondum perfecti fuerint, et regnum acceperint*, sicut dicit Apostolus in epistola ad Hebræos : *Etiamsi nondum promissionem acceperint.* Promissionem enim dicendo, τὸ ὁλόκληρον, *integram hæreditatem* (seu felicitatem) declaravit. At illam nondum integram acceperunt. Et *sunt in regno, et paradiso*, εἰσὶ μέντοι καὶ ἐν βασιλείᾳ καὶ ἐν τῷ παραδείσῳ ; » Ad priorem se reducit interpretationem.

83. *Dices, Non sequitur : sancti sunt in cœlo, ergo vident Deum.* Nonnullorum objectio est apud Bellarminum libro I *De sanctorum beatitudine*, capite 3. Reponit ille : « Recte sequi ; nam per *cœlum* intelligimus sedem, et quasi aulam regiam Dei, *ubi Deus semper videtur*... Tametsi enim Deus ubique sit, tamen proprie in cœlo dicitur, quia per sui manifestationem illic *se* præsentem ostendit ; et cernitur ab iis qui digni sunt cœlesti illa sede. »

Quænam vero fuerit mens Theophylacti ? Verisimillimum puto, ipsum existimasse, visione Dei frui sanctos in regno cœlorum. *Paradisum* ille idem esse docet ac *regnum cœlorum*, quod interpretatio quarta distinguebat. Atqui *bona regni* ea dicuntur, quæ *neque auris audivit, neque oculus vidit, neque in cor hominis ascendunt.* Quis vero inter hæc *bona regni*, in quo degere sanctos Theophylactus ait, non enumeret illud præcipuum, quod est clara visio Dei ? Disertissime affirmat, *bonorum participatione* eos frui in regno cœlorum, *nondum tamen perfecta ;* quæ verba par est ita intelligere, ut sane Deum ipsi videant, perfectam donorum distributionem accepturi, resumpto corpore post judicium in consummatione sæculi. Maxime favet eorum exemplum, quod affertur, qui *in regias ingrediuntur, et in eis versantur.* An isti nunquam viderint regem ? Imo vident ; *et cum venerit tempus distributionis regalium donorum*, consummatio scilicet sæculi, et corporum resurrectio, *ea perfecte assequentur.* Data vero *regni cœlorum* distinctione a *paradiso ;* illud intelligit Theophylactus *integram felicitatem ;* et istum, *felicitatem* quidem, sed non plenam, *spiritualium quoque donorum participationem et arrhabonem Spiritus ;* claram sine dubio visionem Dei. Addere locum ejus liceat ad caput I Epistolæ ad Philippenses, v. 21 : « *Mihi enim vivere Christus est, et mori lucrum.* Mori autem lucrum est, quia tunc apertius cum ipso (Christo, Filio Dei) versabor. »

Digitized by Google

84. Nævus est in Theophylacti doctrina ad caput XII Matthæi, v. 46 : *Adhuc eo loquente ad turbas, ecce Mater ejus et fratres stabant foris, quærentes loqui ei.* Hanc ille expositionem appingit : « Ἀνθρώπινόν τι, *Humanum quid*, volebat ostendere Mater, quod ut in Filium potestatem habeat : nihil enim magnum adhuc de eo intelligebat. Propter hoc, adhuc ipso loquente, volebat ad se illum attrahere, φιλοτιμουμένη, *quasi ambitiosula*, tanto sibi Filio subdito. » V. 50 : *Quicunque fecerit voluntatem Patris mei, qui in cœlis est, ipse meus frater, et soror, et mater est.* « Non injuria afficiens Matrem, hoc dixit : sed corrigens mentem ejus gloriæ avidam, et humanam, τὴν φιλόδοξον αὐτῆς καὶ ἀνθρωπίνην γνώμην. »

Sua in editione Joan. OEcolampadius adnotaverat in margine : *Caute lege, vide finem.* In calce Enarrationum in Evangelia sic ait : *Quod in eis excesserit verbis.* [L] In editione Philippi Montani hæc adduntur : « Eadem fere Chrysostomus ait in eum locum; notans importunitatem Matris et fratrum. Quos etiam ex ambitione, et ostentatione commotos dicit. » Tum primo censuram inurit, tum deinde benigna interpretatione Joannis Chrysostomi verba exponit prudentissimus doctor Aquinas p. III, qu. XXVII, art. IV ad 3. « Dicendum, quod in illis verbis *Chrysostomus excessit.* Possunt tamen exponi, ut intelligatur : in ea (Virgine Deipara) Dominum cohibuisse non inordinatum inanis gloriæ motum, *quantum ad ipsam;* sed id quod *ab aliis* posset æstimari. »

85. Veteres nonnulli fuere, sive Græci sive Latini scriptores, qui levis alicujus noxæ nævum Deiparæ tribuerunt, Ambrosius, Arnobius Junior, auctor *Quæstionum Veteris et Novi Testamenti* sub Augustini nomine, Origenes ac laudatus Chrysostomus. Eorum affert dicta et expendit Sixtus Senensis libro II *Bibliothecæ sanctæ*, num. 103 et 151, ac libro VI, num. 56, 138, 139, 140 et 185, ubi Patres quos memorat vel aliqua purgat benigniori interpretatione, vel certe fatetur excessisse : « ne Deiparam Virginem (ut ait libro VI citato, num. 68) insigni illo suæ integritatis privilegio fraudemus, quod ei Tridentinæ synodi canon attribuit (Sess. VI, *De justificatione* can. 25) : *Si quis hominem semel justificatum dixerit, posse in tota vita sua peccata omnia, etiam venialia vitare, nisi speciali Dei privilegio, quemadmodum de beata Virgine Maria tenet Ecclesia; anathema sit.* » Theologicas egregias affert rationes laudatus Aquinas loco citato, ubi Franciscus Sylvius in Commentario, Tridentinum canonem expendens, animadvertit : « Licet expresse non definiat, Ecclesiam id tenere tanquam dogma fidei, ac proinde nec sententiam contrariam damnet ut hæreticam, ut minimum tamen tanquam temerariam rejiciendam esse. »

XXII.

De electione divina, ac prædestinatione, et gratiæ necessitate perplexe et ambigue disserit. OEcolampadius et Simonius notati. Regula prima, quam statuit Sixtus Senensis, Theophylacti dictis applicatur. Hanc illustrat Petavius. Ejusdem Senensis regula secunda. De præscientia divina, quam admittunt Græci Patres scriptoresque, animadversiones Petavii. Cura præcipua ipsis erat, liberum arbitrium tueri : notio ejus.

86. Ecclesiæ Græcæ Patribus ferme communia, ab ipso etiam Theophylacto passim usurpata, ad examen vocanda sunt, dicta non pauca *de electione divina*, ac *prædestinatione*, et *gratiæ necessitate*, minus utique accurata primo aspectu, perplexa et ambigua. Ad caput XXII Matthæi, v. 14 : *Multi sunt vocati, pauci vero electi*, sic ait Bulgariæ archiepiscopus : *Pauci enim qui salvantur, et qui digni ut eligantur a Deo : ita ut Dei quidem sit vocare, electos autem fieri, vel non, nostrum sit*, τὸ δὲ ἐκλεκτοὺς γενέσθαι ἢ μὴ, ἡμέτερόν ἐστι. Ad illud Pauli apostoli in Epistola ad Romanos capite VIII : *Quos præscivit, et prædestinavit*, hæc ejus sententia est : *Præcognoscit, vel præscit Deus eos qui vocatione digni sunt : deinde sic prædestinat. Prior itaque est præscientia, postea sequitur prædestinatio. Prædestinationem autem intelliges impermutabilem Dei bonam voluntatem. Prænovit itaque, Paulum vocatione Evangelii dignum esse : sicque præfinivit, seu prædestinavit, hoc est, impermutabiliter decrevit; adeoque statuit vocare ipsum.* Paria sunt in ejus Commentariis plura. Innotescere videtur 1.) liberis actionibus præscientiam tribui : prædestinationem iis quæ libero non subsunt arbitrio ; 2.) Eligi a Deo, qui jam digni sunt ac devoti, aut prænoscuntur tales; 3.) Fieri dignos, adeoque et electos, nostrum esse : hoc est, liberi arbitrii opus, non gratiæ.

87. Joannes OEcolampadius in calce Enarrationum ipsius Theophylacti in Evangelia, sic animadvertit : « Quoniam *electum fieri* intelligi potest pro ipsa divinæ electionis prædestinationisve *impletione*, quæ nequaquam fit *citra hominis cooperationem*, juxta illud

Digitized by Google

divi Petri : *Satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem et electionem faciatis*, eapropter illud ab auctore assertum, *electos fieri vel non, nostrum est*, eum potest subire sensum. » Catholicum sensum amplectimur. At in Præfatione ad Lectorem sic aiebat : « Chrysostomum sequitur Theophylactus de libero arbitrio ac fide, et quibusdam aliis : et proinde in quibusdam interpretandis violentior [LI] est. Quod dixerim, ut in hoc tuum adhibeas judicium, qui te solis canonicis Scripturis addictum nosti. » Solas advocat Scripturas canonicas, traditionem scilicet Patrum rejiciens, heterodoxo imbutus errore; quo etiam præoccupatum, universali Patrum judicio in exponendis Eloquiis divinis privatum præferre cujusque judicium ausum esse, adnotavit Richardus Simonius in *Historia critica in N. T.*, tomo IV, capite 28, pag. 395.

Sed ipse Simonius Theophylacti doctrinam *de electione divina ac prædestinatione et gratia* ea ratione vindicat: quod veterem Ecclesiæ Græcæ fidem Bulgarus afferat, dissitam quidem ab Augustini documentis, et Pelagianis etiam adversam erroribus : docealque, generalem vocationis gratiam conferri a Deo, qua bona omnis in hominibus dispositio, ac voluntas salutaris prævenitur : et hanc satis esse, qua liberum arbitrium præventum, vocanti Deo cooperetur. Simonium ita Græcos vetustos Patres committentem cum Augustino, et Augustini doctrinam veluti novam traducentem, jam alii castigarunt theologorum doctissimi.

88. Ludovicus Thomassinus consulendus est, qui libro IX *De Deo Deique proprietatibus*, latissime et egregie disserit *de necessaria Græcorum Latinorumque Patrum, qui Augustinum præcesserunt, concordia cum eodem Augustino ejusque sectatoribus in theologicis de prædestinatione et gratia disceptationibus.* Hinc prudentissimas ac sane accuratas Thomassinus ipse, et antea Dionysius Petavius libro IX *De prædestinatione*, capp. 3, 4, 5, præscripserunt regulas, ad veteres maxime Græcos hocce in argumento rite interpretandos apprime utiles. His anteivit Sixtus Senensis in *Bibliotheca sancta*, libro VI, adnotatione 251, qui sibi ducem in hac via ineunda sanctum Thomam Aquinatem proposuit. Doctissimorum virorum et ego vestigia insequor.

Sixti Senensis verba sunt : *In operibus electorum, a divina prædestinatione prævisis, duplicem causæ rationem spectari posse, meritoriam scilicet et finalem.* Hinc regula prima. « Si *causam meritoriam* inspexerimus, nosse oportet, ordinem divinæ providentiæ erga electos *gemina graduum varietate* distingui : quorum alii *præcedunt* gratificantis gratiæ susceptionem, ceu *dilectio, electio, conscriptio, prædestinatio, vocatio, justificationis inchoatio ;* alii vero gratificantis gratiæ susceptionem *sequuntur*, quales sunt *gratiæ auctio, justitiæ incrementum, et æternæ felicitatis adeptio.* Si igitur quæratur, *An operum nostrorum prævisio sit causa meritoria præcedentium graduum*, negandum est prorsus, ne videamur connivere Pelagianis dicentibus, *Deum merita nostra in sua præscientia elegisse.* Et juxta hanc sententiam interpretandi sunt omnes Patres, qui æternam Dei electionem ac prædestinationem *ex sola Dei gratia, nullis prævisis meritis*, definiunt. Si vero interroget quispiam, *Utrum sequentes divini ordinis gradus in divina prævisione causam habeant meritoriam*, procul dubio respondendum est, Deum ab æterno decrevisse daturum se incrementa ampliora gratiæ his qui bene usuri essent primo justificantis gratiæ dono: ac deinde ob merita bene servatæ justitiæ redditurum se eis perpetuæ beatitudinis coronam. Atque ad hunc sensum conabimur, quoad fieri poterit, accommodare aliquas ex præmissis Patrum sententiis, quæ prævisioni meritorum ascribere videntur electionem et prædestinationem, hoc est *prædestinationis et electionis complementum*, sive *sequentes et posteriores gradus divini ordinis.* Quod interdum Patres, totum a parte denominantes, electionem vel prædestinationem appellant. »

Ad hunc revocari catholicum sensum facillime possunt Theophylacti sententiæ plures. Ad caput XXII Matthæi, 14, ait : *Gratia enim sola omnes vocati sumus, tum boni quam mali.* In prima vocatione, quæ posita est in motu animi interiori, sive sit illuminatio mentis, sive cordis inflammatio, solum gratuitum fulget Dei donum, quin ulla ex parte nostra præcedat bona libera salutaris dispositio. Sed attamen sic ait ille ad caput VIII ad Romanos: *Præscit Deus eos qui vocatione digni sunt.* Aliæ sunt nimirum vocationes ad ampliora charismata : et hæc a Deo iis conferuntur, quos bono prioris gratiæ usu dignos, et aptos, ac dispositos prænoscit.

Hunc reddunt sensum, quæ legimus verba ad caput VI Joannis v. 37: « Ostendens autem

Digitized by Google

Deus quod *fides quæ in Christum*, non vulgaris quæpiam res sit, sed *donum Dei*, dignis et rectis corde a Patre datum, dicit quod *omne quod dat mihi Pater, ad me veniet*, hoc est, illi credent in me, quos dat mihi Pater. Vos [LII] autem, Judæi, cum indigni sitis, non damini mihi a Patre: propterea neque venitis ad me, neque habetis rectum cor, ut vos diligens Deus et Pater ducat ad meam fidem. » Agitur de præclaro *fidei* dono: quod maxime *donum Dei* appellatur. Verum istud non datur *nisi dignis et rectis corde*, illis nempe *quos dat Pater*, aliisque præcedentibus gratiæ auxiliis *dignos facit et rectos corde*, hoc est bene dispositos.

Ad v. 39 sic ait: « Nam si Pater dat, ut magnum quiddam, dignam in Christum fidem, ipsi autem illam non habent, manifestum est quod dono Dei exciderint. » Donum scilicet Dei, vel receptum incredulitate rejecerunt: vel quominus ipsum reciperent, impedimenta apposuere, præcedentibus gratiæ subsidiis abutentes.

Et ad v. 44 verba sunt: « *Nullus potest ad me venire, nisi Pater traxerit eum.* Hoc autem dicit, non ut libertatem tollat arbitrii: absit; sed ut ostendat, ὅτι πολλῆς δεῖται συνεργείας παρὰ θεοῦ ὁ μέλλων πιστεύσαι, quod *multa* habeat opus *cooperatione* a Deo is qui crediturus est. Et aliter: Illos trahit Pater, qui habent *voluntatis aptitudinem*; eos autem qui seipsos non faciunt idoneos, non trahit ad fidem. » His *donum sublime fidei* conceditur, qui *se idoneos faciunt:* sed hæc prævia aptitudo ac libera et bona dispositio adsunt iis qui prioribus gratiæ donis bene utuntur; unde *crediturο multam opus esse a Deo cooperationem*, egregie docet Theophylactus, tum quæ fidem ipsam impertitur, tum quæ pia desideria inspirat, ac bene disponit animum.

89. Hanc primam a Sixto Senensi constitutam regulam pluribus illustrat Petavius libro IX citato, et alia nonnulla Theophylacti dicta exponit. Affero verba illa, quæ capite 4 habentur, num. 8: « Non raro veteres, cum de *gratia* loquuntur, *plenam et perfectam* intelligunt, non *inchoatam ac rudem*, quæ *prima* nominatur, cujus plerumque mentionem non habent... Certum est autem, uti *primam gratiam* nulla ob merita tribui, sic *accessionem illius* et incrementum, ac plenam denique possessionem, meritorum ac laborum pretio comparari... Hunc habere sensum illa Græcorum loca videntur, quæ *Deum impertiendæ gratiæ suæ capere occasionem demonstrant ex nobis, et conatu, ac proposito nostro:* ut Theodoretus, Photius, Œcumenius, Theophylactus, atque ipse quoque Chrysostomus..... Non enim primum voluntatis motum et rationis, in gratia numerant, veluti pia desideria, quibus ad pleniorem quærendam (fidem) ac Dei notitiam et amorem excitamur; quæ sunt excellentiora gratiæ munera, proindeque gratiæ nomen ac titulum præcipue merentur. »

Verissimam puto viri doctissimi animadversionem, quæ legitur num. 1, his verbis: « Plerumque vetustiores illos, cum de *gratia Dei et vocatione* agunt, non tam de *interiori animi motu*, ac sive illustratione mentis, sive inflammatione voluntatis loqui, quam de *externo aliquo beneficio Dei*, veluti Evangelii prædicatione, aut statu aliquo vitæ, ad quem occulto deinde animi instinctu trahuntur... Hæc vero hujus generis beneficia promereri pietate ac virtute sua certos homines, verissimum est. » Quo sensu de Paulo scribit Theophylactus ad caput VIII Epistolæ ad Romanos, *habere ipsum potuisse merita, non absoluta et perfecta* (ut ibidem annotat Petavius num. 4), *sed ejusmodi tamen, quæ tantæ vocationis* (videlicet apostolatus) *elicere munus possent a divina bonitate.* Virum clarissimum consule, de alio Theophylacti loco egregie disserentem num. 3.

90. Regulam alteram his proponit verbis Sixtus Senensis: « Rursum si nos ad contemplationem *finalis causæ* convertamus, recte quidem affirmare poterimus *prævisionem operum subsequentium divinæ gratiæ receptionem, esse causam electionis et prædestinationis finalem.* Deus enim, ut Paulus ait, *elegit nos ante mundi constitutionem, et prædestinavit nos ut essemus sancti et immaculati coram eo in laudem gloriæ gratiæ ejus.* Hoc est, nos sibi ab æterno ascivit in suos, et præparavit nobis vocationis et justificationis gratiam, in eum videlicet finem, ut ea bene uteremur, et ex ejus bono usu gloriam sempiternæ felicitatis adipisceremur. Nec dubium est, aliquos ex prædictis Patribus *secundum hunc loquendi modum* pronuntiasse, *opera nostra a Deo prævisa causam esse divinæ prædestinationis*, finalem quidem, non autem meritoriam. »

Hunc subire sensum superius adducta Theophylacti verba possunt. In iis quippe, qui *cum* [LIII] *digni sint* ac *apti*, vocantur ad fidem, *fides ipsa*, ac etiam *bona libera dispositio*, vel *bonus vocationis et gratiæ usus*, prævidebatur a Deo, *tanquam finis;* et ad hunc finem as-

Digitized by Google

sequendum gratiam præparavit ipsius vocationis. Jam vides, tum primæ vocationis gratiæ, tum aliarum uberiorum, causam fuisse bonum liberum earumdem usum, non utique *meritoriam*, sed *finalem*.

Sed ex hocce hujusmodi locutionum sensu, documentum colligitur, quod est animadversione dignissimum : auxilia divinæ gratiæ a Græcis Patribus ita fuisse intellecta, ut non solum possibilitatem conferant, sed etiam virtute, energia et efficacia sine dubio a Deo descendente sint prædita; certoque et infallibiliter ducant ad finem a Deo prævisum, quemve ipse vult. Rem splendidissime patefacit S. Thomas I p., qu. XXIII, art. V : « Fuerunt alii qui dixerunt, quod *merita sequentia prædestinationis effectum* (vel sequentia gratiam, quæ sicuti a Deo datur, ita prædestinata est ac prædestinationis effectus dici debet) *sunt ratio prædestinationis*. Ita ut intelligatur, quod *ideo Deus dat gratiam alicui*, et præordinavit se ei daturum, quia *præscivit eum bene usurum*. Sicut si rex det alicui militi equum, quem scit eo bene usurum. Sed isti videntur distinxisse inter id *quod est ex gratia*, et id *quod est ex libero arbitrio*, quasi non possit esse idem ex utroque. Manifestum est autem quod id *quod est ex gratia* (et non solum ipsa gratia ejusque collatio) *est prædestinationis effectus*. Et hoc non potest poni ut *ratio prædestinationis* (seu causa meritoria) cum *hoc sub prædestinatione concludatur*. Si igitur aliquid aliud *ex parte nostra* sit ratio prædestinationis, hoc erit præter effectum prædestinationis. Non est autem distinctum *quod est ex libero arbitrio* et *ex prædestinatione*, sicut non est distinctum quod est ex causa secunda et causa prima; divina enim Providentia producit effectus per operationem causarum secundarum. Unde et id *quod est per liberum arbitrium est ex prædestinatione.* » Unde *bonus usus gratiæ præscitus* (ut dicitur ad 1) *non est ratio collationis gratiæ, nisi secundum rationem causæ finalis*.

Quo iterum sensu, auxilia gratiæ quæ præparat Deus, talia sunt in Dei præscientia, ut infallibiliter ad exsecutionem boni liberi operis ducant, quod ab æterno veluti finem præscit ac vult Deus. Hæc vero præscientia non differt a prædestinatione, quam docent Augustinus et Thomas; et hæc paucis contracta utriusque doctrinæ summa est.

91. Nihil obstat vero quominus non paucæ Græcorum Patrum sententiæ eodem sensu exponantur. Vocat eas ad examen Petavius libro IX citato, capite 3, num. 9, ac plura colligit scitu digna, Videlicet, 1.) : *Non existimasse veteres eosdem Patres, eligi ad primam gratiam homines propter merita quædam, et initia bonæ voluntatis, ut Massilienses opinati sunt;* 2.) neque illis impingi *aliorum errorem* posse, *ideo primam hominibus gratiam decrevisse dare Deum, quod illos bene usuros gratia sua præviderat;* ac si meritoria quædam causa dici debeat prævisus gratiæ bonus usus; 3.) *neque ad eam, quam vocant, conditionatam scientiam, confugisse Patres, tanquam haud absolute futurum bonum affectum animi, aut liberum meritum præviderit : sed ita demum, si necessariam ad id opem conferre decreverit;* 4.) sed utique eo ipso homines constitui electos, ac dignos, et aptos ; quod Deus *non solum id prævidet, quod eorum voluntate confertur* (bonum gratiæ usum, ac bonum liberum salutare opus,) *sed gratiam quoque prævidet suam, qua illos adjuvat* eosque dignos et aptos facit; ac eorum bona operatur opera, et bonum efficit usum gratiæ; 5.) hanc demum præscientiam *absolutam esse, ac rei haud aliter quam præsentis et exsistentis certam notitiam*.

Præscientiam distinguere solent veteres illi Patres a *prædestinatione* : et illam ad liberos actus referre, istam ad ea quæ libero non subsunt arbitrio, veluti primam gratiæ collationem, ac retributionem præmiorum. Loquuntur scilicet, sensu quodam nimium stricto circumspectoque, de rerum earum *prædestinatione* quas facit solus Deus sine nobis. At eorum *præscientia*, ut vocant, quæ nos etiam libere facimus, cum sit absoluta, æquivalet *prædestinationi*, ut Aquinatem egregie docentem audivimus. Ipsi quoque videntur Patres, *prædestinationem ad gloriam ex meritorum prævisione statuisse;* quæ levioris momenti hoc loco quæstio est, dummodo *prædestinatio* admittatur *ad gratiam et ad gratiæ effectum*, qui est liber voluntatis consensus, aut liber gratiæ datæ bonus usus. Thomæ doctrinam præ oculis habeto.

[LIV] Aiunt denique laudati Patres ac Theophylactus non raro : eos homines eligere Deum, *quos præscivit divinæ vocationi morigeros ac tractabiles;* itemque *consensuros hoc vel illo tempore ac in istis vel illis circumstantiis*. Dicta hujusmodi non intelligas, ac si præscientia divina ex his hominum internis exterioribusque circumstantiis aliquam sumat ac præstet divinæ electionis et prædestinationis causam et rationem. Juxta secundam re-

Digitized by Google

gulam res ita intelligenda est, ut *ille consensus* a Deo sit præscitus, *veluti finis*; et hunc ut obtineat divina Providentia, pro suæ sapientiæ consilio, proque conditione rationalium animorum, præter interiora divinæ gratiæ efficacis et operantis auxilia, hæc etiam cum internis aliis externisque temporis, loci similibusque circumstantiis connectat, quibus prævisum denique consensum, quo vult Deus tempore, quo loco quove modo, rationalibus liberisque hominibus conveniente, consequatur.

92. Ita vero loquebantur Græci Patres, ac sane minus accurate : tum quia Pelagiana hæresis non ita eorum Ecclesias invaserat, ut urgentissima foret ratio verba metiendi et castigandi locutiones, ubi *de gratia deque electione divina ac prædestinatione* agebatur. Tum etiam, quod eis libero cavendum erat arbitrio, quod Manichæi et alii heterodoxi plures hominum oppugnabant. Hinc apud eos et apud Theophylactum suis in Commentariis frequentissimæ admonitiones : *Hoc vel illud dici, ut libertas arbitrii monstretur; hoc vel illud minime dictum, ut liberum auferatur arbitrium.*

Ad caput XVI Matthæi v. 24, verba sunt : « *Si quis vult venire post me.* Dicit autem, *vult*, ἵνα δείξῃ ὅτι αὐτεξούσιον, *ut ostendat liberum arbitrium, et non coactam virtutem*, καὶ οὐκ ἀναγκαστὸν ἡ ἀρετή. Ad caput IV Marci, v. 26 : « *Sic est regnum Dei, quemadmodum si homo jaciat sementem in terram.* Liberi enim arbitrii sumus : et in nostra electione oportebit semen (Evangelii prædicationem) crescere, vel non. Neque enim *coacti et necessario* fructum afferimus. » Ad caput XXII Lucæ, v. 27 : « Confundantur Manichæi, qui dicunt quos-Jam natura esse indociles, et impossibilem esse vitæ mutationem. »

Joannis capite V, v. 40 : « Non enim dixit, Potestis *venire*, sed *Vultis*. Audiant Manichæi : quod non natura malum, sed voluntate constet. » Sed opus esse divino auxilio, ut salutares actus edat liberum arbitrium, disertissime passim tradit. Locum accipe in caput XXII Lucæ, v. 31 : « Hoc loco discimus *magnam doctrinam* : quod non sufficiat propositum hominis, χωρὶς τῆς τοῦ Θεοῦ ἐπικουρίας, sine auxilio Dei. Quemadmodum et Petrus parum derelictus (propter quamdam temeritatem ejus, ut infra) tametsi charitatem et fervorem habere videretur, ubi reliquit eum Deus, supplantatus est ab inimico. Οὐκ ἀρκεῖ ἡ τοῦ Θεοῦ ἐπικουρία, μὴ καὶ προθέσεως ἀνθρωπίνης οὔσης, non sufficit Dei subsidium, si non adfuerit et humanum propositum: quemadmodum et Judæ nihil profuit, quamvis omnia (quæ sufficerent) faceret Dominus, ut lucrifaceret eum, cum abesset ei bona voluntas (utique divino auxilio habenda). »

Quænam vero fuerit apud Theophylactum cæterosque Græcos Patres notio liberi arbitrii, diligentissime exponit Michael Lequienus, in eorum scriptis versatissimus, ad caput 25 libri II Joannis Damasceni *De fide orthodoxa* in notis : « Novelli quidam theologi, inquiens, *liberum arbitrium* sic intelligunt, *ut quocunque modo voluntas trahatur ad unum aliquod appetendum; nihilosecius liberrima sit, sponte volendo*... Damascenus, inquiunt, docet *hominem esse liberum, quia rationalis est*, hoc est, quia motum omnem voluntatis ejus, quantumcunque necessarius sit, consideratio rationis comitatur. Verum ne illi integrum legerunt contextum auctoris? Quorsum enim probat hominem esse liberum, *quia rationalis est;* nisi quia utendo ratione consultat homo, cumque deliberaverit, id tandem eligit quod sibi melius esse judicavit? *Quisquis consultat* (inquit capite 27) *perinde consultat, ceu rerum agendarum in ipso potestas sit : ut quod consultando visum melius fuerit, hoc eligat; et cum elegerit, exsequatur*... Ut ergo homo liber sit, non sufficit attentio sola in id quod vult · id necesse est, ut sui compos unum amplectatur, altero posthabito. » Hanc etiam constantissimam Thomæ Aquinatis doctrinam esse, hanc mentem Augustini apertissimam, dubio procul omni asseverabunt, quicunque sapiunt.

[LV] XXIII.

Luculentissime, et ulla sine ambage de reali præsentia Christi in Eucharistiæ sacramento disserit, deque transsubstantiatione. Nugæ nugacissimæ sunt, quas heterodoxi reponunt, Salmasius, Albertinus et Claudius.

93. Suam Theophylactus et Ecclesiæ Græcæ fidem in eo edisserendo dogmate, quod *realem Jesu Christi præsentiam in Eucharistiæ sacramento, ac substantiæ panis et vini transmutationem spectat*, splendidis adeo testatur sententiis, ut ampliora, luculentiora et clariora adhibere verba nemo valeat. Primum affero locum ex commentario ad caput XXVI Matthæi, v 26 · « Porro dicens, *Hoc est corpus meum*, ostendit, Ὅτι αὐτὸ τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου ἐστὶν ὁ ἄρτος, ὁ ἁγιαζόμενος ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ, καὶ οὐχὶ ἀντίτυπον. Οὐ γὰρ εἶπε, Τοῦτό ἐστι ἀντίτυπον, ἀλλὰ, *Τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου*. Ἀῤῥήτῳ γὰρ ἐνεργείᾳ, μεταποιεῖται, κἂν φαίνηται ἡμῖν ἄρτος·

Digitized by Google

quod ipsum corpus Domini est panis, sanctificatus in altario, et non figura. Non enim dixit, Hoc est figura, sed, *Hoc est corpus meum.* Ineffabili enim operatione transformatur, etiamsi nobis videatur panis; quoniam infirmi sumus, et abhorremus crudas carnes comedere, maxime hominis carnem : et ideo *panis quidem nobis apparet*, sed *revera caro est.*» Perspicue patet, panem et vinum non fieri solum verbis consecrationis ἀντίτυπα, *repræsentantia* corpus et sanguinem Domini, sed in ipsum corpus transmutari et sanguinem.

Gemina sunt, eaque disertissima, quæ habentur ad caput VI Joannis, v. 52 : « *Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.* Manifeste autem nobis hoc loco dicit *de mystica communione corporis sui*... Attende autem, quod *panis*, qui a nobis in mysteriis manducatur, non est *tantum figuratio quædam carnis Domini*, sed ipsa *caro Domini*, οὐκ ἀντίτυπόν ἐστι τῆς τοῦ Κυρίου σαρκὸς, ἀλλ' αὐτὴ ἡ τοῦ Κυρίου σάρξ. Non enim dicit, *Panis quem ego dabo* figura est carnis, sed *Caro mea est.* Transformatur enim, μεταποιεῖται, arcanis verbis, panis ille per mysticam benedictionem et accessionem sancti Spiritus, *in carnem* Domini. *Et ne quem conturbet*, quod *credendus sit panis caro.* Etenim et in carne ambulante Domino, et ex pane alimoniam sumente, panis ille qui manducabatur, *in corpus ejus mutabatur*, et similiter fiebat sanctæ ejus carnis, et in augmentum et sustentationem conferebat juxta humanum morem. Igitur et *nunc panis in carnem Domini mutatur.* Et *quomodo, inquis, non apparet nobis caro, sed panis?* Ut non abhorreamus *ab ejus esu.* Nam si quidem caro apparuisset, insuaviter affecti essemus erga communionem. Nunc autem, condescendente Domino nostræ infirmitati, talis apparet nobis mysticus cibus, qualibus alioqui assueti sumus. »

94. Claudius Salmasius, sub nomine *Simplicii Verini*, in opere *De transsubstantiatione* ad Justum Pacium contra Hugonem Grotium, Theophylacti sententiam expendens, veritatem ab eo traditam vidit primo; oculos deinde clausit, ne videret eam. Verba sunt ejus pag. 10 : *Si panis, exuta propria substantia, induerit substantiam corporis Christi, non amplius ejus figura dici posset... Unde et illi qui crediderunt, panem et vinum Eucharistiæ in corpus et sanguinem Christi, substantiæ demutatione, converti; negarunt panem et vinum esse* τύπον *vel* ἀντίτυπον *corporis et sanguinis Christi, ut Theophylactus.* Locum ejus *in Marcum* notat, de quo infra. Hæc fides est Ecclesiæ catholicæ. Hæc sine dubio Bulgari archiepiscopi sententia. Quid vero? Splendidissimæ Salmasius luci claudens oculos, sectæ præjudicio abreptus, nihil aliud intellexisse Theophylactum ait, *nisi quamdam virtutis transmutationem.*

Hanc unam ab eo doceri contendit Edmundus Albertinus *De Eucharistiæ sacramento*, suffragiumque peti posse contendit ex commentario in caput XIV Marci, v. 22 : « *Hoc est corpus meum.* Hoc, inquam, quod sumitis. *Non enim figura et exemplar quoddam Dominici corporis panis est*, sed *in illud ipsum convertitur corpus Christi.* Dominus enim dicit : *Panis quem ego dabo, caro mea est.* Non dixit, Figura est carnis meæ, sed, *Caro mea est.* Et iterum : *Nisi ederitis carnem Filii hominis.* Et quomodo, inquis, *caro non videtur?* O homo, propter nostram infirmitatem istud fit. Quia enim panis quidem et vinum ex his sunt, [LVI] quibus assuevimus, ea non abhorremus. *Sanguinem* vero *proprium* et *carnem* videntes, non ferremus, sed abhorreremus. Idcirco misericors Deus, nostræ infirmitati condescendens, *speciem quidem panis et vini servat : in virtutem autem carnis et sanguinis transelementat*, μεταστοιχειοῖ. » Ecce, inquiunt, *transformatio, conversio, transelementatio*, quam Theophylactus docet, *in virtutem* scilicet *carnis et sanguinis*, εἰς δύναμιν σαρκὸς καὶ αἵματος. Hanc etiam amplexus est interpretationem Joannes Claudius in suis ad *Perpetuitatem fidei Ecclesiæ* responsionibus.

Levissimam, ac futilem, et iniquam interpretationem amplissimo refellit sermone Arnaldus tomo I *De la perpétuité de la Foi de l'Eglise*, libro II, capite 2, et tomo II, libro IV, capite 5. Fuerint enimvero postrema illa Theophylacti verba in Marcum non ita clara et quodammodo ambigua; quænam æquitas est, rectam eorum intelligentiam ex iis non exculpere, quæ ibidem et alibi clarissima ac disertissima habentur, sed hæc amplissima unius vocis, id est *virtutis*, ambiguitate, si qua tamen est, infuscare? Si tota transmutatio, quæ in Eucharistia traditur a Theophylacto, ea sit duntaxat *transmutatio virtutis*, aut *in virtutem* corporis et sanguinis Christi; id nihil aliud erit quam pani et vino consecratis et benedictis tributam a Deo fuisse virtutem corporis et sanguinis Domini, seu virtutem nutriendi et vivificandi per gratiam spiritualem fidelium animas. Erit ergo eucharisticus panis, et vinum eucharisticum *simplex figura*, virtutem habens corporis et sanguinis Christi,

Digitized by Google

non ipsum continens Domini corpus et sanguinem. Cur ergo tam sollicite Bulgarus animadvertit non dixisse Dominum, Hoc est figura, sed, *Hoc est corpus meum et caro mea?* Cur urgeat, *panem converti in ipsum corpus Christi, et transformari in carnem Domini.*

Hæc audiens turbatur ratio ac sensus hominum. Verum *ne turbetur*, cur *ad arcana verba*, ad accessionem Spiritus sancti, *ad ineffabilem operationem*, quæ *transmutet, et transformet, et transelementet*, confugiendum fuerat? Cur eadem transmutatio, aliquo ut modo possibilis Deo intelligatur, comparari debuerit cum *pane illo* qui *a Domino ambulante* manducabatur, et ejus in corpus mutabatur, fiebatque similis per conversionem substantialem ejusdem carni?

Sed adhuc humana ratio et hominum sensus resistit : *Non apparet nobis caro*, inquiens, *sed panis.* Si remaneat substantia panis, et unam subeat *mutationem virtutis*, vel a Deo obtineat virtutem vivificandi animas, quam panis ejusque substantia per sese non habet, cur animadvertendum fuerat nos edere ac potare in Eucharistia corpus et sanguinem Christi, non eorum duntaxat figuram sumere? Abhorrere nos utique a crudæ carnis humanæ comestione, ac potu sanguinis humani: sed nostræ indulgere infirmitati Deum voluisse. Ita porro carnem et sanguinem suum parasse nobis cibum et potum, ut pani ac vino, quibus assueti sumus, apparerent similia? Adeoque panem quidem nobis apparere et vinum, sed *revera carnem esse et sanguinem?* Videlicet demum *speciem panis et vini servasse*, at panem ipsum et vinum in carnem et sanguinem transmutasse?

Quid est, quod objicias dictum a Theophylacto, factam transelementationem fuisse *in virtutem corporis et sanguinis Domini?* Id utique in hoc ad sanctum Marcum loco ait Theophylactus, quod ad sanctum Matthæum et Joannem docet, *panem quidem nobis apparere. sed revera carnem esse : et transformari arcanis verbis panem illum, etiamsi nobis videatur panis, in carnem Domini : et panem in carnem Domini mutari, licet talis nobis appareat mysticus cibus, qualibus alioqui assueti sumus.* Rem hanc patefacit in eodem ad sanctum Marcum loco contextus. Dicit enim archiepiscopus *panem non esse figuram et exemplar quoddam Dominici corporis*, sed, *in ipsum converti corpus Christi.* Addit ille, *carnem quidem non videri*, sed *propter nostram infirmitatem istud fieri*, quoniam ab esu carnis hominis et sanguinis potu abhorremus. Denique concludit, *speciem panis et vini servari*, sed *in virtutem carnis et sanguinis transelementari panem et vinum.* Quis hanc *virtutem* intellexerit *veritati* oppositam?

Imo *speciem panis et vini*, reponit Albertinus, *in virtutem carnis et sanguinis*, juxta Theophylactum, *transelementari* : quæ non alia est, nisi *virtutis*, aut *in virtutem transmutatio.* Imo de *substantiæ* panis et vini *transelementatione* disertissime agere Theophylactum, inquio ego, consentient boni sensus [LVII] omnes. Archiepiscopi namque, sana mente si verba ejus expendantur, sententia est : *Panem, quem Dominus daturus est, non esse figuram carnis ejus, sed ejus veram carnem; carnem quidem non videri, quoniam infirmitati nostræ, cum ab esu crudæ carnis et sanguinis humani potus abhorreamus, indulgens et condescendens Dominus, speciem quidem panis et vini servat, sed in virtutem carnis et sanguinis panem ipsum et vinum transelementat.* Dubium enim movebatur, propterea quod caro non videretur, et panis apparebat. Hinc vero solutio : carnem non videri, in eam nihilominus panem transelementari, servata specie panis.

Cur ergo, reponunt heterodoxi, vocem, *virtutis*, adhibeat in eodem ad Marcum commentario? Nimirum ut doceat hanc fieri *transelementationem*, et *transformationem*, seu *transmutationem* in corpus Christi, virtute plenum, et nos vivificans. Rem hanc luculentissime exclamat in caput VI Joannis : « Nunc autem condescendente Domino nostræ infirmitati, talis apparet mysticus cibus, qualibus alioqui assueti sumus. *Pro mundi autem vita carnem suam et mortem dedit.* » Et infra : « Judæi cum audissent *de esu carnis illius*, discedunt... Ipse volens hoc ostendere, *quod non sit impossibile*, sed etiam valde necessarium, ait : *Non potest aliter haberi vita, nisi meam carnem comedatis...* Non enim *nudi hominis* caro est, quæ manducatur : sed Dei, et *quæ deificare valet*, utpote contemperata deitati... Iterum *nudi hominis* caro nihil prodesse potest : sed quia Deus univit sibi carnem secundum ineffabilem contemperationem, vivifica est caro. »

Sensum exprimit ipsissimum Euthymius in Matthæum : *Quemadmodum supernaturaliter assumptam carnem deificavit : et hæc* (panem et vinum) *transmutat in ipsum vivificum cor-*

Digitized by Google

pus, et in ipsum pretiosum sanguinem, et in gratiam ipsorum. Nugas aliquot alias opponit nugacissimas Joannes Claudius, quas egregie refellit Arnaldus tomo II, libro IV, capite 5.

XXIV.

OEcolampadium accusat Possevinus de locis depravatis, ubi primatum sancti Petri tradebat Theophylactus. Egregia plura exstant testimonia. Philippus Mornæus refutatur. Locus ejusdem Theophylacti expenditur in epistola ad Nicolaum diaconum et canstrisium. Pithæus emendatur. Christianis non eripi Michææ prophetiam adversum Judæos, ut perperam notavit Petrus Daniel Huetius.

95. Quænam fuerit sententia Theophylacti *de primatu sancti Petri inter apostolos*, paucis expendendum est. Antonius Possevinus in *Apparatu sacro* tomo II, admonet, in Commentariis Theophylacti *falsatos fuisse ab eis* (OEcolampadio et Lonicero interpretibus) *locos, qui ad potestatem summi pontificis spectant.* Criminis hujusce, adnotante Simonio, heterodoxos illos interpretes non accusat Philippus Montanus, qui solum ait in Præfatione ad Commentarios in Evangelia, menda plurima in editis occurrere, *quæ scribæne aut typographo, an interpreti* (OEcolampadio) *mutilove codici imputanda sint, aliorum esto judicium.* Et in præfatione ad Epistolas Pauli : *Ea potissimum*, inquit, *mutavimus* [in Loniceri versione] *quæ Theophylacti mentem aut non assequi viderentur, aut non satis explicarent. Ad hæc, margini multis in locis quædam addidimus, sine quibus Latina legens vix unquam, quid sibi velit Theophylactus intelligere queat : dum videlicet aut Græci sermonis variam attingit lectionem, aut Græcæ dictionis compositionem, aut diversam significationem, aliudve quidquam hujusmodi.*

Verum enimvero non adeo fuerit audax OEcolampadius, ut Græcum Theophylacti textum volens Latio dederit cum vitio : in eo tamen lacunæ, quæ ad caput XXI Joannis v. 1, in ejus codice patebat, supplemento, *primatum Petri*, de quo disserere oportebat, intactum prætermittit : imo ea disserit, quæ repugnant. Verba sunt : « Quare Christus, qui scrutator est cordium, nihilque ignorat, interrogat ? (*Diligis me, amas me?*) Non hoc facit ut discat, sicut nos : sed ut doceat, et manifestet aliorum fidem. Sicut et cum interrogat : *Quem dicunt homines esse Filium hominis?* quam fidem confessionemque a nobis requirit, indicat. Ita hic *daturus orbi magistros ac doctores*, quales illos esse velit, terna interrogatione bene inculcat. Et videtur mihi, *amare Christum*, et ea quæ Christi sunt sectari, antea insinuari [LVIII] per missionem retis in mare : *pascere* autem, per inventionem et capturam. Interim *Petrum*, qui præ aliis crediderat majorisque esset fervoris, et dignus cui amplius concredatur ministerium, *comprobaturus*, ter proprio nomine vocat, *ut non dubitet remissa sibi peccata.* » Hæc ille et alia quæ consona sequuntur.

96. Quam dissita vero sunt, quæ ex Græco textu Theophylacti Romæ edito Latino vertit Montanus ! « *Cum prandendi finem fecisset*, τῷ Πέτρῳ τὴν προστασίαν τῶν τῆς οἰκουμένης προβάτων ἐγχειρίζει, οὐκ ἄλλῳ δέ, ἀλλὰ τούτῳ ταυτὴν δίδωσι. Πρῶτον μὲν, ὅτι πάντων ἔκκριτος, καὶ στόμα τοῦ χοροῦ παντός. *Totius orbis terrarum præfecturam* Petro commisit : non autem alii, sed huic tradit. Primum quidem, quia omnes præcellebat, et totius cœtus os erat ; deinde ostendens ipsi fiduciam esse sumendam, negatione veluti deleta et oblivioni tradita... Ter autem eum interrogat, simul quidem declarans, quantam credentium curam habeat : et quod usque adeo oves diligat, ut dilectionis erga se hoc ponat indicium, *si ovium curam suscipiat.* »

Egregia pro sancti Petri *primatu*, seu *totius orbis ovium præfectura*, sententia. Paria sunt, quæ sequuntur : Ἐνεγχείριζε μὲν τὴν πάντων τῶν πιστῶν προστασίαν. Εἰ γὰρ καὶ τῶν Ἱεροσολύμων ὁ Ἰάκωβος τὸν θρόνον ἔλαβεν, ἀλλὰ Πέτρος τῆς οἰκουμένης ἁπάσης. *Commisit quidem Petro fidelium omnium præfecturam. Quamvis enim Jacobus sedem Hierosolymis acceperit, sed Petrus totius terrarum orbis.* Et infra : *Opus*, inquit, *quod tibi concreditum est, perfice : et sequere me, qui educo te ad prædicationem,* καὶ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν ἐγχειρίζοντι, *et totum orbem in tuas manus trado. Illum autem* (Joannem) *si velim manere in hoc loco, Galilæa scilicet, et non mittere tecum, quid ad te ?*

Num hæreseos, *primatui* adversæ, ingeri suspicio queat ex capite XII Lucæ, a vers. 13 ad vers. 29, ubi cum Petrus et Paulus quatuor vicibus a Theophylacto memorentur,

Digitized by Google

ac Petrus ipse in textu Græco semper Paulo præpositus occurrat; bis Paulo Petrum, ac bis Petro Paulum antepositum sua expresserit in versione OEcolampadius? Mali nihil suspicati sunt Montanus ac editor Parisiensis: quod attamen, si quod esset in heterodoxo interprete, innuere mihi libuit. Cæterum Petri primatum luculentissime Theophylactus offert in eodem ad Evangelium Lucæ Commentario capite XXII, *Ex quo te discipulorum principem habeo, postquam negato me fleveris, et ad pœnitentiam veneris, confirma cæteros. Hoc enim te decet,* προσήκει σοι, *qui post me Ecclesiæ petra es, et firmamentum.* Ad aliud argumentum difficultates pertinent, quas Launoius ingerit, adversus Bellarminum disserens epistolarum parte V, epistola 2 ad Antonium Varillaum, num. 55 et seqq.

97. Irrito certe voto Theophylacti verba objiceres ad caput X Matthæi, vers. 3. *Enumerat autem*, inquientis, *apostolorum nomina propter pseudoapostolos: præponit autem Petrum et Andream.* Ideo namque, eoque sensu duos illos hoc loco præpositos ait, *quoniam et primum erant vocati.* Temporis ordo est, non dignitatis.

Philippus Mornæus in *Historia papatus*, sæculo nono, ipsum Theophylactum opponit, quem in Epistolam ad Galatas capite II aientem inducit: *Paulum ostendere se Petro æqualem esse.* Lonicerus vertit, *se ejusdem esse cum Petro pretii et honoris.* Agit ibi Bulgariæ archiepiscopus de munere apostolatus, deque prædicatione apud Hebræos peculiari modo commissæ Petro, et apud gentes Paulo. Quo nihilominus pari honore salvo, disertissima sententia ejus est, *totius orbis ovium præfecturam, non alii, sed Petro traditam* a Domino. Apostolos omnes pares fuisse, catholicorum nemo inficiatur, quoad *apostolatus potestatem*, quam *intrinsecam et essentialem* vocant alii, aliique *extraordinariam;* sed *uni Petro*, collatam docent, quæ dicitur *ordinaria*, ac veluti muneri apostolatus adjuncta: et hocce in regimine credentes omnes, ipsosque apostolos tenent Petro inferiores.

Addit Mornæus *nullam episcopi Romani* his in locis *mentionem habitam* a Theophylacto. Cur vero mentionem ingesserit, ubi neque locus, neque ulla causa exposcebat? At inquiunt catholici Ecclesiam fundasse Christum in æternum duraturam, adeoque perpetuam regiminis formam ab eo institutam, quæ non solum in sancto Petro, cum *totius orbis ovium præfecturam* ipsi tradidit Dominus, verum etiam in successoribus Romanis pontificibus eluceret. Id vero perenni et constantissima sæculorum omnium traditione evincitur.

98. Immoderatiori profecto confidentia Mornæus aliique heterodoxi locum Theophylacti opposuissent, qui habetur ejus in epistola ad Nicolaum diaconum et canstrisium. Ait ille: « Itaque si Occidentales circa aliquod dogma errent, quod Patrum fidem [LIX] impetat, *cujusmodi est, quod Symbolo de Spiritu sancto addiderunt*, ubi periculum est maximum; hoc qui non emendatum condonat, id illi condonari non potest: etsi *ex throno loquantur*, quem sublimem sublimes proponunt: etsi *Petri confessionem* proferant: etsi *beatitudinem* adducant, ex illa (confessione) obtentam: etsi *claves regni cælorum* contra nos quatiendo vibrent, quibus quantum honorare ipsum putant, tantum seipsos dehonorant; cum ea quæ ille (*Petrus*) constituit, ipsi dissolvant, subruantque fundamenta Ecclesiæ, *quæ illi sustinenda concredita sunt* Hac in re si quis es... punge ac feri, tanquam levita ac Dei minister, eos qui *bellum gerunt pro suarum cogitationum figmentis*, et caput attollunt in adorationem, et omnes submissos volunt sui principatus amplitudini. »

In hæc verba, quæ ex Responsionibus Demetrii Chomateni affert Petrus Pithœus in *Historia controversiæ de processione Spiritus sancti*, sic animadvertit: *Quæ convicia*, inquiens, *in Nicolaum potius* (ad quem scribebat) *quam in alium quemlibet directa, quis non videt?* Imo viderit nemo. Aio primum ego: Sancti Petri primatum, ac Romani etiam pontificis, Petri sedem tenentis, hoc in loco agnosci a Theophylacto: ac sane *fundamenta Ecclesiæ*, sive dogmata, *concredita fuisse*, eodem auctore, Petri sedi, *ut sustinerentur.* Aio deinde, hisce primatus privilegiis abuti Bulgarum archiepiscopum: eademque conviciantis more in Latinos projici, ac si processionem Spiritus sancti a Patre Filioque docentes, *fundamenta Ecclesiæ* everterent. Adeo namque pertinax erat adverso in dogmate, ut contrarium sentientes putaret agere contra *Petri throni* auctoritatem, contra *confessionem ejus* a Jesu Christo commendatam, contra *regni cælorum claves* traditas eidem. Addit etiam bile com-

Digitized by Google

motus convicia adversus expeditiones sacras, quæ eo tempore suscipiebantur, Romanis pontificibus approbantibus. Hæc germana Theophylacti mens, præjudiciis utique contra Latinos occupata, sed hominibus heterodoxis nimium adversa.

99. Insignem illam Michææ prophetiam, de viri illustris ortu in civitate Bethlehem, detortam fuisse *ad Zorobabelem* a Theophylacto, itemque a Chrysostomo et Euthymio, notavit Petrus Daniel Huetius in *Demonstratione evangelica*, propositione VIII, num. XXVI. Hæc aientem dormitasse virum doctissimum, primus vidit et admonuit Richardus Simonius loco supra citato. Judæis Zorobabelem obtrudentibus adversatur his verbis archiepiscopus ad Matthæi caput II, *Dicunt Judæi*, inquiens, *quod hoc prædictum sit de Zorobabel ; sed mentiuntur manifeste. Etenim Zorobabel non in Bethlehem natus est ; sed in Babylone . . . Sed et prophetia manifeste arguit eos, dicens: « Egressus ejus a principio, a diebus æternitatis. » Cujus autem alterius egressus fuit ab initio et a diebus æternitatis, quam Christi, qui duos egressus habuit, hoc est nativitates? Dicant igitur Judæi, num Zorobabel ab initio fuerit?* Ἀλλ' οὐκ ἔχουσιν εἰπεῖν, *Sed non habent, quod dicant.*

Eadem legimus verba apud Joannem Chrysostomum et Euthymium ad ipsum Matthæi locum. Quid? quod etiam in eadem prophetia non alium, nisi Jesum Christum intellexit Theophylactus in Commentario ad Michæam, ut in codice Bavarico-Monachiensi habetur : Ἐκ σοῦ γὰρ ἐλεύσεται ὁ Χριστὸς, ὃς ἄρξει τοῦ Ἰσραήλ, *Ex te enim exiet Christus, qui dominabitur Israel.* Cætera prophetiæ verba uni Jesu Christo egregie adaptat interpres Theophylactus.

XXV.

Novi Testamenti codex, quo Theophylactus utebatur, integer in postremo sancti Marci capite. Mutilus in Joanne, ubi de muliere adultera agitur. Interpolationum specimen ac lectionum genuinarum. Quænam codicis divisio in capita minoresque sectiones.

100. Græcum Novi Testamenti codicem, quem suis Theophylactus illustrabat Commentariis, postremo loco expendere liceat ejusque notam indicare. Legebat ille in sexto decimo Marci capite *comma nonum* cum sequentibus ad finem usque : ac ea sane exponit. Sectionem hanc, seu capituli partem *aut non recipimus* [LX] aiebat Hieronymus in epistola ad Hedibiam,) *quod in variis fertur evangeliis, omnibus Græciæ libris pene non habentibus ; præsertim cum diversa atque contraria evangelistis cæteris narrare videatur.* Eadem est ad eum locum animadversio Gregorii Nysseni oratione II *de Resurrectione*, ac Euthymii Zygabeni.

Satius fuerit cum Joanne Millio adnotare : « Exemplaria mss. ut et versiones universim, Irenæum item, Ammonium in *Monotessaro* (Tatianum in sua *Harmonia*), Eusebium, ut apparet ex Tabulis Canonum, Athanasium, Augustinum, Theophylactum, capitulum hoc agnoscere : ut de αὐθεντίᾳ illius non sit quod dubitemus. Præsertim cum ratio, ob quam omitteretur olim, scilicet *quod diversa atque contraria evangelistis cæteris narrare videatur*, omnino nulla sit, ut ostendunt commentatores in locum. » Apparentem tollit ipse Theophylactus antilogiam. Matthæus capite XXVIII, v. 1, sic ait : *Vespere autem Sabbati, quæ lucescit in prima Sabbati . . . surrexit Christus.* Marci vero verba sunt : *Surgens autem mane prima Sabbati.* Interpretationem Theophylacti accipe : « *Cum surrexisset Jesus.* Hoc loco punctum pone. Deinde dic : *Mane prima Sabbati apparuit Mariæ Magdalenæ.* Non enim *surrexit mane.* Quis enim vidit, quando surrexit? Sed *apparuit mane*, Dominica die, quæ est prima Sabbati, hoc est hebdomadis. » Augustinum Calmetum consule de hora qua Christus a mortuis resurrexit.

101. Caput Joannis, quod octavum numeratur, his orditur verbis archiepiscopus Bulgariæ : *Responderunt et dixerunt ei : Num et tu Galilæus es? Scrutare et vide quod a Galilæa propheta non surrexerit.* Istud comma est 52 in vulgatis capite septimo. Tum apud ipsum Theophylactum sequitur : *Iterum igitur eis locutus est Jesus : Ego sum lux mundi. Qui sequitur me, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vitæ* ; quod est comma 12 in octavo capite. Itaque ejus in codice defuisse videtur comma 53 quo septimum caput clauditur : *Et reversi sunt unusquisque in domum suam.* Integra vero, quæ legitur ibidem in Vulgatis, *Mulieris adulteræ* historia desiderabatur : et hanc suo non exponit commentario Bulgarus.

Hac de re lato pro dignitate sermone agunt sacræ Scripturæ interpretes et critici scri-

Digitized by Google

ptores. Quamplures memorant Græcos codices, et versiones Armenicam et Syriacam in Polyglottis Parisiensibus et Londinensibus, ubi commata illa omittuntur ; eademque non exponunt Origenes, Chrysostomus, Nonnus et alii.

Mutilos hujusmodi codices fuisse, mutilumve codicem Theophylacti, pro certo habendum. Partem hanc præstat Latina vulgati interpretis versio, quæ in codice Cantabrigensi, Millio adnotante, asservatur, qualis ante Hieronymi castigationem exstabat. Ipse testatur Hieronymus libro II *contra Pelagianos*, num. 17, *in Evangelio secundum Joannem in multis Græcis et Latinis codicibus inveniri de adultera muliere*. Hujus historiam suis in *Harmoniis evangelicis* inseruerunt Tatianus, sæculi secundi, et Ammonius tertii scriptor. Eam habent Latini codices omnes, quos viri doctissimi inspexere : ac plurimi habent eam Græci codices, quos expenderunt Theodorus Beza, Robertus Stephanus, Joannes Millius. Omissionis in aliquibus causam aperit Augustinus libro II *De conjugiis adulterinis*, capite 7. : « Nonnulli modicæ fidei, inquiens, vel potius inimici veræ fidei, credo, metuentes peccandi impunitatem dare mulieribus suis illud quod de adulteræ indulgentia Dominus fecit, auferrent de codicibus suis. »

Alia est Millii conjectura : « Historiam hanc, quod, ut videtur, expedire non putarent ut coram populo ea legeretur, *obelo* jam olim jugularunt in libris præsertim publicis. Ὠβελισμένην autem, eoque ipso ceu suspectam, præteriisse mox librarios, id vero extra dubium esse arbitror. Unde nec mirum, si defuerit in codicibus aliquibus etiam ante tempora Hieronymi et in commentariis Græcorum. At dubium non fit, quin capitulum hoc, Versionis vulgatæ et exemplarium vetustissimorum fide stabilitum, inter sancti Joannis genuina recenseri debeat. » Ipsum latius disserentem consule, et Augustinum Calmetum, et Petrum Sabatier in sua *Veteri Italica Versione*.

102. Interpolata ac vitiata loca inerant eodem in codice, quo Theophylactus utebatur ; inerantque genuinæ lectiones, a quibus abeunt codices alii itemque editiones. Utriusque generis plura exempla offert Joannes Millius in Prolegomenis ad Novum Testamentum Græcum a num. 1059. Specimina affero nonnulla, ut hæc magis innotescat animadversio.

[LXI] In Evangelio Matthæi capite IV, v. 24, inter eos qui *variis languoribus* affecti *male se habebant*, in versione vulgata *Lunatici* distinguuntur ab iis qui *dæmonia habebant*. Apud Theophylactum mentio nulla τῶν δαιμονιζομένων, sed pro his intelligit ipse eosdem *lunaticos*. Commentarii verba sunt : *Lunaticos autem dicit dæmoniacos*, etc. Marci, capite I, v. 29, Ἐξελθὼν ἦλθεν, *egrediens venit*, pro ἐξελθόντες ἦλθον, *egredientes venerunt*, Proxime quidem solius Christi mentio est : sed respicitur ad superiora v. 21, ubi de discipulis simulque Christo agitur. Lucæ capite I, v. 73, ὅρκου, *juramenti* pro, ὅρκον, *juramentum* ; illud autem a Theophylacto usurpatum syntaxeos gratia. Et capite XII, v. 23, πλεῖον, *major*, ὀb præcedens ψυχὴ pro voce πλεῖον, *plus*. Joannis capite I, v. 41, πρῶτον, *primum*, cum πρῶτος, *primus*, legi debeat. Et capite X, v. 33, ὅτι σύ, omisso καὶ, *et quia tu*. Et capite XI, v. 12, εἶπον οὖν... αὐτῷ, *dixerunt ergo discipuli ei* ; ubi αὐτῷ adjectitium est. Paria sunt plurima in Evangeliis, in Actis apostolorum, in Epistolis Pauli, et Catholicis apud Millium.

Sed nec parum lectionum, inquit ille loco citato, *in Theophylacti codice genuinarum occurrit*. Paucas ego affero. Matthæi capite XXIV, v. 2, in editis et mss. aliquibus, Οὐ βλέπετε, *non videtis* : sine οὐ apud Theophylactum. Marci capite I, v. 38, Εἰς τοῦτο γὰρ ἐλήλυθα, *ad hoc enim veni* : non ἐξελήλυθα, *exii*. Joannis capite VII, v. 21, 22, Ἓν ἔργον ἐποίησα, καὶ πάντες θαυμάζετε διὰ τοῦτο. Μωσῆς, κ. τ. λ. Unum opus feci, et omnes miramini *propter hoc*. *Moyses*, etc. Ita scilicet interpunxit Theophylactus, genuinaque non paucis lectio videtur. Reliquas id genus lectiones vide apud Millium.

Satius nobis fuerit nonnullas attulisse utriusque classis, ut novis in editionibus, quæ accurantur, sibi fas non esse intelligant editores, vel pro genio mutationes in Græcum textum invehere, aut passim et indiscriminatim in Latina versione substituere Vulgatam. Exemplum affert Simonius loco sæpius citato ex Epistola Pauli ad Ephesios capite IV, v. 19, ubi Græcus textus apud Theophylactum sic habet : Οἵτινες ἀπηλγηκότες, *indolentes* : sed in versione Philippi Montani legitur cum Vulgata, *desperantes*, Græce ἀπηλπηκότες. Hac de re vel ipse Hieronymus in Commentario adnotatum reliquit : « Quod autem ait, *qui desperantes semetipsos*, id est, ἀπηλγηκότες ἑαυτούς, multo aliud in Græco significat, quam in Latino. *Desperantes* quippe, ἀπηλπηκότες nominantur : ἀπηλγηκότες autem hi sunt, qui

Digitized by Google

postquam peccaverint, *non dolent*, qui nequaquam sentientes ruinam suam, feruntur in pronum; et tanquam bestiæ ferrum videntes in mortem ruunt . . . Exprimamus si possimus verbum de verbo, et dicamus ἀπηλγηκότες, *indolentes*, seu *indoloriqs.*» Theophylacti interpretationem sic Latine reddit Montanus: *Desperantes enim, inquit, hoc est segnes facti, nolentes laborare, ut inveniant bonum.* Ubi sine dubio vocem ἀπηλγηκότες declarabat Theophylactus, non ἀπηλπηκότες. Verba sunt enim ejus: ἀπηλγηκότες γὰρ, φησὶ, τουτέστι καταβεβυμηκότες, *hoc est desides, inertes, negligentes facti.*

103. In editis Theophylacti in evangelistas Commentariis eadem Evangeliorum occurrit divisio in *capita*, quæ apud Latinos hodieque in usu est. Numerantur quippe Matthæi capita 28, Marci 16, Lucæ 24, et Joannis 21. Joannes Croius apud Laurentium Alexandrum Zacagnium in præfatione ad *Collectanea monumentorum veterum Ecclesiæ Græcæ et Latinæ*, num. LVI, existimabat, hanc vetustissimam esse divisionem; putavitque, *Theophylactum, qui undecimo Christiano sæculo inter Græcos floruit, eadem usum fuisse* in capita distributione.

Croium refellit ibidem Zacagnius: « Sane, inquiens, quod ex *Theophylacti in Evangelia Commentariis* idem auctor opponit, scriptorum codicum auctoritate falsum esse convincitur. Vetustus enim Theophylacti Vaticanus codex num. 645, eadem quæ Alexandrinus et cæteri Evangeliorum Græci codices, habet capitula. » Numerantur scilicet in Matthæo ζη', 68, in Marco μη', 48, in Luca πγ', 83, in Joanne ιη', 18. « Idem in alio codice num. 1221 ejusdem bibliothecæ observatur, *scripto... die 3 Aprilis anni 1154, indictione secunda* At in codice num. 644, non *Græcorum capitula*, sed *numeri*, qui *Canonibus Eusebianis* inserviunt, ad singula Evangeliorum loca a Theophylacto exposita, in margine apponuntur... Ex quibus omnibus colligere licet, Theophylactum, Evangelia, *non interrupta textus serie*, exposuisse: *divisiones* vero, quæ cum eisdem commentariis habentur, a librariis, ut lectorum commoditati consulerent, *adjectas fuisse;* denique *Vulgatæ Latinorum editionis capitula* in codice, qui Theophylacti Commentariorum editoribus præsto fuit, a recenti aliquo librario adhibita esse. »

[LXII] Hæc facilius ut intelligantur, Waltoni demum addo præmonitionem quæ t. V Bibliorum sacrorum habetur: » Græcos Evangelium in certa κεφάλαια, id est *capita* distinxisse; ipsa vero capita in περικοπάς, seu *minora segmenta*, quasi in plures particulas subdivisa. Minores hujusmodi sectiones fecerunt ipsi in *Sancto Matthæo* τνε', 355; in *Marco* σλς', 236; in *Luca* τμβ', 342; in *Sancto Joanne* σλβ', 232. Juxta sectiones istas minores Eusebius, Cæsariensis episcopus, *canones* x *ad concordantias* Evangeliorum facilius inveniendas, confecit: quorum ope loca, in quibus duo, tres vel quatuor evangelistarum, rem eamdem tractantes, inter se concordant; vel ubi aliquis ipsorum quædam habet, quæ non sunt in reliquis, nullo negotio inveniantur. V. g. Matthæi capite III, v. 11, Ἐγὼ μὲν βαπτίζω, *ego quidem baptizo*, apponitur in margine hæc nota ια, una cum α subscripto: quod ad *canonem primum* (littera *a* subscripta indicatum) lectorem remittit. In quo (primo) *canone* litteris istis numeralibus ια inventis, statim ex diametro in eadem tabula exhibentur loca in reliquis evangelistis, quæ cum hoc concordant: scilicet sub *Marco* δ', sub *Luca* ι', et sub *Joanne* ιβ'. »

Neque tamen voces, κεφάλαια et περικοπαὶ usu constantissimo, adnotante Simonio in *Historia critica in N. T.*, tomo II, capite 33, usurpantur in Græcis codicibus: quandoquidem τίτλοι in aliquibus appellantur, in aliis *capitula;* et capitula quæ *pericopæ* aut minores sectiones. Hæc addiscuntur codicum inspectione. Verum occurrit etiam in his varius *minorum* hujusmodi *sectionum* numerus, præsertim in *sancto Marco*, ubi aliquibus in manuscriptis duntaxat 234 enumerantur: quod ideo factum, ut ibidem Simonius animadvertit, quia *postrema duodecim Marci commata* in eisdem desiderantur. Consule dicta num. 100.

Ad *Acta apostolorum* denique, et *Epistolas Pauli*, atque *Canonicas* quod attinet, *divisiones* invaluere apud Græcos, quas excogitavit *Euthalius*. Hunc *Diaconum* vocant frequentius bibliographi: *Sulcensem episcopum* Zacagnius, florentem anno 458, quo versibus Epistolas Pauli distinxit. Hanc secutus est divisionem Œcumenius in suis Commentariis, quæ in Editis servata est. Hanc etiam secutus fuerit Theophylactus, qui postea floruit. Doctissimum Zacagnium consule in Præfatione citata. Et hæc jam satis de Novi Testamenti codice disseruisse, quo idem archiepiscopus Bulgariæ Theophylactus utebatur.

Digitized by Google

XXVI.

De Veneta operum Theophylacti omnium editione.

104. De Veneta operum omnium editione, quæ Bulgarus archiepiscopus noster lucubrasse fertur, tametsi curas ad meas minime pertinente, rationem aliquam postremo loco ut libens lubensque reddam, Dissertationis ordo exposcit, ipsiusque editionis conditio. Hactenus plura recensuimus ejus opera, quæ prodierunt in lucem : Græce et Latine quidem Commentarios *in quatuor Evangelia, et in Acta apostolorum, et in Epistolas Pauli*, itemque *Regiam Institutionem*, ac *Homiliam in adorationem venerandæ crucis*, et *Epistolas* Græce Lugduni-Batavorum ac Latine in Bibliothecis Patrum : Latine autem solummodo, Commentarios *in quatuor prophetas minores*, et *Homiliam in Præsentationem Virginis Deiparæ in templo*, ut memoratas præteream superiores elucubrationes, quas etiam Latine tantum sæpius repetiti expressere typi. Quoniam vero diversis in locis diversisque typis ac formis, et sejunctim etiam edita sunt hæc opera, alicubi juxta primi interpretis translationem, juxta recognitiones posteriores castigationesque alibi; perquam difficile molestumque negotium erat bibliothecarum instructoribus cæterisque qui libros colligunt, eadem comparare, licet cusa, et possidere. Hæc simul collecta præstat omnia Veneta editio; et hocce primum, neque modicum, pretium ejus.

Pretium quam maxime augent non pauca, sane præclara et optatissima, Theophylacti monumenta, scripto relicta, quæ nunc primum, aut Græce et Latine, aut Græce saltem in lucem prodeunt. Primum est, quod ipse concinnavit, opus *in Epistolas canonicas*, textum suppeditante Cæsareo-Vindobonensi codice. Codex Bavarico-Monachiensis opus alterum obtulit, quod est integra *in duodecim prophetas minores Expositio*, promissa non semel, diu expetita irritis votis nunc demum typis nostris excusa, cum Veneto Marciano codice non sine emolumento collata. [LXIII] Fragmenta pauca *Epistolæ ad Nicolaum diaconum et canstrisium* legebantur inter Demetrii Chomateni, Bulgariæ archiepiscopi, Responsiones apud Leunclavium in *Jure Græco-Romano :* nemoque eruditorum non vehementer optabat, ut integra alicubi reperta juris aliquando publici fieret. Votis omnium satis in hac editione Veneta factum, quæ perfectum completumque opusculum insigne præstat, ex codice Cæsareo-Vindobonensi sumptum : ex quo licet etiam addiscere Theophylacti opuscula, quæ veluti varia ac diversa distinguebantur apud bibliographos, nihil omnino ab una illa epistola differre, quam ad laudatum Nicolaum diaconum et canstrisium inscriptam noveramus. Recensitas sub nomine Theophylacti apud eosdem bibliographos legebamus *Homilias undecim in totidem evangelia Resurrectionis matutina*. Quid vero? Ex codice Cæsareo-Vindobonensi transcriptæ cum attentius expenderentur, sententia et verbis repertæ sunt eædem prorsus cum ipsius Theophylacti Commentariis super eisdem evangeliis, undecimæ homiliæ postrema parte excepta, quam præstabit editio Veneta. Hujus etiam beneficio, obvia lectoribus imposterum erit *Oratio panegyrica ad Alexium Comnenum*, post bellum Scythicum pluribus relatis victoriis confectum, ab eodem Theophylacto elucubrata, ex codice Bavarico-Monachiensi eruta : ac obvia erunt *Carmina*, quæ cecinit ipse, in codicibus Regiis Parisiensibus, ut fertur, asservata, ex eisque pro ea, quæ summa sine dubio adhibetur diligentia, ad Venetæ hujusce editionis ornamentum depromenda. Cum textu Græco tot operum Theophylacti, quæ memoravimus in bibliothecis hactenus delitescentia, simul prodibunt Latinæ interpretationes, attentiore studio abs viris peritissimis confectæ : et vice versa Latinæ translationi *Homiliæ in Præsentationem Deiparæ Virginis*, a Francisco Combefisio adornatæ, adjectus prodibit Græcus textus ex Regio codice Parisiensi, nova item sine dubio nitidiori accedente Latina interpretatione.

Hæc sunt præcipua Venetæ editionis, tot tantisque accessionibus locupletatæ, emolumenta et ornamenta. Hæc vero promovere omnia, felicemque in exitum deducere, unus valuit Franciscus Foscarus, patricius Venetus, amplissimus senator, publicis consiliis regundis senex, litterarum cultor, ac patronus qui suæ splendore nobilitatis, ac plurima, qua domi forisque auctoritate pollet, id facillime assequi potuit, ut codices Vaticani, Cæsareo-Vindobonenses, Parisienses Regii, et Bavarico-Monachienses, ne Marcianos Venetos memorem ac Patavinum Sanctæ Justinæ, diligentius lustrarentur : si quæve Bulgariæ archiepiscopi Theophylacti exstarent, opera, a peritis transcripta libra-

Digitized by Google

Venetias transmissa ac Latinitate donata, Græce tandem et Latine viderent lucem. Viro summo, qui litteratorum nationi tam ampla beneficia impendit, gratias agere pares quis valeat?

Num vero opera illa Theophylacti, quæ jam edita, sive Græce et Latine, sive Latine tantum, nunc typis Venetis recuduntur, prodeant accuratiora? Perfectiorem sine dubio sive textum Græcum spectes, sive Latinam versionem, fieri editionem posse, viri peritissimi animadverterunt : Græcis nimirum codicibus, qui servantur in bibliothecis, diligentius collatis : ac versione Latina tum nitidius, tum accuratius ad veritatem Græcorum expressa. Œcolampadius codice unice unico Græco usus est, utique mutilo in *Commentariis Evangeliorum*, nec alium nisi Romanum vidit Philippus Montanus utique imperfectum : Latinaque interpretatione ab eo primum confecta, ac bis etiam ab iste recognita, meliorem optant viri docti. Num studii præstitum aliquid in Veneta editione, quod priores maculas eluerit? Quod ego novi, paucis accipe. Textum Romanum, priorem que Latinam interpretationem iterum excudi juxta Parisienses typos : ad calcem tomi variantes non paucas conjectas esse lectiones, quæ ex Marcianis Venetis codicibus depromptæ sunt : suppletas etiam in Latina versione plurium vocum omissiones, dictiones alias ad Græcorum veritatem redactas, integrasque periodos non raro nitidiores substitutas. Exempla nonnulla inferiori prostant in margine, quæ indicant non tam versionem illam, ubi opus erat, castigatam correctamque, quam potius emendationis quæ curanda foret, passim indigam.

Ferebantur Commentarii *in Epistolas sancti Pauli*, cum Latina duplici versione, altera Christophori Porsenæ *paraphrastica ac nimium libera*, Joannis Loniceri altera sphalmatis passim scatente, et alicubi *tolerabili*. Illa prætermissa, posteriorem recognovit, Græco textu, qui fuerat olim Erasmi, reperto expensoque, Philippus [LXIV] Montanus : et hanc postremis curis emendatam protulere in lucem Londinenses editores, textu Græco adjecto ex codice Arundelliano, cum binis aliis Oxoniensibus collato. Hanc editionem iterum expriment typi Veneti, quibus additur collectio variantium lectionum, Veneto Marciano codice eas suppeditante. In Latina *Expositionis in Acta apostolorum* interpretatione, quam Sifanius confecit, nova ipsius occurrit versio sacri textus, longe differens a Vulgata, qua passim utitur Ecclesia : variæque occurrunt lectiones, quæ sumptæ sunt ex Erasmo, Sebastiano Castalione, et Theodoro Beza, suspectis hominibus ac heterodoxis. Sacri textus Evangeliorum OEcolampadius, et Epistolarum sancti Pauli Lonicerus, versiones proferunt, quas ipsi Græco textui conformiores putarunt, sed a Vulgata nostra non multum abeuntes. Priore in loco ea usus est sua in Recognitione Philippus Montanus evangelici textus versione, quam reperit : alteroque in loco vulgarem Paulini textus, in Ecclesia Catholica adhibitam, substituit ac retinuit, nisi sicuti Theophylacti interpretatio illam immutare coegerit. Eorum negotium erit, qui Venetam editionem curant, ut in prædicta *Actorum apostolorum* nova versione, si quid est offensionis, abjiciant : aut Philippi Montani, imo etiam editorum Londinensium consilium sequentes, Vulgatam substituant, locis exceptis, ubi eam immutari Theophylacti interpretatio exposcat.

Epistolarum demum quas plurimas archiepiscopus Bulgariæ scripsit, Græcus textus, ac Latina Vincentii Marinerii versio, sejunctim hactenus prodierunt; sed hanc, et illum conjunctim præstabit Veneta editio. Doctissimos viros novimus, qui versionem hanc, ceu minus accurate confectam, erratisque scatentem dolent : nosque nonnulla exempla dedimus num. 25 et alibi; sed Veneti editores hanc quoque spartam adornabunt. Plura itaque sunt quæ Venetam hanc editionem maxime commendant : tum inedita non pauca, quæ nunc in lucem prodeunt, Theophylacti opera; tum ejus lucubrationes omnes, quæ cum hactenus variis cusæ typis ac dispersæ abirent, nunc simul collectæ præstantur : tum aliæ variantium lectionum, quæ ex codicibus bonæ notæ sumptæ sunt, accessiones plures : tum denique diligentior de hisce operibus censura ac certum judicium

Digitized by Google

PHILIPPI MONTANI PRÆFATIO

IN EVANGELIA.

[LXIX] Ne ob varios typographiorum quorumdam titulos, quibus fucum facere emptoribus solent, cum nullis aut paucis admodum locis mutatis et correctis, ne dicam corruptis, plerosque tamen emendatos, quam plurima restituta et addita, et hujusmodi alia quam plurima magnifice in speciem jactant, ut emptores splendidis hujusmodi verbis allecti, jacturam ipsi revera faciant : ne igitur, candide Lector, in hoc quoque opere tale quid contigisse suspiceris, commodum esse duxi, paucula quædam haud temere a nobis mutata, e primis potissimum capitibus indicare, e quibus de reliquis conjecturam facere possis, si forte illa conferre graveris. Et ne longius abeamus, ex Matthæi capite 1 pauca perstringamus ; nam in Theophylacti præfatione plura adjecimus quam quæ commode hic inseri possint. In locum itaque illum *filii Abraham*, sic habebat prior editio, *Quare apposuit David filii Abrahæ*, cum Romanus codex ad hunc modum habeat, Τίνος ἕνεκα προέταξε τὸν Δαυὶδ τοῦ Ἀβραάμ ; hoc est, *Cur ipsum David Abrahæ præposuit?* quam lectionem meliorem esse probant sequentia, et quæ in eumdem locum scribit Chrysostomus. Interpres legisse videtur, προσέταξε, etc., et paulo post ubi Matthæus scribit Judam genuisse gemellos illos, Phares et Zaram de Thamar, ita prius habebatur : *Et alius prior natus Phares est. Deinde is qui manum præmiserat vocatus est Phares, quod est dissectio :* » locus etiam manifeste corruptus, cum is qui manum præmiserat vocatus sit Zara, ut patet Genesis, XXXVIII, et mox etiam ex hoc ipso Theophylacto. Sic itaque legendum est : *Et alius prior natus est, deinde is qui manum præmiserat. Vocatus est itaque qui prior natus est Phares, quod est « dissectio, »* puncto scilicet facto post, *præmiserat*, ut ibi *natus est* subintelligas : et deinde addatur, *vocatus est itaque*, etc. Item non ita multo post, illic, *Omnes igitur generationes*, etc., sic habebatur : *In tres ordines distribuit generationes, ut monstret, quod Judæis nihil profuerit, licet judicibus fuerint subditi usque ad Christum :* etiam hic locus mutilus est ac multum depravatus, quandoquidem judicum tantum mentionem faciat, qui ad tres illos ordines sive tesseradecades respondere non possunt. Græca autem in adeo manifestis erratis hic ascribere nihil opus esse puto, ne frustra lectorem oneremus, e quibus sic locum hunc restituimus. *In tres ordines distribuit generationes, ut monstraret quod Judæi, sive a judicibus gubernarentur, ut qui usque ad David : sive a regibus, ut qui usque ad transmigrationem : sive a sacerdotibus, ut qui usque ad Christum : nihil tamen ad virtutem profecerunt*, etc; quam lectionem veram ostendunt tum præcedentia, quod ait, *propterea generationes in tres ordines distributas*, tum mox sequentia de vero et Judice et Rege et Sacerdote Christo. Quam etiam sententiam habet Chrysostomus, quem fere noster Theophylactus sequitur. Eodem hoc primo capite, ibi : *Ne timeas*, ex una annotatione duas faciens, et *accipe* pro *accipere* ponens, sententiam turbat : quod et paulo post diversa ratione facit, duas annotationes in unam contrahens. Ut interim sileam de dictionibus multis passim omissis, et aliis non paucis multum depravatis; quæ facile deprehendet qui vel unum caput hoc primum et præfationem cum priori editione conferre volet. Capite autem octavo, ibi, *Hæc autem dicebat, quasi pigeret eum comitatus ejus*, Græca sic habent, Ταῦτα δὲ ἔλεγεν ὡς ἂν πείσῃ αὐτὸν μεταβληθέντα ἀκολουθεῖν. Hoc est, *Hæc autem dicebat quo persuaderet illi, ut mutatis moribus sequeretur.* Capite item sequenti multa erant omissa, et quædam male versa : ut illud in fine capitis, *messem vocat multitudinem ministerii quo egebant*, cum Græca sic habeant, θερισμὸν ὀνομάζει τὸ πλῆθος τὸ χρῆζον τῆς θεραπείας, id est, *messem vocat multitudinem curationis egentem.* Et cap. XV, ibi, *Ad Judæos qui sunt oves, quæ perdiderant ea quæ illis concredita erant*, Græce sic legimus, [LXX] Εἰς τοὺς Ἰουδαίους, οἱ ἀπολωλότα εἰσὶ πρόβατα ἀπὸ κακίας τῶν ἐμπιστευθέντων αὐτά hoc est, *Ad Judæos qui sunt oves perditæ eorum vitio, quibus fuerant concreditæ sive commissæ.* Nam Græci quemadmodum active dicunt, *committo tibi hanc rem*, sic et passive, *tu es commissus hanc rem*, pro *commissam habes.* Qua etiam locutione Græca utuntur nonnunquam poetæ Latini, ut Horat. de senibus avaris :

Lævo suspensi loculos tabulamque lacerto,

pro *suspensos loculos et tabulam suspensam habentes.* In hoc etiam capite, ut in aliis præcedentibus et sequentibus, permulta fuerant prorsus omissa, quædam inversa multumque depravata.

Sed ad alios evangelistas properans, illud unum ex Matthæo abjiciam, quod habetur capite vicesimo primo de turbis simplicibus. *Neque*, inquit, *invidebant Christo, neque opinionem indignam de Christo habebant : ideo et nunc prophetam illum dicunt : nunquam autem, si sine articulo dicatur, etc..*, cum Græca longe secus habeant : ut οὔτε ἐφθόνουν τῷ Χριστῷ, οὔτε πάλιν τὴν προσήκουσαν περὶ αὐτοῦ ὑπόληψιν εἶχον. Διὸ καὶ νῦν προφήτην αὐτὸν λέγουσι, μήποτε δὲ, ἐπεὶ μετὰ τοῦ ἄρθρου φασὶν ὁ προφήτης, δύναται νοηθῆναι, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ προσδοκώμενος προφήτης, hoc est : *Neque invidebant Christo, neque rursus convenientem de ipso habebant opinionem. Ideo et nunc prophetam ipsum dicunt, nisi forte quandoquidem*

Digitized by Google

cum articulo dicunt ὁ προφήτης, *id est propheta ille, possit intelligi quod iste sit qui exspectabatur propheta.* Ad quæ pulchre quadrant reliqua. Lapsus occasionem dedit, opinor, quod μήποτε δὲ, verterit, *nunquam autem* : ad quod cætera aptare cupiens, totam invertit sententiam ; cum μήποτε hoc loco non sit negantis, sed addubitanter decernentis, pro *fortasse*, aut *nisi forte*. Qua in significatione frequenter accipit noster hic Theophylactus, ut capite hujus XIII, ibi μήποτε δὲ, vertebat, *absit autem ;* cum *fortasse autem*, dicere debuisset : quod bis eodem capite facit, male rejiciens quæ Theophylactus admittit. Matthæi etiam XXII, et Marci XV, etc., eodem modo accipitur. Sed quid his immoror, cum nullum omnino caput sit, in quo non multa sint restituta ? Videor itaque ne in his prolixior fuerim : ideoque ex reliquis evangelistis pauciora perstringam. Marci primo Judæos notans, qui Scripturas negligebant, sic inquit, Ἀλλ' οὐκ ἐγεώργουν αὐτὰς οὐδὲ ἐρεύνων, id est, *Sed ipsi non excolebant eas nec scrutabantur ;* prius autem scriptum erat, *sed non ipsi colebant agros neque inquirebant.* Et paulo ante hic negatio, *neque*, omissa sensum contrarium exprimebat. Et ne diutius immorer, si quis totum hoc caput primum excutere velit, deprehendet multa omissa, et non pauca corrupta, sicut et capite proxime sequenti, ut ex multis indicem, ubi ait, quod *David fugiens a facie Saulis, gladium Goliath ablatum obtulit Domino :* cum legendum sit, *gladium Goliath oblatum Domino, abstulit* ut habent Græca, cisque astipulatur historia I Reg. cap. XXI. Initio item sequentis capitis locus plane depravatus contrariam reddebat sententiam. Sed ad Lucam propero, cujus caput primum et secundum multis scatebant mendis, ut et proxime sequens : ubi præter multa omissa, fortasse quædam fuerant non satis intellecta : ut quod ὅσον οὔπω, vertat, *quantum nunquam*, cum vertendum esset *mox* aut *paulo post :* ut sensus sit, *mox a prædicatione Joannis prædicaturum esse Dominum.* Eodem lapsu corrupta fuit sententia cap. XVIII, ubi ὅσον οὔπω, verterat *nondum*, cum sensus postulet, ut *mox*, sive *paulo post* dicatur. Capite autem XIV, ubi declarat, per eum qui juga boum emerit, significari, eum qui circa terrena esset occupatus, spiritualem cœnam negligere, affert Sapientis auctoritatem ad hunc modum : *Quid calumniatur qui alteri prævalet ?* Sed quid, quæso, istud ad propositum ? ubi Græce sic habent, Τί σοφισθήσεται ὁ κρατῶν ἀράτρου, id est, *In quo sapiens erit qui tenet aratrum ?* quemadmodum habemus Ecclesiastici XXXVIII, secundum Septuaginta, quos hic, ut alii Græci, sequitur : quod quidem proposito pulchre convenit ; aratro enim juga bonum admoventur. Sic et cap. XXII, secundum Septuaginta legendum est ; *et roborentur in eo omnes filii Dei*, Deuter. tricesimo secundo. Eodem vicesimo secundo capite, multa etiam alia emendata videre licet. Denique ut ex primo etiam Joannis capite quædam depromamus, ibi, *Et lux in tenebris lucet*, declarans lucem in tenebris lucere. Sic posuerat : *Nam et in morte factus est, quasi fuisset victus, ita ut cogeret hinc illum emigrare*, etc. Ubinam, quæso, lux in morte hic lucere, et vires suas exserere dicatur ? Proinde sic ad exemplar Græcum restituimus. *Nam et ipse mortuus sic mortem superavit, ut et eos quos prius absorpserat, cogeret ipsam evomere.* Similis sententia habetur I ad Cor. cap. XV, ibi, *Postremus hostis destruetur mors.* Et paulo post Joannem Præcursorem de sua [LXXI] nativitate sermonem habere, dicere videtur ; et multa alia hoc eodem capite non satis convenientia. Initio item secundi capitis de Virgine Matre loquens, ait : *Habens opinionem suæ erga illum potestatis.* Hæc verba sonare videntur, quod *ipsa sibi eam potestatem esse in Christum arbitraretur, ut imperare posset, ut aquam in vinum converteret :* cum Græca longe diversum sensum præ se ferant, nempe *quod Virgo magnam concepisset de Christi potestate opinionem ex his, quæ et in ipsius conceptione et nativitate evenerant*, etc. Quod autem ibi statim sequitur, ut *oraret Deum*, pro *orare eum ;* item et *ex animo*, pro et *examine*, et hujusmodi multa, scribæ potius aut typographo quam interpreti imputanda, lectoris industria emendari potuissent. Cæterum ubi nono capite docet per Ezechielem dicens : *Patres comederunt*, etc., quædam illic prætermissa contrariam admittebant sententiam ; ut et capite sequenti, ubi pro *cognoscunt enim* legendum est, *non enim cognoscunt*, ut habent Græca : alioqui glossa cum textu pugnaret. Sed quod eodem capite pro *apostasis, apostolos* haberemus ; item quod pro *ex ipso*, scriptum esset *ex Ægypto ;* unde etiam suspicor locum mire fuisse corruptum, ubi de malis pastoribus et avaris querebatur : *Non enim*, inquit, *quærebant utilitatem ex Ægypto, sed turpe lucrum ;* cum legi debeat, *non enim quærebant populi utilitatem, sed ex ipso turpe lucrum.* Ista, inquam, et ejusmodi pleraque alia impressori potius quam interpreti ascribi possent. Quod autem plerisque in locis permulta fuerint omissa, ex quibus sequentia pendebant, non tantum dictiones aliquot dico, sed versus permultos, atque adeo paginas totas, quodque sæpiuscule negatio contra auctoris mentem aut omissa, aut injecta contrariam inducat sententiam ; scribæne, aut typographo, an interpreti, mutilove codici imputandum sit, aliorum esto judicium. Mihi abunde satis fuerit, si favente Altissimo publicam studiorum utilitatem pro nostra qualicunque mediocritate nonnihil adjuverimus. Interpres quidem certe Joannis ultimo codicem suum mutilum fuisse confitetur : fieri tamen potest, ut etiam ille quibusdam in locis nostro emendatior fuerit : ideoque quædam intacta reliquimus, sive quod ad sensum bene quadrarent, sive quod non magni essent momenti, etiamsi ad Græcum nostrum Codicem non omnino respondeant. Nonnunquam autem margini diversam lectionem adjecimus, idque potissimum cum utraque defendi posset : priore quidem in contextu relicta, sed hujusmodi notis †] inclusa, penes lectorem judicium relinquentes, utrum sequi malit. Sed hæc fortasse, dum morosis occurrere studemus, apud tuam facilitatem nimium multa. Bene vale, candide Lector, et quæ pro nostra qualicunque mediocritate in publicam utilitatem proferimus, boni, quæso, consule. Lutetiæ ex musæo nostro Tornacensi 1515. Et rursum 1552.

Digitized by Google

STUDIOSIS SACRARUM LITTERARUM.

—

[LXXII] Cum multæ res sint, quarum usus utilitati atque etiam ornamento nobis esse soleat, fieri tamen videmus, ut earum rerum quædam jaceant, quædam etiam prorsus intereant. Ilujusmodi sunt humana : mutari omnia constat, nihil idem semper est. In litteris quidem maximam jacturam fecimus; ita multa veterum scripta temporum calamitate perierunt. Sed, o præclarum virum, qui novam hanc edendorum librorum rationem invenit! Cum enim sacrarum Litterarum studia, multis in lucem scriptoribus editis, qui hactenus in tenebris delituerant, in dies magis ac magis a doctissimis viris excolantur, et præclara eruditorum hominum ingenia in his sese exerceant, quantam animo possum, maximam capio voluptatem, propterea quod divino quodam munere id factum videtur, ut excellenti ingenio ac doctrina viri his se studiis dediderint, quibus non inanem quamdam apud homines gloriolam aucupamur, sed nobis ad immortalitatem viam communimus, ut, despecta penitus rerum humanarum imbecillitate, animum ad cœlestia erigamus, summumque illum ac præpotentem Deum toto pectore amplexemur, ita ut quam maxime, dum in hac vitæ quasi peregrinatione sumus, nobis cum corporibus sit contagio, sed ea nobis una et præcipua cura, ut his soluti vinculis in cœlestem illam patriam, unde paucis ante annis demissi fuimus, remigremus. Verum (*a*) cum nulla re magis quam Evangelii lectione adjuvemur, qua ad cœlestis vitæ imitationem instituimur, non inutilem nostram operam fore judicavimus, si Græcam et e regione Latinam nunc primum Theophylacti in Evangelia interpretationem, summam videlicet quamdam fere e Chrysostomi commentariis decerptam, publice legendam emitteremus : præsertim cum in ea, quæ in Latinum superioribus annis versa est, multa desint, plura vero perperam legantur, sive veteris exemplaris, sive interpretis, Œcolampadii presertim, ea culpa fuerit. Plane hoc beneficium, quantumcunque est, quod certe maximum est, Morellorum virtuti debetur. Viri quippe benignitate insignes, ad reipublicæ utilitatem et commoda nati, veterem consuetudinem servant, excitant bonas artes quovis sumptu, quovis præmio, faciunt, ut quæ veterum Græciæ Patrum monumenta celebrantur, ea hac ætate minime desideremus. Itaque nostrum est, ut eis non modo pro Theophylacto, quem habemus, sed etiam pro iis quæ exspectamus, et vitæ diuturnitatem, et quæ optima habentur in vita, a Deo precemur. Valete.

(*a*) Ut habeat Lector unde noscat quam ridicule hanc præfationem interpolaverit editor Parisiensis, legat, quæ hic sistimus, genuina Romani editoris verba : « Verum cum nulla re magis quam Evangelii lectione adjuvemur, qua ad cœlestis vitæ imitationem instituimur, non inutilem nostram operam fore judicavimus, si Græcam Theophylacti in Evangelia interpretationem, summam videlicet quamdam fere e Chrysostomi commentariis decerptam, publice legendam emitteremus; præsertim cum in ea, quæ in Latinum superioribus annis versa est, multa desint, plura vero perperam legantur, sive veteris exemplaris, sive interpretis ea culpa fuerit. Plane hoc beneficium, quantumcunque est, quod certe maximum est, Pauli III divinæ virtuti debetur. Pontifex benignitate insignis, natus ad tollenda humani generis incommoda, veterem consuetudinem servat, excitat bonas artes quovis sumptu, quovis præmio, facit, ut qui pontifices beneficentiæ laude celebrantur, eos hac ætate minime desideremus; itaque nostrum est, ut ei non modo pro Theophylacto, quem habemus, sed etiam pro iis quæ exspectamus, et vitæ diuturnitatem, et quæ optima habentur in vita, a Deo precemur. Valete. » EDIT. PATR.

ADMONITIO

In varias lectiones ex codicibus S. Marci Venetis et Patavino uno depromptas.

—

Variæ lectiones quæ in Theophylacti Commentariis in quatuor Evangelia, breviores, prolixioresque, plurimæ occurrunt, ex Venetis codicibus Marcianis quinque, et Patavino uno Sanctæ Justinæ desumptas, benevolo studiosoque Lectori sistimus omnes, quæ bonæ alicujus frugis visæ sunt. Primo simul offeruntur loco, quas Veneti bibliothecæ sancti Marci codices præstant, 26, 29, 30, 31 et 32, et has excipiunt aliæ decerptæ ex Patavino. Ejuscemodi vero lectionum aut certe perspicua alicubi veritas, aut passim utilitas, atque plurium fortasse redundantia ut innotescant, sedulo animadvertendum est, textum Græcum, qui tum in editione Parisiensi anno 1631 curata, tum etiam in Veneta nostra prostat, illum esse qui prima vice anno 1542 typis Romanis prodiit, ex codice Vaticano sumptus : Latinamque e regione positam interpretationem minime ex eodem expressam censeri debere, cum ea sit quam Joannes Œcolampadius, Græcum alium et alicubi discrepantem textum sub oculos habens adornavit, a Philippo Montano postea Romanum textum conferente emendata. Hinc vero ad varias quod attinet lectiones, quas ex Venetis Marcianis codicibus diligentia summa eruit Georgius Constantini, natione Græcus, ex Joannina urbe Epiri :

Digitized by Google

facile ac tuto quisquis eas attentius expendat, judicare poterit, abundare alias, plerumque prolixiores, neque in codice Œcolampadii repertas esse : aliasque, videlicet breviores, exstasse plerasque in eodem Œcolampadii codice, utpote Latinæ ipsius interpretationi apprime convenientes; et alias demum esse, queis non modico emolumento textus uterque corrigi et perfici sine dubio potest. Num vero lectiones istas Theophylactum habere parentem, dicendum fuerit? Nihil obstat, quominus breviores, fere omnes, revera scripserit ille : verum nec abnuere aut volumus, aut audemus, quin ipsum prolixiores aliquæ deceant veluti auctorem, quas utique et contextus alicubi admittere ac sensus postulare videtur. At viro clarissimo plerasque tribuendas non esse, nemo non colligat ex ipsa styli aliquando discrepantis ratione, vel etiam nimia enarrationis prolixitate abs genio Theophylacti aliena, vel nulla demum quæ appareat, lectionum cum præcedentibus et subsequentibus connexione. Fuerint Græci posteriores, qui, Theophylacti studiosi, cum opus ejus animadverterent ex aliorum, maximeque Chrysostomi, dictis compilatum, integrum sibi esse duxerunt ut margini inscriberent, quæ postea in textum irrepsere, vel propria, vel aliunde sumpta additamenta : quibus, quæ minus clara, aut certe diminuta videbantur in Commentariis, illustrarentur. Quæ licet nobis arrideat sententia, pretium attamen operæ fuit, ut variantes hujusmodi, sive breves, sive longiores, luce publica donaremus, eruditis lectoribus relinquentes, ut suum et ipsi de hisce judicium ferant, ex eisdemque quæcunque demum sint, qualecunque capere emolumentum valeant. Varias lectiones ex codice Patavino diligentissime maximaque solertia collegit omnes vir clarissimus, quem honoris causa nominamus, D. Athanasius Peristianus, ejusdem sanctæ Justinæ monachus ordinis Sancti Benedicti, et bibliothecæ custos : earum vero, quas hic damus, delectum fecit P. Bonifacius Finetti ordin. Prædic. De codicis hujus præstantia, quam peritissimus Bernardus Montfauconius, ordinis S. Benedicti asceta Sanmauræus, in *Diario Italico* testatus est, lege quæ prævia in Dissertatione dicta sunt num. 32 (*a*). Porro ejus varias lectiones ita Latinæ Œcolampadii versioni, ubi intactam reliquit eam Montanus, passim conveniunt, ut codici Græco, quo usus est primus interpres, dici Patavinus multis in locis debeat simillimus; verum et ipsum alicubi corrigit et perficit. Unum superest, de quo Lector benevolus postremo loco admonendus est : adnotationes eas nempe, aut emendationes, quas in Commentariis ad marginem inferiorem appositas exhibet editio Veneta, edito Romano textui Græco consonas esse : earumque non paucas prætermitti potuisse, cum Latina prior interpretatio, quam emendari aut meliorem fieri censebat adnotator, tametsi a Romano textu differat, variantibus tamen lectionibus, quas aliis ex codicibus Græcis damus, plerumque conveniat.

(a) Versiculi sequentes in hoc codice exstant ante Commentarium in Joannem :

Εὐληπτον ἐξήγημα τοῦ Βουλγαρίας
Εὐαγγελίων τῶν κατὰ Ἰωάννην·
Ἡ πατρὶς ἦν Εὔβοια, καὶ βίος λόγοι,
Θεῖος δὲ κλῆρος, καὶ τάφος Βουλγαρία.

Præclarus Commentarius archiepiscopi Bulgariæ
Evangelii secundum Joannem :
Cui patria fuit Eubœa, vita litteræ,
Sors divina, et sepulcrum Bulgaria.

Cum dubitari vix possit, pro Εβοια legendum Εὔβοια, *Eubœa*, ut in Latina versione positum est; hinc ex hoc codice (præsertim si tantæ sit antiquitatis, quantæ illum esse putavit Montfauconius), valide confirmatur sententia, quæ Theophylactum *Chalcide* in *Eubœa*, seu in alio quopiam prope *Euripum Chalcidicum* loco, ortum esse tradit : perquam enim verisimile est, hujus Codicis scriptorem, seu quicunque alius horum versiculorum auctor exstiterit, memoriæ consignasse id quod pervulgatum erat suo tempore, quo vera Theophylacti patria nota cuilibet esse facile poterat. Hac de re vide Dissertationem prævian n. 17.

Digitized by Google

ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΒΟΥΛΓΑΡΙΑΣ

ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΕΙΣ ΤΟ ΚΑΤΑ ΜΑΤΘΑΙΟΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ.

—

THEOPHYLACTI

ARCHIEPISCOPI BULGARIÆ

ENARRATIO IN EVANGELIUM MATTHÆI.

—

ΒΙΟΣ ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΕΥΑΓΓΕΛΙΣΤΟΥ ΜΑΤΘΑΙΟΥ ΚΑΤΑ ΣΩΦΡΟΝΙΟΝ.

—

SOPHRONIUS DE MATTHÆO EVANGELISTA.

Matthæus, qui et Levis, e publicano apostolus, in Judæa primus ob eos, qui e circumcisione crediderant in Christum, charactere verboque Hebraico Evangelium suum scripsit, quod qui postea Græce transtulerit, ignoratur. In bibliotheca Cæsareæ Pamphyli martyris etiamnum hodie textus ejus Hebraicus studiose servatur. Eum ipsum transcribendi mihi copia facta est a Nazaræis qui in Beroea Syriæ habitant, quique illo utuntur inter se. Unde facile persuadeor, quod ubicunque Evangelista sive propria sponte, sive ex persona Christi Salvatoris, testimoniis Veteris Testamenti Scripturarum usus est, non secutus sit authenticam Septuaginta Interpretum versionem, sed textum Hebraicum. Ut patet ex hisce locis: Ex Ægypto vocavi Filium meum, et Nazaræus vocabitur.

A Ματθαῖος, ὁ καὶ Λευὶς, ἀπόστολος ἀπὸ τελωνῶν, ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ πρῶτος διὰ τοὺς ἐκ περιτομῆς πιστεύσαντας Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ, γράμμασιν καὶ ῥήμασιν Ἑβραϊκοῖς συνέταξεν, ἀγνοουμένου τοῦ μετὰ ταῦτα εἰς Ἑλληνικὸν τοῦτο μεταφράσαντος. Τὸ δὲ Ἑβραϊκὸν ἄχρι τήμερόν ἐστιν ἐν τῇ Βιβλιοθήκῃ Καισαρείας τῆς παρὰ Παμφίλου μάρτυρος περισπουδάστως κατασκευασθείσης. Ἐμοὶ δὲ παρὰ τῶν Ναζωραίων τῶν ἐν Βεροίᾳ τῆς Συρίας τούτῳ κεχρημένων, ἄδεια παρεσχέθη τῆς τούτου μεταγραφῆς, δι' οὗ ἐστιν ἀκριβῶς πεισθῆναι, ὡς ἔνθα ἂν ὁ Εὐαγγελιστὴς εἴτε ἐκ προσώπου οἰκείου, εἴτε ἐκ προσώπου τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ Σωτῆρος ταῖς μαρτυρίαις κατακέχρηται τῶν Παλαιῶν Γραφῶν, μὴ ἀκολουθεῖν τῇ αὐθεντίᾳ τῶν Ἑβδομήκοντα Ἑρμηνευ-
B τῶν, ἀλλὰ τῇ Ἑβραϊκῇ, ἀφ' ὧν τὰ δόο ἐστὶν ἐκεῖνα· Ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν Υἱόν μου· καὶ ὅτι Ναζωραῖος κληθήσεται.

ΤΑ ΚΕΦΑΛΑΙΑ

ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΜΑΤΘΑΙΟΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΥ.

—

SUMMA CAPITUM

ET RERUM EVANGELII SECUNDUM MATTHÆUM.

—

1. *De genealogia Christi.*
2. *De Magis et infanticidio Herodis.*

C α'. *Περὶ γενεαλογίας τοῦ Χριστοῦ.*
β'. *Περὶ τῶν Μάγων καὶ τῶν ἀναιρεθέντων παιδῶν.*

Digitized by Google

γ'. Πρῶτος Ἰωάννης ἐκήρυξε βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.

3. *Joannes Baptista primus regni cœlestis præco.*

δ'. Περὶ πειρασμοῦ τοῦ Χριστοῦ. Περὶ τῆς τοῦ Πέτρου, καὶ Ἀνδρέου, καὶ τῶν υἱῶν τοῦ Ζεβεδαίου κλήσεως.

4. *De tentatione Christi in deserto. De vocatione Petri Andreæ et filiorum Zebedæi.*

ε'. Περὶ τῶν μακαρισμῶν. Περὶ τοῦ μὴ φιλονεικεῖν πρὸς τὸν πλησίον. Περὶ τοῦ μὴ μοιχεύειν. Περὶ τοῦ μὴ ἀπολύειν τὴν γυναῖκα. Περὶ τοῦ μὴ ὀμόσαι ὅλως. Περὶ τοῦ τὰς ὕβρεις ἀνέχεσθαι, καὶ ἀντιστῆναι τῷ πονηρῷ. Περὶ τοῦ ἀγαπᾶν τοὺς ἐχθρούς.

5. *De beatitudinibus. Quod non liceat cum proximo contendere. Quod non liceat mœchari. Quod non liceat uxorem dimittere. Quod non liceat jurare omnino. Quod contumelias sustinere et diabolo resistere oporteat. Quod oporteat etiam inimicos diligere*

ς'. Περὶ ἐλεημοσύνης, προσευχῆς, καὶ νηστείας. Περὶ τοῦ καταφρονεῖν τῶν τοῦ κόσμου.

6. *De eleemosyna, oratione et jejunio. De contemptu mundi.*

ζ'. Περὶ τοῦ κρίνειν μηδένα. Περὶ τοῦ αἰτεῖν καὶ ζητεῖν. Περὶ τοῦ προσέχειν ἀπὸ τῶν ψευδοπροφητῶν.

7. *Quod non liceat de quoquam judicare. Quomodo petere et quærere debeamus. Quod nobis cavendum sit a falsis prophetis.*

η'. Περὶ τοῦ λεπροῦ. Περὶ τοῦ ἑκατοντάρχου. Περὶ τῆς πενθερᾶς Πέτρου. Περὶ τῶν ἰαθέντων ἀπὸ ποικίλων νόσων. Περὶ τοῦ μὴ ἐπιτρεπομένου ἀκολουθεῖν. Περὶ τῆς ἐπιτιμήσεως τῶν ὑδάτων. Περὶ τῶν δαιμονιζομένων, ὧν τὰ δαιμόνια εἰς τὴν ἀγέλην τῶν χοίρων ἐξεβλήθη.

8. *De curatione leprosi. De centurione. De socru Petri. De iis qui curati sunt a variis morbis. De non commissa sequela. De increpatione aquarum. De dæmoniacis quorum dæmonia in porcorum gregem emissa sunt.*

θ'. Περὶ τοῦ παραλυτικοῦ. Περὶ τοῦ Ματθαίου. Περὶ τοῦ Σωτῆρος μετὰ τῶν τελωνῶν ἐσθίοντος. Περὶ τῆς θυγατρὸς ἀρχισυναγώγου. Περὶ τῆς αἱμορροούσης. Περὶ τῶν δύο τυφλῶν. Περὶ τοῦ δαιμονιζομένου κωφοῦ.

9. *De paralytico. De Matthæi vocatione. De Salvatoris refectione cum publicanis. De filia principis synagogæ. De hæmorrhousa. De duobus cæcis. De surdo dæmoniaco.*

ι'. Περὶ τῆς τῶν ἀποστόλων διαταγῆς.

10. *De ordine apostolorum.*

ια'. Περὶ τῶν ἀποσταλέντων παρὰ Ἰωάννου.

11. *De iis qui missi sunt a Joanne.*

ιβ'. Περὶ τῶν μαθητῶν τοῖς Σάββασι τιλλόντων στάχυας. Περὶ τοῦ ξηρὰν ἔχοντος τὴν χεῖρα. Περὶ τοῦ δαιμονιζομένου τυφλοῦ καὶ κωφοῦ. Περὶ τῶν αἰτούντων σημεῖον. Περὶ μητρὸς καὶ ἀδελφῶν.

12. *De discipulis in Sabbato spicas vellentibus. De muliere quæ aridam manum habebat. De dæmoniaco cæco et surdo. De petentibus signum. De matre Christi et fratribus.*

ιγ'. Περὶ τῶν παραβολῶν τοῦ σπείραντος καὶ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν.

13. *De parabolis seminantis et regni cœlorum.*

ιδ'. Περὶ Ἰωάννου καὶ Ἡρώδου. Περὶ τῶν ε' ἄρτων καὶ τῶν β' ἰχθύων. Περὶ τοῦ ἐν θαλάσσῃ περιπάτου τοῦ Ἰησοῦ.

14. *De Joanne et Herode. De quinque panibus et duobus piscibus. De ambulatione Christi supra mare.*

ιε'. Περὶ τῆς παραβάσεως τῆς ἐντολῆς τοῦ Θεοῦ διὰ τὴν παράδοσιν τῶν ἀνθρώπων. Περὶ τῆς Χαναναίας. Περὶ τῶν θεραπευθέντων ὄχλων. Περὶ τῶν ἑπτὰ ἄρτων.

15. *De transgressione mandatorum Dei per traditionem hominum. De Chananæa. De multitudine sanata. De septem panibus.*

ις'. Περὶ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων. Περὶ τῆς ἐν Καισαρείᾳ ἐπερωτήσεως. Περὶ τῆς ἐπιτιμήσεως τοῦ Πέτρου, ὅπως μὴ Χριστὸς πάθῃ.

16. *De fermento Pharisæorum. De facta Cæsareæ interrogatione. De increpatione Petri renuentis Christum pati.*

ιζ'. Περὶ τῆς μεταμορφώσεως τοῦ Χριστοῦ. Περὶ τοῦ σεληνιαζομένου. Περὶ τῶν αἰτούντων τὰ δίδραχμα.

17. *De transfiguratione Christi. De lunatico. De exigentibus didrachmam.*

ιη'. Περὶ τῶν λεγόντων, τίς μείζων. Περὶ τοῦ μὴ σκανδαλίζειν. Περὶ τῶν β' προβάτων παραβολή. Περὶ τῆς ἐλέγξεως τοῦ πλησίου. Περὶ τῆς δυνάμεως τοῦ δεῖν καὶ λύειν. Περὶ τοῦ ὀφείλοντος μυρία τάλαντα.

18. *De iis qui quæsierunt, quis major. Quod neminem liceat scandalizare. Parabola de centum ovibus. De correptione proximi. De potestate ligandi et solvendi. De eo qui mille talenta debet.*

ιθ'. Περὶ τῶν ἐπερωτώντων, εἰ ἔξεστιν ἀπολῦσαι τὴν γυναῖκα. Περὶ τοῦ ἐπερωτήσαντος πλουσίου τὸν Ἰησοῦν.

19. *De quærentibus, num liceret dimittere uxorem. De divite Jesum interpellante.*

κ'. Περὶ τῶν μισθουμένων ἐργατῶν. Περὶ τῶν υἱῶν τοῦ Ζεβεδαίου. Περὶ τῶν δύο τυφλῶν.

20. *De mercede conductis operariis. De filiis Zebedæi. De duobus cæcis.*

Digitized by Google

21. *De asina et pullo. De claudis et cæcis. De ficu arefacta. De principibus sacerdotum et presbyteris Dominum Jesum interrogantibus. Parabola de duobus filiis. Parabola de vinea.*

22. *De invitatis ad nuptias. De interrogantibus ob censum. De Sadducæis. De jurisperito. De factis a Domino interrogationibus.*

23. *De miseria Pharisæorum.*

24. *De consummatione, die et hora.*

25. *De decem virginibus. Parabola eorum qui talenta acceperunt. De adventu Christi.*

26. *De Magdalena Dominum ungente. De Paschate. De mystica cœna. De traditione Christi. De negatione Petri.*

27. *De Pontio Pilato præside. De resipiscentia Judæ. De flagellatione, pœnis et crucifixione Christi. Quomodo petitum fuerit corpus Domini ut sepeliretur, et de custodia ejus sepulcro constituta.*

28. *De resurrectione Domini. De custodibus sepulcri, iisdemque resurrectionis testibus. De apparitione Christi facta apostolis et mulieribus in Galilæa.*

κα'. *Περὶ τῆς ὄνου καὶ τοῦ πώλου. Περὶ τῶν χωλῶν καὶ τυφλῶν. Περὶ τῆς ξηρανθεισης συκῆς. Περὶ τῶν ἐπερωτώντων τὸν Κύριον ἀρχιερέων καὶ πρεσβυτέρων. Περὶ τῶν δύο υἱῶν παραβολή. Περὶ τοῦ ἀμπελῶνος.*

κβ'. *Περὶ τῶν καλουμένων εἰς τὸν γάμον. Περὶ ἐπερωτησάντων διὰ τὸν κῆνσον. Περὶ τῶν Σαδδουκαίων. Περὶ τοῦ ἐπερωτήσαντος νομικοῦ. Περὶ τῶν τοῦ Κυρίου ἐπερωτήσεων.*

κγ'. *Περὶ τοῦ ταλαντισμοῦ τῶν Φαρισαίων.*

κδ'. *Περὶ της συντελείας, ἡμέρας καὶ ὥρας*

κε'. *Περὶ τῶν δέκα παρθένων. Περὶ τῶν τὰ τάλαντα λαβόντων. Περὶ τῆς ἐλεύσεως τοῦ Χριστοῦ.*

κς'. *Περὶ τῆς ἀλειψάσης τὸν Κύριον μύρῳ. Περὶ τοῦ Πάσχα. Περὶ τοῦ μυστικοῦ δείπνου. Περὶ τῆς παραδόσεως τοῦ Χριστοῦ. Περὶ τῆς ἀρνήσεως τοῦ Πέτρου.*

κζ'. *Περὶ τοῦ ἡγεμόνος Πιλάτου. Περὶ τῆς Ἰούδα μεταμελείας. Περὶ τοῦ αἰκισμοῦ καὶ τιμωριῶν τοῦ Χριστοῦ, καὶ σταυρώσεως. Περὶ τῆς αἰτήσεως τοῦ σώματος τοῦ Κυρίου, καὶ φυλάκων τοῦ τάφου.*

κη'. *Περὶ τῆς τοῦ Κυρίου ἀναστάσεως. Περὶ τῶν φυλάκων τοῦ τάφου, μαρτύρων τῆς ἀναστάσεως. Περὶ τῆς ἐμφανίσεως τοῦ Χριστοῦ τοῖς ἀποστόλοις καὶ γυναιξὶν ἐν Γαλιλαίᾳ.*

ΕΡΜΗΝΕΙΑ

ΕΙΣ ΤΟ ΚΑΤΑ ΜΑΤΘΑΙΟΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ.

ENARRATIO

IN EVANGELIUM MATTHÆI.

1 PRÆFATIO.

Magni quidem illi, atque divini viri, qui ante datam Mosi legem vixere, non ex litteris et libris discebant, sed munda præditi mente sancti Spiritus illustratione illuminabantur, atque in hunc modum, Deo ipsis ore ad os colloquente, quæ Deo placita erant, cognoscebant. Tales erant Noe, Abraham, Job, Moses. At postquam deteriores facti sunt homines, et indigni qui a Spiritu sancto illustrarentur et docerentur, concessit tandem misericors Deus Scripturas, ut vel per illas divinæ voluntatis essent memores. Ita et Christus apostolis coram in sua persona locutus est, et Spiritus sancti gratiam misit eis magistram (*a*). Verum, quoniam hæreses pullulaturæ erant, et mores nostri corrumpendi (*b*),

(*a*) In Edit. Lutetiana, *gratiam misit doctoris.*

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Οἱ μὲν πρὸ τοῦ νόμου ἐκεῖνοι θεῖοι ἄνδρες, οὐ διὰ γραμμάτων καὶ βιβλίων ἐδιδάσκοντο· ἀλλὰ καθαρὰν ἔχοντες τὴν διάνοιαν, τῇ τοῦ παναγίου Πνεύματος ἐφωτίζοντο ἐλλάμψει· καὶ οὕτω τὰ τοῦ Θεοῦ ἐγίνωσκον θελήματα, αὐτοῦ ἐκείνου ὁμιλοῦντος αὐτοῖς στόμα κατὰ στόμα· τοιοῦτος ἦν ὁ Νῶε, ὁ Ἀβραάμ, ὁ Ἰὼβ, ὁ Μωϋσῆς. Ἐπεὶ δὲ ἠσθένησαν οἱ ἄνθρωποι, καὶ ἀνάξιοι ἦσαν φωτίζεσθαι καὶ διδάσκεσθαι ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, δέδωκεν ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς τὰς Γραφάς, ἵνα κἂν διὰ τούτων ὑπομιμνήσκωνται τῶν τοῦ Θεοῦ θελημάτων· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς, τοῖς μὲν ἀποστόλοις αὐτοπροσώπως ὡμίλησε, καὶ τὴν τοῦ Πνεύματος χάριν διδάσκαλον αὐτοῖς ἐπεμψεν. Ἐπεὶ δὲ μετὰ ταῦτα ἔμελλον αἱρέσεις ἀναβλαστήσαι,

(*b*) Ibid. *quæ mores nostros depascerentur.*

Digitized by Google

καὶ τὰ ἤθη ἡμῶν διαφθαρῆναι εὐδόκησε γραφῆναι τὰ Εὐαγγέλια, ἵνα ἐκ τούτων διδασκόμενοι τὴν ἀλήθειαν, μὴ παρασυρῶμεν ὑπὸ τοῦ ψεύδους τῶν αἱρέσεων, μηδὲ παντελῶς διαφθαρῶσι τὰ ἤθη ἡμῶν. Τέσσαρα δὲ δέδωκεν ἡμῖν Εὐαγγέλια, τυχὸν, διότι τὰς καθολικὰς τέσσαρας ἀρετὰς ἐκ τούτων μανθάνομεν, τὴν ἀνδρείαν, τὴν φρόνησιν, τὴν δικαιοσύνην, καὶ τὴν σωφροσύνην. Τὴν μὲν ἀνδρείαν, ὅταν λέγῃ ὁ Κύριος· « Μὴ φοβεῖσθε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι. » Τὴν δὲ φρόνησιν, ὅταν παραινῇ· « Γίνεσθε φρόνιμοι, ὡς οἱ ὄφεις. » Τὴν δὲ δικαιοσύνην, ὅταν διδάσκῃ· » Καθὼς θέλετε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς ὁμοίως. » Τὴν δὲ σωφροσύνην, ὅταν ἀποφαίνηται· « Ὁ ἐμβλέψας γυναικὶ πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. » Καὶ ἄλλως δὲ· Τέσσαρά εἰσιν Εὐαγγέλια, διότι στύλοι εἰσὶ ταῦτα τοῦ κόσμου. Τοῦ δὲ κόσμου τέσσαρα μέρη ἔχοντος, Ἀνατολὴν, Δύσιν, Ἄρκτον καὶ Μεσημβρίαν, ἔπρεπεν εἶναι καὶ τοὺς στύλους τέσσαρας. Καὶ ἄλλως δέ· Τέσσαρά εἰσιν Εὐαγγέλια, διότι καὶ τέσσαρα ταῦτα περιέχει· ἤγουν δόγματα, ἐντολάς, ἀπειλὰς, καὶ ἐπαγγελίας· καὶ τοῖς μὲν πιστεύσασι τοῖς δόγμασι, καὶ τὰς ἐντολὰς τηρήσασι, τὰ μέλλοντα ἀγαθὰ ἐπαγγέλλονται· τοῖς δὲ μὴ πιστεύσασι τοῖς δόγμασιν, ἢ τὰς ἐντολὰς μὴ φυλάξασιν, αἱ μέλλουσαι ἀπειλοῦνται κολάσεις. Εὐαγγέλιον δὲ λέγεται, διότι ἀγγέλλει ἡμῖν πράγματα εὖ καὶ καλῶς ἔχοντα, τουτέστιν ἀγαθὰ, ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, δικαίωσιν, ἄνοδον εἰς οὐρανοὺς, υἱοθεσίαν Θεοῦ. Ἀγγέλλει δὲ καὶ ὅτι εὐκόλως ταῦτα λαμβάνομεν. Μὴ γὰρ ἐκοπιάσαμεν ἡμεῖς ἐπὶ τῇ κτήσει τούτων τῶν ἀγαθῶν, ἢ ἐξ ἰδίων κατορθωμάτων ταῦτα ἐλάβομεν, ἀλλὰ χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ Θεοῦ, τηλικούτων ἀγαθῶν ἠξιώθημεν.

A operæ pretium visum est, 2 ut scriberentur et Evangelia, quo discentes ex illis veritatem, non hæreseon mendaciis deciperemur, moresque nostri non prorsus pessundarentur. Quatuor autem Evangelia nobis dedit, fortassis ideo, quia quatuor virtutes universales ex eis discimus, fortitudinem, prudentiam, justitiam et temperantiam. Fortitudinem quidem, cum dicit Dominus : « Ne timueritis eos qui occidunt corpus, animam autem occidere non possunt[1] : » prudentiam vero, quando admonet : « Estote prudentes, ut serpentes[2] : » justitiam autem, quando docet : « Sicut vultis ut faciant vobis homines, ita et vos facite eis[3] : » temperantiam quoque, quando affirmat : « Omnis qui aspexerit mulierem, ut concupiscat eam, jam mœchatus B est eam in corde suo[4]. » Alio quoque modo. Quatuor sunt Evangelia, quia ipsa sunt columnæ mundi. Cum autem mundus quatuor partes habeat. Orientem, Occidentem, Septentrionem, et Meridiem (a), decebat et columnas quatuor esse. Alio denique modo. Quatuor sunt Evangelia, quoniam et hæc quatuor continent : videlicet, doctrinam, mandata, minas, et promissiones ; et iis quidem qui doctrinæ fidem adhibuerint, quique mandata servaverint, futura bona promittuntur : iis vero qui doctrinæ non crediderint, nec mandata servaverint, futura intentantur supplicia. At vero Evangelium dicitur, eo quod nuntiet nobis res prosperas, et bene se habentes, hoc est bona : nempe remissionem peccatorum, justitiam, reditum in cœlos, adoptionem in filios Dei. Nuntiat autem, quod facile et gratis hæc C accepimus, neque nostro labore assecuti simus hæc bona, neque ea ex nostris acceperimus bonis operibus, sed gratia et misericordia Dei talia bona consecuti simus.

Κατὰ Ματθαῖον. Τέσσαρες μέν εἰσιν οἱ εὐαγγελισταί· τούτων δὲ οἱ μὲν δύο, Ματθαῖος καὶ Ἰωάννης, ἦσαν ἐκ τοῦ χοροῦ τῶν δώδεκα. Οἱ δὲ δύο, Μάρκος φημὶ καὶ Λουκᾶς, ἐκ τῶν ἑβδομήκοντα. Ἦν δὲ ὁ μὲν Μάρκος ἀκόλουθος καὶ μαθητὴς Πέτρου· ὁ δὲ Λουκᾶς, Παύλου. Ὁ τοίνυν Ματθαῖος, πρῶτος πάντων ἔγραψε τὸ Εὐαγγέλιον Ἑβραΐδι φωνῇ, πρὸς τοὺς ἐξ Ἑβραίων πιστεύσαντας, μετὰ ὀκτὼ ἔτη τῆς τοῦ Χριστοῦ ἀναλήψεως· μετέφρασε καὶ τοῦτο Ἰωάννης ἀπὸ τῆς Ἑβραΐδος γλώττης εἰς τὴν Ἑλληνίδα, ὡς D λέγουσι. Μάρκος δὲ, μετὰ δέκα ἔτη τῆς ἀναλήψεως ἔγραψε, παρὰ τοῦ Πέτρου διδαχθείς. Λουκᾶς δὲ, μετὰ πεντεκαίδεκα. Ἰωάννης δὲ ὁ θεολογικώτατος, μετὰ τριάκοντα δύο· λέγουσι γὰρ ὅτι μετὰ τὸν θάνατον ἐκείνων ἐπιζήσαντι αὐτῷ, προσηνέχθη τὰ τρία Εὐαγγέλια, ἵνα ἴδῃ αὐτὰ καὶ κρίνῃ, εἰ ἀληθῶς συνεγράφησαν· ὁ δὲ Ἰωάννης ἰδὼν αὐτὰ, καὶ τῆς ἀληθείας χάριν ὑπεραποδεξάμενος, ὅσα ἐκεῖνοι παρέλειψιν, αὐτὸς ἀνεπλήρωσεν. Ὅσα τε συντόμως εἶπον

Secundum Matthæum. Quatuor sunt evangelistæ, quorum duo, Matthæus et Joannes, ex numero et choro duodecim sunt : alii vero duo, Marcus et Lucas, ex septuaginta. Erat autem Marcus discipulus et comes Petri, Lucas vero Pauli. Igitur Matthæus omnium primus scripsit Evangelium Hebraico idiomate ad eos qui ex Hebræis crediderant, octo annis post assumptum in cœlos Christum. Porro Joannes hoc ex Hebraica lingua in Græcam, ut ferunt, interpretatus est. At Marcus post decem annos assumpti Christi, ex ore Petri edoctus, scripsit : Lucas autem post XV annos. Denique Joannes Theologus post triginta duos annos. Referunt enim, quod illi post mortem illorum superstiti allata fuerint tria Evangelia, ut videret ea atque judicaret, num illa vere conscripta fuissent. Joannes autem, cum hæc vidisset, ut erat ampliorem veritatis gratiam sortitus, adimplevit quæcumque ab aliis prætermissa fuerant, et quæ succinctius alii dixerant, ipse fusius

[1] Matth. x, 28. [2] Ibid. 16. [3] Matth. vii, 12. [4] Matth. v, 28.

(a) Edit. Lat. *Quia totidem sunt mundi partes, et columnæ, mundi autem quatuor plagas habentis, quatuor quoque esse columnas decebat, nimirum Orientem, Occidentem, Septentrionem et Meridiem.*

Digitized by Google

in suo Evangelio tradidit. Quocirca a sublimi theologia initium fecit; siquidem enim alii nullam fecerant mentionem quod Verbum Dei exstiterit ante sæcula, ipse hac de re divine prodidit, ut ne putetur Verbum Dei purus homo, hoc est, absque deitate esse. Matthæus enim de sola substantia Christi in carne disserens ad Hebræos scribebat, quibus sufficiebat discere quod ex Abraham et David natus esset Christus. Nam qui ex Hebræis crediderit, contentus est, si certior fiat ex Abraham et David natum esset Christum. Atenim, numquid sufficiebat unus evangelista? Audi, sufficiebat quidem, sed ut uberius veritas monstraretur, quatuor conscribere permissi sunt. Nam cum videris hos quatuor, qui non in unum locum convenerunt, neque consederunt simul, aliis et aliis in locis vitam egisse, et de eisdem rebus quasi ex uno ore scripsisse, non admiraberis Evangelii veritatem, sed fateberis, quod ex Spiritu sancto locuti fuerint. Et ne mihi dicas quod non consonent in omnibus. Vide enim, in quibus dissonent: num ille dixit, Natus est Christus, alius autem dicit, non? Aut alius quidem quod resurrexerit, alius vero, non? Absit. Concordes enim sunt in his quæ magis necessaria et præcipua. Igitur si in præcipuis non sunt divisi, quid miraris, si in minimis videantur variare? nam hac de causa quod non in omnibus consonant, magis vera loquuntur: alioqui suspecti haberi potuissent, quod non inter se consedissent, et habito consilio mutuo scripsissent: nunc autem cum quod prætermisit hic, scripsit ille, hæc sola est causa quare in quibusdam variare videantur. Et hæc quidem sic se habent. Nos autem seriem contextus aggrediamur.

ἐκεῖνοι, αὐτὸς ἐπλάτυνεν ἐν τῷ ἰδίῳ Εὐαγγελίῳ. Διὸ καὶ ἀπὸ θεολογίας ἤρξατο. Ἐπεὶ γὰρ οἱ ἄλλοι οὐκ ἐμνήσθησαν τῆς πρὸ αἰώνων ὑπάρξεως τοῦ Θεοῦ Λόγου, αὐτὸς ἐθεολόγησε περὶ ταύτης, ἵνα μὴ νομισθείη ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ψιλὸς ἄνθρωπος εἶναι, τουτέστι δίχα θεότητος. Ματθαῖος γὰρ περὶ τῆς κατὰ σάρκα μόνης ὑπάρξεως τοῦ Χριστοῦ διαλέγεται· πρὸς γὰρ Ἑβραίους ἔγραφεν, οἷς ἀρκετὸν ἦν τὸ μαθεῖν ὅτι ἀπὸ Ἀβραὰμ καὶ Δαυὶδ ἐγεννήθη ὁ Χριστός. Ἀναπαύεται γὰρ ὁ ἐξ Ἑβραίων πιστεύσας, ὅταν πληροφορηθῇ ὅτι ἀπὸ Δαυὶδ ἐστιν ὁ Χριστός· ἀλλὰ λέγεις μοι, ὅτι, οὐκ ἤρκει εἷς εὐαγγελιστής; Ἄκουε τοίνυν, ὅτι ἤρκει μὲν, ἀλλ' ἵνα δειχθῇ μᾶλλον ἡ ἀλήθεια, διὰ τοῦτο τέσσαρες συνεχωρήθησαν γράψαι. Ὅταν γὰρ ἴδῃς τούτους τοὺς τέσσαρας, μὴ συνελθόντας, μηδὲ συγκαθίσαντας ἀλλήλοις, ἀλλ' ἄλλον ἀλλαχοῦ ὄντα, εἶτα γράψαντας περὶ τῶν αὐτῶν ὥσπερ ἀφ' ἑνὸς στόματος, οὐκ ἂν θαυμάσαις τὴν τοῦ Εὐαγγελίου ἀλήθειαν, καὶ εἴποις ὡς ἐκ Πνεύματος ἁγίου ἐλάλησαν; καὶ μή μοι λέγε ὅτι οὐχ ὁμοφωνοῦσιν ἐν πᾶσιν· ἴδε γὰρ ἐν τίσιν οὐχ ὁμοφωνοῦσιν. Ἆρα ὁ μὲν εἶπεν ὅτι ἐγεννήθη ὁ Χριστὸς, ὁ δὲ λέγει ὅτι οὔ; Ἢ ὁ μὲν, ὅτι ἀνέστη, ὁ δὲ, ὅτι οὔ; Μὴ γένοιτο. Ἐν γὰρ τοῖς ἀναγκαιοτέροις καὶ κυριωτέροις ὁμοφωνοῦσιν. Εἰ τοίνυν ἐν τοῖς κυριωτέροις οὐ διηνέχθησαν, τί θαυμάζεις; ἐὰν ἐν τοῖς ἐλαχίστοις δοκῶσι διαλλάττειν; Διὰ αὐτὸ γὰρ τοῦτο μᾶλλον ἀληθεύουσιν, ὅτι μὴ κατὰ πάντα ὡμοφώνησαν. Ἐνομίσθησαν γὰρ ἄν, ὅτι συγκαθίσαντες ἀλλήλοις καὶ συμβουλευσάμενοι ἔγραψαν· νῦν δὲ, ὃ παρέλειψεν οὗτος, ἔγραψεν ἐκεῖνος, καὶ διὰ τοῦτο δοκοῦσιν ἐν τισὶ διαλλάττειν· καὶ ταῦτα μὲν οὕτως. Ἀρξώμεθα δὲ ἤδη τοῦ ὕφους.

CAPUT I.

De genealogia Christi.

Vers. 1. « Liber generationis. » Quam ob causam non dixit, visio, vel sermo, sicut prophetæ qui suos libros sic inscripserunt? Visio quam vidit Isaias [a], et, Sermo qui factus est ad Isaiam. Quæris ut discas? Prophetæ loquebantur ad duros corde et inobedientes, et ideo dicebant, divina est visio, et sermo est ex Deo, ut timeret populus, et non contemneret dicta. Matthæus autem, sermonem habebat ad credulos, gratos et obedientes, et propterea nihil tale prædixit, quale prophetæ. Possem autem et aliud dicere, quod prophetæ mente videbant ea quæ videbant, Spiritu sancto apparitionem faciente, et propterea visiones vocabant. Matthæus autem non mentaliter, et per apparitionem Christum vidit, sed corporaliter cum eo fuit, et sensibiliter audiit eum, videns eum in carne: et idcirco non dicit, visio quam vidi, hoc est, apparitio, sed, « Liber generationis Jesu. » Nomen Jesu non est Græcum, sed Hebraicum, et interpretatur, Salvator. Jesua enim salus apud Hebræos dicitur. « Christi. » Christi dicebantur reges et sacerdotes. Inungebantur enim

ΚΕΦΑΛ. Α'.

Περὶ γενεαλογίας τοῦ Χριστοῦ.

« Βίβλος γενέσεως. » Τίνος ἕνεκεν οὐκ εἶπεν, ὅρασις ἢ λόγος, ὥσπερ οἱ προφῆται; Ἐκεῖνοι γὰρ οὕτω προέγραφον· ὅρασις ἣν εἶδεν Ἡσαΐας, καὶ ὁ λόγος ὁ γενόμενος πρὸς Ἡσαΐαν. Τίνος ἕνεκεν, ζητεῖς μαθεῖν; Διότι οἱ μὲν προφῆται πρὸς σκληροκαρδίους διελέγοντο καὶ ἀπειθεῖς, καὶ διὰ τοῦτο ἔλεγον, ὅτι ὅρασίς ἐστι θεία, καὶ ὅτι λόγος ἐστὶν ἐκ Θεοῦ· ἵνα φοβηθῇ ὁ λαὸς, καὶ μὴ καταφρονῶσι τῶν λεγομένων. Ὁ δὲ Ματθαῖος, πρὸς ἀνθρώπους εἶχε πιστεύσαντας, καὶ εὐγνώμονας καὶ εὐπειθεῖς. Καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲν τοιοῦτον προεῖπεν, οἷον οἱ προφῆται· ἔχω δὲ καὶ ἕτερόν τι εἰπεῖν, ὅτι οἱ μὲν προφῆται νοητῶς ἔβλεπον ἅπερ ἔβλεπον, φανταζόμενοι ταῦτα διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· διὸ καὶ ὁράσεις ταῦτα ἔλεγον· ὁ δὲ Ματθαῖος, οὐ νοητῶς εἶδε τὸν Χριστὸν, καὶ ἐφαντάσθη αὐτὸν, ἀλλ' αἰσθητῶς αὐτῷ συνῆν, καὶ αἰσθητῶς ἤκουεν αὐτοῦ, βλέπων αὐτὸν ἐν σαρκί. Διὰ τοῦτο τοίνυν οὐκ εἶπεν, ὅρασις ἣν εἶδον, ἤτοι φαντασία, ἀλλὰ, « Βίβλος γενέσεως » Ἰησοῦ. Τὸ Ἰησοῦς ὄνομα, οὐχ Ἑλληνικόν ἐστιν, ἀλλ' Ἑβραϊκόν· ἑρμηνεύεται δὲ, Σωτήρ. Ἰαὼ γὰρ ἡ σωτηρία παρὰ τοῖς Ἑβραίοις λέγε-

[a] Isa. v, 21.

Digitized by Google

ται. « Χριστοῦ · » Χριστοὶ ἐλέγοντο οἱ βασιλεῖς καὶ οἱ ἱερεῖς. Ἐχρίοντο γὰρ τῷ ἀγίῳ ἐλαίῳ τῷ ἀπὸ τοῦ κέρατος τοῦ ἐπιτιθεμένου τῇ κεφαλῇ ἀναβλύζοντι. Λέγεται οὖν ὁ Κύριος, Χριστὸς, καὶ ὡς βασιλεύς· ἐβασίλευσε γὰρ κατὰ τῆς ἁμαρτίας· καὶ ὡς ἱερεύς· προσήγαγε γὰρ ἑαυτὸν θῦμα ὑπὲρ ἡμῶν· ἐχρίσθη δὲ καὶ αὐτὸς κυρίως τῷ ἀληθινῷ ἐλαίῳ, τῷ ἁγίῳ Πνεύματι. Τίς γὰρ ἄλλος εἶχε τὸ πνεῦμα, ὡς ὁ Κύριος; Ἐν μὲν γὰρ τοῖς ἁγίοις, ἡ χάρις τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐνήργει· ἐν δὲ τῷ Χριστῷ, οὐκ ἐνήργει ἡ χάρις τοῦ Πνεύματος, ἀλλ' ὁ Χριστὸς σὺν τῷ Πνεύματι ὁμοουσίῳ ὄντι ἐνήργει τὰ θαύματα. « Υἱοῦ Δαυΐδ · » ἐπειδὴ εἶπεν Ἰησοῦ, ἵνα μὴ νομίσῃς ὅτι περὶ ἄλλου Ἰησοῦ λέγει, προσέθηκεν, υἱοῦ Δαυΐδ. Ἦν γὰρ καὶ ἕτερος Ἰησοῦς περιβόητος, ὁ μετὰ Μωσέα στρατηγήσας· ἀλλ' ἐκεῖνος, τοῦ Ναυῆ ἐλέγετο, καὶ οὐχὶ τοῦ Δαυΐδ · πρὸ γὰρ τοῦ Δαυΐδ ἦν πολλαῖς γενεαῖς, καὶ οὐδὲ ἐκ τῆς φυλῆς τοῦ Ἰούδα ἦν · ἀφ' ἧς κατήγετο ὁ Δαυΐδ, ἀλλ' ἀπὸ ἑτέρας. « Υἱοῦ Ἀβραάμ. » Τίνος ἕνεκεν προέταξε τὸν Δαυΐδ τοῦ Ἀβραάμ; Ὅτι παρὰ τοῖς Ἑβραίοις μᾶλλον ἐφημίζετο ὁ Δαυΐδ, καὶ ὡς νεώτερος ὢν τοῦ Ἀβραάμ, καὶ ὡς ἀπὸ τῆς βασιλείας ἐπιφανέστερος γενόμενος · ἐν γὰρ τοῖς βασιλεῦσιν, οὗτος πρῶτος εὐηρέστησε τῷ Θεῷ · καὶ ἐπαγγελίαν ἐδέξατο παρὰ Θεοῦ, ὅτι ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ ἀναστήσεται ὁ Χριστός. Ὅθεν καὶ πάντες τὸν Χριστὸν, υἱὸν Δαυΐδ ἔλεγον · καὶ γὰρ καὶ τύπον ἔσωζε τῷ ὄντι ὁ Δαυΐδ τοῦ Χριστοῦ. Ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνος, μετὰ τὸν Σαοὺλ τὸν ἀπόβλητον ἀπὸ Θεοῦ καὶ μισητὸν ἐβασίλευσεν, οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς, μετὰ τὸ στερηθῆναι τὸν Ἀδὰμ τῆς βασιλείας καὶ τῆς ἀρχῆς, ἧς εἶχε κατὰ πάντων καὶ τῶν ζώων καὶ τῶν δαιμόνων, ἦλθε σαρκωθείς · καὶ ἐβασίλευσεν ἡμῶν.

A oleo sancto a cornu quod superponebatur capiti et distillabat. Dicitur igitur dominus, Christus, et ut rex, quia contra peccatum regnavit : et ut sacerdos, obtulit enim semetipsum sacrificium pro nobis. Inunctus autem est et ipse oleo illo vero et præcipuo, nempe Spiritu sancto. Quis enim alius habuit spiritum, ut Dominus? In sanctis enim gratia Spiritus sancti efficax fuit, in Christo autem non operabatur gratia Spiritus, sed Christus cum Spiritu consubstantiali operabatur miracula. « Filii David. » Quia dixerat, Jesu, ideo ne putes quod de alio Jesu dicat, adjecit, filii David. Erat enim et alius Jesus celebris, qui post Moysen ducatum populi Israel suscepit et militavit, sed is filius Nave dicebatur, non David, fuitque ante David multis sæculis : nec fuit ex tribu B Juda, de qua descendit David, sed ex alia. « Filii Abrahæ. » Quare ipsum David Abrahæ præposuit? Quia apud Judæos celebrior erat David, et posterior fuit Abrahamo, regnoque clarior. Nam inter reges ipse primus Deo placuit, et promissionem accepit a Deo, quod ex semine ejus surrecturus esset Christus, eapropter omnes Christum filium David dicebant : Et servabat David verum typum Christi. Sicut enim ipse post Saul reprobatum a Deo et odibilem, regnavit, ita et Christus, postquam privatus est Adam regno et principatu, quod habebat in omnia animantia atque dæmonia, incarnatus venit, et regnavit super nos.

« Ἀβραὰμ ἐγέννησε τὸν Ἰσαάκ. » Ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ C ἄρχεται τῆς γενεαλογίας, διότι αὐτὸς ἦν πατὴρ τῶν Ἑβραίων, καὶ ὅτι αὐτὸς πρῶτος ἐδέξατο τὰς ἐπαγγελίας, ὅτι ἐν τῷ σπέρματι αὐτοῦ εὐλογηθήσεται πάντα τὰ ἔθνη. Πρεπόντως οὖν ἀπὸ τούτου γενεαλογεῖ τὸν Χριστόν· ὁ γὰρ Χριστός ἐστι τὸ σπέρμα τοῦ Ἀβραὰμ, ἐν ᾧ εὐλογήθημεν ἅπαντες οἱ ἐξ ἐθνῶν, οἱ πρώην κατάρατοι · Ἀβραὰμ δὲ ἑρμηνεύεται πατὴρ ἐθνῶν · Ἰσαὰκ δὲ, χαρὰ, γέλως · οὐ μνημονεύει δὲ ὁ εὐαγγελιστὴς τῶν νόθων παίδων τοῦ Ἀβραάμ · οἷον τοῦ Ἰσμαὴλ καὶ τῶν λοιπῶν, διότι οἱ Ἰουδαῖοι οὐκ ἀπὸ τούτων κατήγοντο, ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ Ἰσαάκ. « Ἰσαὰκ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰακώβ · Ἰακὼβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰούδαν καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ. « Ὁρᾷς ὅτι διὰ τοῦτο ἐμνήσθη τοῦ Ἰούδα καὶ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ, διότι ἀπ' αὐτῶν ἦσαν αἱ δώδεκα φυλαί. »

Vers. 2. « Abraham genuit Isaac. » Ab Abraham incipit genealogiam, eo quod ipse pater Hebræorum fuerit, et quod ipse primus acceperit promissiones : quoniam in semine ejus benedicendæ essent omnes gentes. Decenter autem ab hoc Christi generationem recenset. Christus enim est semen Abrahæ, in quo benedicti sumus omnes qui ex gentibus, quique prius eramus maledicti. Abraham autem interpretatur, pater gentium : Isaac vero risus, gaudium. Non meminit autem evangelista filiorum Abrahæ ex concubinis, utputa Ismaelis et aliorum, eo quod Judæi non ab illis descenderunt, sed ab Isaac. « Isaac autem genuit Jacob, Jacob autem genuit Judam et fratres ejus. » Vides quod propter hoc mentionem fecerit Judæ et fratrum D ejus, quod ab ipsis duodecim tribus descenderint?

« Ἰούδας δὲ ἐγέννησε τὸν Φαρὲς καὶ τὸν Ζαρὰ, ἐκ τῆς Θάμαρ. » Τὴν Θάμαρ ὁ Ἰούδας νύμφην ἴσχεν ἐπὶ Ἠρ, ἑνὶ τῶν παίδων αὐτοῦ. Τούτου δὲ ἀποθανόντος ἄπαιδος, συνέζευξε ταύτην τῷ Ὀνὰ, καὶ τούτῳ παιδὶ ὄντι αὐτοῦ · ἐκθεριεθέντος δὲ καὶ τούτου τῆς ζωῆς διὰ τὴν πονηρίαν αὐτοῦ, ὁ Ἰούδας οὐκ ἔτι αὐτὴν συνῆπτέ τινι· ἡ δὲ, ἐπιθυμοῦσα ἐκ τοῦ σπέρματος Ἀβραὰμ παιδοποιῆσαι, ἀπέθετο μὲν τὰ τῆς χηρείας· σχηματισαμένη δὲ ὡς πόρνη, ἐμίγη τῷ πενθερῷ αὐτῆς, καὶ συνέλαβεν ἐξ αὐτοῦ δύο παῖδας διδύμους · ἐν τῷ τίκτειν δὲ τούτους, προέβαλε τὴν χεῖρα ὁ πρῶτος τῶν παίδων ἀπὸ

Vers. 3. « Judas autem genuit Phares et Zaram de Thamar. » Thamarem Judas desponderat Her uni filiorum suorum : illo autem sine liberis mortuo, sociavit eam Annæ, qui et ipse filius ejus : exstincto 5 autem et hoc propter malitiam suam, Judas nulli amplius eam copulavit. At ipsa desiderans ex semine Abrahæ prolem edere, depositis vestibus viduitatis, vestem sumpsit scorti, et quasi scortum esset, rem habuit cum socero suo, concepitque ex eo duos pueros gemellos. Porro cum pareret, primus manum præmisit ex utero, quasi primum proditurus, et obstetrix coccineo funiculo protinus

Digitized by Google

extentam pueri manum signavit, quo dignosci posset ut primogenitus : sed puer manum statim contraxit intra uterum, et alius prior natus est, deinde ille qui manum præmiserat. Vocatus est igitur qui prior natus fuerat, Phares, quod est, Dissectio : dissecuit enim naturalem ordinem. Qui autem contraxit manum, Zara dicturus est. Significat autem hæc historia sacramentum quoddam. Nam sicut Zara ostendit quidem primum manum et retraxit : ita in sanctis qui erant ante legem et circumcisionem, apparuit vita Christiana. Omnes enim non ex observationibus et mandatis legis justificati fuerunt, sed quia Evangelicam vitam vixerunt. Et observa quomodo Abraham patrem et domum propter Deum reliquerit, et naturam abnegaverit. Considera Job, Melchisedech. Ubi autem lex venit, contracta est talis vita. Quemadmodum autem illic nato Phares, posterior iterum exiit Zara : ita lege data, iterum apparuit vita Evangelica, quæ coccineo funiculo, nempe sanguine Christi signata fuit. Propterea et Evangelista mentionem fecit duorum, quasi declarans nativitatem illorum sacramentis plenam. Et aliter dicere potes, mentionem facit Thamar, tametsi non laudanda videatur, eo quod dormiverit cum socero : ut ostendat, quod Christus cum susceperit omnia propter nos : et hoc suscepit, ut tales habeat progenitores : imo ut per hoc ipsum quod ex eis natus est eos sanctificaret : non enim venit vocare justos, sed peccatores.

A τῆς μήτρας, ὡς δῆθεν πρῶτος τεχθησόμενος· καὶ ἡ μαῖα κοκκίνῳ σπαρτίῳ ἐσφράγισε συντόμως τὴν ἐξελθοῦσαν τοῦ παιδὸς χεῖρα, ὡς ἂν γνωρίζηται ὁ πρῶτος τεχθείς· ἀλλὰ συνέστειλε τὴν χεῖρα ὁ παῖς ἔσω τῆς μήτρας, καὶ ἐτέχθη πρότερον ὁ ἕτερος παῖς, εἶθ' οὕτως ἐκεῖνος ὁ τὴν χεῖρα προβαλόμενος· ἐκλήθη οὖν ὁ μὲν πρότερον τεχθείς, Φαρὲς, ὅ ἐστι διακοπή· διέκοψε γὰρ τὴν φυσικὴν τάξιν· ὁ δὲ συστείλας τὴν χεῖρα, Ζαρά· σημαίνει δὲ αὕτη ἡ ἱστορία μυστήριόν τι· ὥσπερ γὰρ ὁ Ζαρὰ ἔδειξε μὲν πρῶτον τὴν χεῖρα, συνεστάλη δὲ πάλιν, οὕτω καὶ ἡ κατὰ Χριστὸν πολιτεία, ἐφάνη μὲν ἐν τοῖς πρὸ τοῦ νόμου καὶ τῆς περιτομῆς ἁγίοις· πάντες γὰρ οὗτοι, οὐκ ἐκ τῶν τοῦ νόμου παρατηρημάτων καὶ ἐντολῶν ἐδικαιώθησαν, ἀλλ' ἐκ τοῦ κατὰ τὴν B εὐαγγελικὴν πολιτείαν ζῆσαι· καὶ σκόπει τὸν Ἀβραὰμ, τὸν ἀφέντα πατέρα καὶ οἰκίαν ἕνεκεν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀπαρνησάμενον καὶ τὴν φύσιν· σκόπει τὸν Ἰὼβ, τὸν Μελχισεδέκ· τοῦ νόμου δὲ ἐλθόντος, συνεστάλη ἡ τοιαύτη πολιτεία· ὥσπερ δὲ ἐκεῖ τοῦ Φαρὲς γεννηθέντος, ὕστερον πάλιν ἐξῆλθεν ὁ Ζαρὰ, οὕτω τοῦ νόμου δοθέντος, ὕστερον ἔλαμψεν ἡ εὐαγγελικὴ πολιτεία, ἡ τῷ κοκκίνῳ σπαρτίῳ, ἤτοι τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ σφραγισθεῖσα· διὰ τοῦτο γάρ τοι καὶ ὁ Εὐαγγελιστὴς ἐμνημόνευσε τῶν δύο τούτων παίδων, ὡς μυστηριώδη τινὰ δηλούσης τῆς γεννήσεως αὐτῶν· καὶ ἄλλως δὲ, μνημονεύει τῆς Θάμαρ, καίτοι οὐκ ἐπαινετῆς δοκούσης, διὰ τὸ μιγῆναι τῷ πενθερῷ, ἵνα δείξῃ ὅτι ὁ Χριστὸς πάντα δι' ἡμᾶς καταδεξάμενος, κατεδέξατο καὶ τοιούτους ἔχειν προγόνους. Μᾶλλον ἵνα καὶ δι' αὐτοῦ τούτου τοῦ ἀπ' αὐτῶν γεννηθῆναι, ἁγιάσῃ αὐτούς· οὐ γὰρ ἦλθε καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλούς.

Vers. 3-5. « Phares autem genuit Esrom, Esrom autem genuit Aram, Aram autem genuit Aminadab, Aminadab autem genuit Naason : Naason autem genuit Salmon, Salmon autem genuit Booz ex Rachab. » Rachab putant quidam Raab scortum, quæ exploratores Jesu Nave suscepit, servavitque eos, et servata est etiam ipsa. Mentionem autem fecit ejus, ut declararet quod sicut ipsa scortum fuit, ita et gentium congregatio. Fornicabantur enim in studiis suis, sed susceptis exploratoribus Jesu, apostolis inquam, ex gentibus omnes qui illorum credidérunt sermonibus, salvati sunt. « Booz autem genuit Obed ex Ruth. » Ruth hæc, alienigena fuit, conjuncta est tamen Booz : ita et Ecclesia ex gentibus, alienigena existens, et a testamentis extranea, oblita est populi sui, et cultus simulacrorum, & et D diaboli patris sui, cui juncta erat, et nupsit filio Dei.

C « Φαρὲς δὲ ἐγέννησε τὸν Ἐσρώμ· Ἐσρὼμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀράμ· Ἀρὰμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀμιναδάβ· Ἀμιναδὰβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ναασών· Ναασὼν δὲ ἐγέννησε τὸν Σαλμών· Σαλμὼν δὲ ἐγέννησε τὸν Βοὸζ ἐκ τῆς Ῥαχάβ. » Ῥαχὰβ νομίζουσί τινες εἶναι τὴν Ῥαὰβ ἐκείνην τὴν πόρνην, ἥτις τοὺς κατασκόπους ἐδέξατο τοῦ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ. Καὶ διέσωσεν αὐτούς, καὶ διεσώθη καὶ αὐτή· ἐμνήσθη δὲ ταύτης, ἵνα δηλώσῃ ὅτι ὥσπερ αὕτη πόρνη ἦν, οὕτω καὶ ἡ τῶν ἐθνῶν συναγωγή· ἐξεπόρνευσαν γὰρ ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν αὐτῶν. Ἀλλὰ δεξάμενοι τοὺς τοῦ Ἰησοῦ κατασκόπους, ἤτοι τοὺς ἀποστόλους, καὶ πεισθέντες τοῖς λόγοις ἐκείνων, ἐσώθησαν πάντες οἱ ἐξ ἐθνῶν. « Βοὸζ δὲ ἐγέννησε τὸν Ὠβὴδ ἐκ τῆς Ῥούθ. » Ἡ Ῥοὺθ αὕτη ἀλλόφυλος ἦν, ἀλλ' ὅμως D συνεζύγη τῷ Βοόζ· οὕτω καὶ ἡ ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησία, ἀλλόφυλος οὖσα, καὶ ἔξω τῶν διαθηκῶν, ἐπελάθετο τοῦ λαοῦ αὐτῆς, καὶ τῶν εἰδωλικῶν σεβασμάτων, καὶ τοῦ πατρὸς αὐτῆς τοῦ διαβόλου. Καὶ ἐλήφθη εἰς γάμον τῷ υἱῷ τοῦ Θεοῦ.

Vers. 5-6. « Obed autem genuit Jesse, Jesse autem genuit David regem, David autem rex genuit Solomonem ex ea quæ fuit Uriæ. » Hic quoque ejus quæ fuit Uriæ mentionem facit, ut doceat quod nemo debeat erubescere propter progenitores, sed dare magis operam virtute sua illos clariores efficere, et quod omnes accepti sint Deo, etiam e scorto nati, modo virtute sint præditi.

Ὠβὴδ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰεσσαί· Ἰεσσαὶ δὲ ἐγέννησε τὸν Δαυὶδ τὸν βασιλέα· Δαυὶδ δὲ ὁ βασιλεὺς ἐγέννησε τὸν Σολομῶντα ἐκ τῆς τοῦ Οὐρίου. Καὶ πάλιν τῆς τοῦ Οὐρίου μνημονεύει, ἵνα ὑποδείξῃ ὅτι οὐ δεῖ ἐπαισχύνεσθαι τοὺς προπάτορας· ἀλλὰ μᾶλλον σπουδάζειν διὰ τῆς οἰκείας ἀρετῆς λαμπρύνειν κἀκείνους· καὶ ὅτι πάντες δεκτοί εἰσι τῷ Θεῷ, κἂν ἐκ πόρνης γεννηθῶσι, μόνον ἐὰν ἀρετὴν ἔχωσιν.

Digitized by Google

« Σολομῶν δὲ ἐγέννησε τὸν Ῥοβοάμ· Ῥοβοὰμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀβιά· Ἀβιὰ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀσά· Ἀσὰ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωσαφάτ· Ἰωσαφὰτ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωράμ· Ἰωρὰμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ὀζίαν· Ὀζίας δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωάθαμ· Ἰωάθαμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἄχαζ· Ἄχαζ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἐζεκίαν· Ἐζεκίας δὲ ἐγέννησε τὸν Μανασσῆν· Μανασσῆς δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀμών· Ἀμὼν δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωσίαν· Ἰωσίας δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰεχονίαν καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, ἐπὶ τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος. » Μετοικεσίαν Βαβυλῶνος λέγει, τὴν αἰχμαλωσίαν ἣν ὕστερον ὑπέστησαν, εἰς Βαβυλῶνα ἀπαχθέντες πάντες ὁμοῦ. Καὶ ἄλλοτε μὲν γὰρ ἐστράτευσαν οἱ Βαβυλώνιοι, ἀλλὰ μετριώτερον αὐτοὺς ἐκάκωσαν· τότε δὲ τελέως αὐτοὺς μετώκισαν ἀπὸ τῆς πατρίδος. A

« Μετὰ δὲ τὴν μετοικεσίαν Βαβυλῶνος, Ἰεχονίας ἐγέννησε τὸν Σαλαθιήλ· Σαλαθιὴλ δὲ ἐγέννησε τὸν Ζοροβάβελ· Ζοροβάβελ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀβιούδ· Ἀβιοὺδ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἐλιακείμ· Ἐλιακεὶμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἄζώρ· Ἄζὼρ δὲ ἐγέννησε τὸν Σαδώκ· Σαδὼκ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀχείμ· Ἀχεὶμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἐλιούδ· Ἐλιοὺδ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἐλεάζαρ· Ἐλεάζαρ δὲ ἐγέννησε τὸν Ματθάν· Ματθὰν δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰακώβ· Ἰακὼβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωσὴφ τὸν ἄνδρα Μαρίας, ἐξ ἧς ἐγεννήθη Ἰησοῦς ὁ λεγόμενος Χριστός. » Τίνος ἕνεκεν γενεαλογεῖ τὸν Ἰωσήφ, καὶ οὐ τὴν Θεοτόκον; Τίς γὰρ μετουσία τῷ Ἰωσὴφ πρὸς τὸν ἄσπορον ἐκεῖνον τόκον; Μὴ γὰρ ἀληθῶς πατὴρ ἦν τοῦ Χριστοῦ ὁ Ἰωσήφ, ἵνα ἀπὸ τοῦ Ἰωσὴφ γενεαλογῇ τὸν Χριστόν· ἄκουε τοίνυν, ὅτι ἀληθῶς οὐδεμίαν μετουσίαν ἔχει ὁ Ἰωσὴφ πρὸς τὴν γέννησιν τοῦ Χριστοῦ· Καὶ ἔδει διὰ τοῦτο τὴν Θεοτόκον γενεαλογηθῆναι· ἀλλ' ἐπειδὴ νόμος ἦν μὴ γενεαλογεῖσθαι γυναῖκας, διὰ τοῦτο οὐκ ἐγενεαλόγησε τὴν Παρθένον· πλὴν, τὸν Ἰωσὴφ γενεαλογήσας, καὶ ταύτην ἐγενεαλόγησεν. Ἦν γὰρ νόμος μὴ ἀπὸ ἑτέρας φυλῆς λαμβάνειν γυναῖκας, μηδὲ ἀπὸ ἑτέρας πατριᾶς, ἤτοι συγγενείας, ἀλλ' ἀπὸ τῆς αὐτῆς καὶ φυλῆς καὶ πατριᾶς· ὥστε ἐπεὶ τοιοῦτος ἦν νόμος, πρόδηλον ὅτι καὶ ὁ Ἰωσὴφ γενεαλογούμενος, συνεισάγει τὴν γενεαλογίαν τῆς Θεοτόκου· πάντως γὰρ ἐκ τῆς αὐτῆς φυλῆς ἦν ἡ Θεοτόκος καὶ τῆς αὐτῆς πατριᾶς. Εἰ γὰρ μὴ ἦν, πῶς ἂν ἐμνηστεύθη αὐτῷ; Ὥστε ὁ εὐαγγελιστὴς ἐφύλαξε καὶ τὸν νόμον τὸν κελεύοντα μὴ γενεαλογεῖσθαι γυναῖκας, καὶ οὐδὲν ἧττον ἐγενεαλόγησε τὴν Θεοτόκον, τὸν Ἰωσὴφ γενεαλογήσας· ἄνδρα δὲ Μαρίας ὠνόμασεν αὐτὸν, κατὰ τὴν κοινὴν συνήθειαν· καὶ γὰρ τὸν μνηστῆρα, ἔχομεν ἔθος ἄνδρα λέγειν τῆς μνηστευθείσης, κἂν μήπω γάμος προέβη. B

« Πᾶσαι οὖν αἱ γενεαὶ ἀπὸ Ἀβραὰμ ἕως Δαυὶδ, γενεαὶ δεκατέσσαρες· καὶ ἀπὸ Δαυὶδ, ἕως τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος, γενεαὶ δεκατέσσαρες· καὶ ἀπὸ τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος ἕως τοῦ Χριστοῦ, γενεαὶ δεκατέσσαρες. » Εἰς τρεῖς καταστάσεις διεῖλε τὰς γενεὰς, ἵνα δείξῃ τοὺς Ἰουδαίους ὅτι καὶ ὑπὸ κριτῶν ἀρχόμενοι, ὡς, οἱ ἄχρι τοῦ Δαυὶδ. Καὶ ὑπὸ

VERS. 7-11. « Solomon autem genuit Roboam, Roboam autem genuit Abia, Abia autem genuit Asa, Asa autem genuit Josaphat, Josaphat autem genuit Joram, Joram autem genuit Oziam, Ozias autem genuit Joathan, Joathan autem genuit Achaz, Achaz autem genuit Ezechiam, Ezechias autem genuit Manassen, Manasses autem genuit Amon, Amon autem genuit Josiam, Josias autem genuit Jechoniam et fratres ejus in transmigratione Babylonis. » Migrationem in Babylonem, vocat captivitatem quam postea omnes tulere, abducti simul omnes in Babylonem. Et alias quoque belligerati sunt Babylonii, sed mediocriter eos afflixerunt : tunc autem penitus ipsos a patria sua migrare fecerunt.

VERS. 12-16. « At post transmigrationem Babylonis, Jechonias genuit Salathiel, Salathiel autem genuit Zorobabel, Zorobabel autem genuit Abiud, Abiud autem genuit Eliachim, Eliachim autem genuit Azor, Azor autem genuit Sadoc, Sadoc autem, genuit Achin, Achin autem genuit Eliud, Eliud autem genuit Eleazar, Eleazar autem genuit Matthan, Matthan autem genuit Jacob, Jacob autem genuit Joseph virum Mariæ, ex qua natus est Jesus, qui vocatur Christus. » Quare genealogiam Josephi narrat et non Deiparæ? quæ enim communio Josephi et partus sine semine nati? neque enim vere erat pater Christi Joseph, ut a Joseph Christi genealogia censeatur. Audi igitur, quod vere nullam communionem habet Joseph cum nativitate Christi, sed oportebat eam propter genealogiam Matris Dei censeri. Verum quia lex erat, mulierum genealogiam non ponere [6], propterea Virginis genealogiam non posuit, sed posita genealogia Josephi, et hujus genealogiam posuit. Erat enim lex non ducendam uxorem ex aliena tribu, neque ex aliena familia in cognatione, sed, ex sua et cognatione et familia : atque adeo quia talis erat lex, manifestum quod et Josephi genealogia posita, genealogiam colligat Matris Dei. Nam ex eadem plane tribu et familia erat Mater Dei. Nam si non fuisset, quomodo fuisset ei desponsata? Atque ita observavit evangelista legem præcipientem non ponendam mulierum genealogiam, et nihilominus posita Josephi genealogia, 7 genealogiam Matris Dei posuit. Virum autem Mariæ nominavit eum, juxta communem consuetudinem. Etenim mos est sponsum adhuc procum agentem, virum dicere sponsæ, etiamsi nondum habitæ sint nuptiæ. C D

VERS. 17. « Omnes igitur generationes ab Abraham usque ad David, generationes quatuordecim : et a David usque ad migrationem in Babylonem, generationes quatuordecim : et a migratione in Babylonem usque ad Christum generationes quatuordecim. » In tres ordines distribuit generationes, ut monstraret quod Judæi sive a judicibus guberna-

[6] Num. XXXVI, 1.

Digitized by Google

rentur, ut qui usque ad David : sive a regibus, ut qui usque ad transmigrationem : sive a sacerdotibus, ut qui usque ad Christum : nihil tamen in virtutem profecerunt, et quod opus habuerint vero judice et rege ac sacerdote, qui est Christus. Nam postquam defecerunt reges, venit Christus secundum prophetiam Jacob. Ubi autem sunt a demigratione Babylonica usque ad Christum generationes quatuordecim, cum tredecim tantum personæ reperiantur? Nam si in genealogia mulier recenseretur, possemus et Mariam connumerare, et complere numerum : nunc autem mulierem diximus ad genealogiam non pertinere, quomodo igitur solvitur hoc? Dicunt quidam quod et demigrationem posuerit ceu personæ ordinem occupantem.

A βασιλέων, ὡς οἱ ἄχρι τῆς μετοικεσίας. Καὶ ὑπὸ ἱερέων, ὡς οἱ ἄχρι τοῦ Χριστοῦ, ὅμως οὐδὲν πρὸς ἀρετὴν ὠφελήθησαν· καὶ ὅτι ἐδέοντο τοῦ ἀληθινοῦ καὶ κριτοῦ καὶ βασιλέως καὶ ἱερέως, ὅς ἐστιν ὁ Χριστός· ἐπιλειψάντων γὰρ τῶν ἀρχόντων, ἦλθεν ὁ Χριστὸς κατὰ τὴν τοῦ Ἰακὼβ προφητείαν· πῶς δέ εἰσιν ἀπὸ τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος ἕως τοῦ Χριστοῦ γενεαὶ δεκατέσσαρες, ὅπου δεκάτρία πρόσωπα εὑρίσκονται; Εἰ μὲν γὰρ ἐγενεαλογεῖτο γυνή, εἴχομεν ἂν συντάττειν καὶ τὴν Μαρίαν, καὶ συμποσοῦν τὸν ἀριθμόν· νῦν δὲ, οὐ γενεαλογεῖται γυνή· πῶς οὖν λύεται τοῦτο; Φασί τινες ὅτι καὶ τὴν μετοικεσίαν ὡς προσώπου τάξιν ἔχουσαν ἔθηκεν.

Vers. 18. « Jesu vero Christi nativitas erat hæc. Nam ut desponsata est mater ejus Maria Josepho. » Quare Deus permisit ut ipsa desponsaretur, et omnino suspicionem daret hominibus quasi cognosceret eam Joseph? ut haberet in adversis curatorem : nam hic in fuga in Ægyptum curam ejus habuit, et servavit eam. Est et alia causa, ut lateret diabolum : propterea desponsata est. Diabolus enim cum audisset quod Virgo in utero haberet, observabat Virginem : ut igitur deceptor decipiatur, desponsat Joseph semper Virginem Mariam : et figura quidem fit conjugii, non autem res ipsa. « Priusquam convenirent ipsi, inventa est in utero habens ex Spiritu sancto. » Convenire hic significat congressum. Priusquam enim congrederentur, concepit. Unde et evangelista obstupescit, et clamat : Inventa est, quasi de re quadam admirabili dicens.

B « Τοῦ δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡ γέννησις οὕτως ἦν. Μνηστευθείσης γὰρ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρίας, τῷ Ἰωσήφ. » Τίνος ἕνεκεν συνεχώρησεν ὁ Θεὸς μνηστευθῆναι ταύτην, καὶ ὅλως δοῦναι ὑπόνοιαν τοῖς ἀνθρώποις, ὅτι συνεγένετο αὐτῇ ὁ Ἰωσήφ; Ἵνα ἔχῃ τὸν κηδεμόνα ἐν ταῖς συμφοραῖς (1)· οὗτος γὰρ καὶ ἐν τῇ εἰς Αἴγυπτον φυγῇ ἐπεμελήθη αὐτῆς· Καὶ διέσωσεν αὐτήν. Ἅμα δὲ καὶ ἵνα λάθῃ τὸν διάβολον, διὰ τοῦτο ἐμνηστεύθη· ὁ γὰρ διάβολος ἀκούσας ὅτι ἡ Παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, ἐπετήρει τὴν Παρθένον· ἵνα τοίνυν ἀπατηθῇ ὁ ἀπατεών, μνηστεύεται τὴν ἀειπάρθενον ὁ Ἰωσήφ· καὶ σχῆμα μόνον γίνεται συζυγίας, πρᾶγμα δὲ οὔ. « Πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτοὺς, εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ Πνεύματος ἁγίου. » Τὸ συνελθεῖν ἐνταῦθα τὴν μίξιν δηλοῖ· πρὶν γὰρ μιγῆναι, συνέλαβεν· ὅθεν καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς ἐκπλήττεται, καὶ βοᾷ· Εὑρέθη, ὡς περὶ παραδόξου τινὸς λέγων.

Vers. 19. « Joseph autem vir ejus, cum esset justus, et nollet eam traducere, voluit clam dimittere eam. » Quomodo erat justus Joseph, cum lex præceperit adulteram traducere, hoc est, denuntiare et punire, ipse autem adumbraturus peccatum, et prævaricaturus legem, eam dimittere voluerit? Solvitur autem hoc, primum quidem, quod propter hoc ipsum justus erat, nolebat enim crudelis esse, sed præ multa benignitate, misericordia eam prosequebatur, ostendens se superiorem lege, et jam super legalia mandata viventem. Deinde quia et ipse cognovit de Spiritu sancto eam concepisse, propterea noluit traducere et affligere eam, quæ de Spiritu sancto, non ex adultero, conceperat. Vide enim quid dicat, quoniam « Inventa est in utero habens. » A quo inventa est? a Joseph; hoc est, innotuit quod ex Spiritu sancto concepit. Unde clam voluit eam dimittere, quasi non auderet habere uxorem. quæ tantam habebat gratiam.

Ἰωσὴφ δὲ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, δίκαιος ὤν, καὶ μὴ θέλων αὐτὴν παραδειγματίσαι, ἐβουλήθη λάθρᾳ ἀπολύσαι αὐτήν. » Πῶς ἦν δίκαιος ὁ Ἰωσήφ, ὅπου τοῦ νόμου κελεύοντος τὴν μοιχαλίδα παραδειγματίζεσθαι, τουτέστι, φανεροῦσθαι καὶ κολάζεσθαι, αὐτὸς ἔμελλε συσκιάσαι τὸ ἁμάρτημα, καὶ παραβῆναι τὸν νόμον; Λύεται δὲ τοῦτο, πρῶτον μὲν ὅτι δι' αὐτὸ τοῦτο δίκαιος ἦν. Οὐ γὰρ ἐβούλετο ἀπηνὴς εἶναι, ἀλλ' ἐφιλανθρωπεύετο ἀπὸ πολλῆς χρηστότητος, ἀνώτερον τοῦ νόμου ἑαυτὸν δεικνύων, καὶ ἤδη ὑπὲρ τὰ νομικὰ ἐντάλματα ζῶν. Ἔπειτα, ὅτι καὶ αὐτὸς ἔγνω ὡς ἀπὸ Πνεύματος ἁγίου συνέλαβε, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἠθέλησε τὴν ἀπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ οὐκ ἀπὸ μοιχοῦ, συλλαβοῦσαν παραδειγματίσαι καὶ κακῶσαι, ὅρα γὰρ τί φησιν· « Εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα. » Τίνι εὑρέθη; Τῷ Ἰωσὴφ, τουτέστι, διεγνώσθη ὅτι ἐκ Πνεύματος ἁγίου συνέλαβεν· ὅθεν ἠβουλήθη λάθρᾳ ἀπολῦσαι αὐτήν, ὡς οὐ τολμῶν ἔτι γυναῖκα ἔχειν, τὴν τοσούτου καταξιωθεῖσαν χαρίσματος.

Vers. 20. « Hæc autem ipso cogitante, ecce Angelus Domini in somno apparuit ei, dicens. » Cum angeretur justus, angelus ei astitit, docens eum quid faciendum esset. In somno autem ap-

« Ταῦτα δὲ αὐτοῦ ἐνθυμηθέντος, ἰδοὺ ἄγγελος Κυρίου κατ' ὄναρ ἐφάνη αὐτῷ, λέγων· » Ὅτε ἠπόρει ὁ δίκαιος, τότε ὁ ἄγγελος ἐπέστη, διδάσκων αὐτὸν τί ποιήσοι. Κατ' ὄναρ δὲ φαίνεται αὐτῷ, διότι

Ex collatione codd. Venet. S. Marci.

(1) Cod. 29 addit, καὶ τοῖς συμβαίνουσι πειρασμοῖς, « et superventuris tentationibus. »

Digitized by Google

σφόδρα πιστὸς ἦν τοῖς μὲν γὰρ ποιμέσι φανερῶς ἐμήνησεν ὁ ἄγγελος, ὡς ἀγροίκοις· τούτῳ δὲ, ὡς δικαίῳ καὶ πιστῷ, καθ' ὕπνου· πῶς δὲ οὐκ ἔμελλε πιστεῦσαι, ὅταν ὁ ἄγγελος ἐδίδασκεν αὐτὸν περὶ ὧν αὐτὸς κατὰ διάνοιαν εἶχε, καὶ περὶ ὧν οὐκ ἐξεῖπέ τινι; Ἐνθυμηθέντος γὰρ αὐτοῦ, ἀλλ' οὐκ ἐκλαλήσαντος, ἐφίσταται αὐτῷ ὁ ἄγγελος· εἰκότως οὖν ἐπίστευσεν ὅτι ἐκ Θεοῦ ἐστι· Θεοῦ γὰρ τὸ τὰ ἀπόρρητα εἰδέναι. « Ἰωσὴφ υἱὸς Δαυίδ. » Υἱὸν Δαυὶδ εἶπεν αὐτὸν, ἀναμιμνήσκων αὐτὸν, ὅτι ἐκ τοῦ σπέρματος Δαυὶδ προεφητεύετο ὁ Χριστὸς ἔσεσθαι· καὶ τοιαῦτα λέγων, ὅτι, μὴ ἀπίστει, ἐνθυμηθεὶς τοῦ Δαυὶδ, ὃς ἐπαγγελίαν ἐδέξατο περὶ τοῦ Χριστοῦ. « Μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν. » Δείκνυσιν ἐντεῦθεν, ὅτι ἐφοβεῖτο αὐτὴν ἔχειν, μή πως προσκρούσῃ τῷ Θεῷ, ὡς μοιχαλίδα ἔχων. Ἢ καὶ ἄλλως, μὴ φοβηθῇς, τουτέστι, σὺ μὲν φοβῇ προσάψασθαι αὐτῆς, ὡς ἐκ Πνεύματος ἁγίου συλλαβούσης· ἀλλὰ μὴ φοβοῦ παραλαβεῖν, τουτέστιν, ἔνδον κατέχειν· τῇ γὰρ διανοίᾳ καὶ τῇ ἐνθυμήσει ἤδη ἀπέλυσεν αὐτήν. « Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου. » Τοῦτο λέγει ὅτι, Σὺ μὲν ἴσως νομίζεις ὅτι μοιχαλίς ἐστιν. Ἐγὼ δὲ λέγω σοι ὅτι γυνή σού ἐστι. Τουτέστιν, οὐχ ὑπό τινος διεφθάρη, ἀλλὰ σή ἐστι μνηστή. « Τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν, ἐκ Πνεύματός ἐστιν ἁγίου. » Οὐ γὰρ μόνον ἀπήλλακται παρανόμου μίξεως, ἀλλὰ καὶ κατά τινα θειότερον τρόπον συνέλαβεν. Ὥστε καὶ χαῖρε διὰ τοῦτο μᾶλλον.

« Τέξεται δὲ υἱόν. » Ἵνα μή τις εἴποι, καὶ πόθεν σοι πιστεύσω, ὅτι ἐκ Πνεύματός ἐστι; Φησὶ περὶ τοῦ μέλλοντος, ὅτι τέξεται υἱόν. Εἰ γὰρ περὶ τούτου ἀληθεύσω, εὔδηλον ὅτι καὶ τὸ, ἐκ Πνεύματος ἁγίου, ἀληθές ἐστιν· οὐκ εἶπε δὲ, τέξεταί σοι, ἀλλ' ἁπλῶς, τέξεται· οὐ γὰρ ἐκείνῳ ἔτικτεν, ἀλλὰ τῇ οἰκουμένῃ πάσῃ· οὐδὲ εἰς ἐκεῖνον μόνον ἡ χάρις περιῆστατο, ἀλλ' εἰς πάντας ἐξεχεῖτο. « Καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ, Ἰησοῦν. » Σὺ καλέσεις, ὡς ὄφθεν πατὴρ, καὶ ὡς κηδεμὼν τῆς Παρθένου· μὴ γὰρ ὑπολάμβανε Ἰωσὴφ, ὅτι ἐπεὶ ἀπὸ Πνεύματός ἐστιν ἡ σύλληψις, ἀφήσεις τὴν Παρθένον ἀβοήθητον. Ἀλλ' ὑπουργήσεις ἐν ἅπασιν. « Αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν. » Ἐνταῦθα ἑρμηνεύει, τὸ Ἰησοῦς τί δηλοῖ, ὅτι Σωτήρ. Αὐτὸς γάρ, φησὶ, σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ· οὐ μόνον τὸν Ἰουδαϊκὸν, ἀλλὰ καὶ τὸν ἐθνικὸν, τὸν σπουδάσαντα πιστεῦσαι καὶ γενέσθαι λαὸν αὐτοῦ. Πόθεν δὲ σώσει; Ἆρα ἀπὸ πολεμίων; Οὐχὶ, ἀλλὰ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν· ὅθεν δῆλον ὅτι Θεός ἐστιν ὁ τεχθησόμενος, Θεοῦ γὰρ μόνου τὸ συγχωρεῖν ἁμαρτίας.

« Τοῦτο δὲ ὅλον γέγονεν, ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ Κυρίου διὰ τοῦ προφήτου, λέγοντος· » Μὴ νομίσῃ; ὅτι νεωστὶ ταῦτα ἔδοξε τῷ Θεῷ, ἀλλὰ ἄνωθεν· καὶ ἐξ ἀρχῆς. Οἶδας γὰρ, ὦ Ἰωσὴφ, τοὺς προφήτας, ὡς νομοµαθής. Καὶ ἐνθυμήθητι τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ Κυρίου· οὐκ εἶπε τὸ ῥηθὲν ὑπὸ Ἡσαΐου, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ Κυρίου. Οὐ γὰρ ἄνθρωπος ἐλάλησεν, ἀλλ' ὁ Θεὸς διὰ στόματος τοῦ ἀνθρώπου· ὥστε ἀξιόπιστος ὁ χρησμός.

« Ἰδοὺ ἡ Παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει. » Φασὶν οἱ

A paret ei, quod in fide multum esset firmus. Nam angelus quidem pastoribus, ut agrestibus, manifeste locutus est : huic autem ut justo et fideli, per somnum. Quomodo autem non crediturus esset, cum angelus doceret eum de iis quæ ipse animo versabat, et de iis quæ nulli dixerat? Nam cum ipse cogitaret et non loqueretur, astitit angelus. Merito igitur credidit ex Deo esse. Dei enim est scire quæ non effamur. « Joseph fili David. » Filium David eum dixit, in memoriam reducens quod prædictum erat, futurum Christum ex semine David. Et hæc dicens, admonuit ut non discrederet, sed cogitaret David, qui promissionem acceperat de Christo. « Ne timeas accipere. » Ostendit hic quod metuerit habere eam, ne forte offenderet Deum, uti adulteram fovens, aut B aliter. Ne timeas, hoc est, tu quidem times adjungi illi, quia ex Spiritu sancto concepit, sed ne timeas accipere, hoc est, domi et intus tenere. Cogitatione enim et mente jam amandaverat eam. « Mariam uxorem tuam, » Hoc dicit. Tu quidem fortasse putas adulteram esse : ego autem tibi dico, quod uxor tua sit : hoc est, quod a nullo vitiata, sed tua sit sponsa : « Quod enim in ea natum, ex Spiritu sancto est. » Non enim solum libera est ab illicito coitu, sed et diviniore quodam modo concepit, et propterea rectius gaudere debes.

C Vers. 21. « Pariet autem filium. » Ut ne quis dicat, et unde tibi credam quod ex Spiritu sancto est? dicit de futuro quod paritura sit Filium. Nam si de hoc verum dixero, manifestum est quod et hoc, quod ex Spiritu sancto, verum est. Non dixit autem, pariet tibi, sed simpliciter, pariet. Non enim peperit illi, sed toti orbi : neque illi soli gratia facta est, sed in omnes effusa est. « Et vocabis nomen ejus, Jesum. » Tu vocabis, utpote pater, et curam gerens Virginis, neque suspiceris Joseph quod quia a Spiritu est conceptio, Virginem ideo dimittere debeas adjutorio destitutam, sed ministrabis ei in omnibus. « Is enim salvabit populum suum a peccatis suis. » Hoc loco interpretatur quid significet Jesus, nempe Salvatorem. Ipse enim, inquit, 9 salvabit populum suum : non solum Judaicum, sed D et Gentilem, qui credere et fieri populus ejus non addubitaverit. Quomodo autem salvabit? num ab hostibus? minime, sed a peccatis suis : unde manifestum, Deum esse qui nascetur. Solius enim Dei est condonare peccata.

Vers. 22. « Hoc autem totum factum est, ut adimpleatur quod dictum est a Domino per prophetam, dicentem, » Ne putes, quod nuper hæc placere incœperint Deo, sed superioribus sæculis, et ab initio. Scis enim, o Joseph, prophetas : utpote in lege doctus. Et animadverte quod dictum est a Domino. Non autem dixit, dictum ab Isaia, sed a Domino. Non enim homo locutus est, sed Deus per os hominis : unde fide dignum oraculum est.

Vers. 23. « Ecce Virgo in utero habebit. » Dicunt

Digitized by Google

Hebræi, quod non habeatur in propheta, Virgo, sed adolescentula. Ad quod dicendum quod in Scriptura idem sit adolescentula et virgo. Adolescentulam enim nominat incorruptam, deinde, nisi peperisset Virgo : quomodo futurum erat signum et admirabile? Audi enim Isaiam dicentem : « Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum. » Et statim addit, « Ecce Virgo, » etc. Alioqui si non pareret Virgo, signum non esset. Depravant igitur Hebræi sua malitia Scripturam, et pro Virgine, adolescentulam ponunt. Igitur sive adolescentula vocetur, sive Virgo, omnino Virginem intelligere oportet eam quæ paritura esset, ut et hoc sit miraculum. « Et pariet filium, et vocabunt nomen ejus Emmanuel, quod interpretatur, Nobiscum Deus. » Dicunt Hebræi, Quomodo igitur non vocatus est Emmanuel, sed Jesus Christus? Dicendum itaque quod non dixit Vocabis, sed Vocabunt, id est, opera ejus demonstrabunt eum Deum esse, et nobiscum conversari. Divina enim Scriptura ex operibus imponit nomina, sicut cum dicit : Voca nomen ejus, Velociter prædare. Et ubi vocatus est quis tali nomine? Quia simul ut natus est Dominus, direptus et captivus adductus est error, sic dicitur nominatus esse appellationem ab opere nactus.

A Ἑβραῖοι, ὅτι οὐ κεῖται ἐν τῷ προφήτῃ, παρθένος, ἀλλὰ, νεᾶνις· πρὸς οὓς λεκτέον ὅτι τὸ νεᾶνις καὶ τὸ παρθένος ταυτόν ἐστι παρὰ τῇ Γραφῇ· νεάνιδα γὰρ ὀνομάζει τὴν ἀδιάφθορον· ἔπειτα, εἰ μὴ ἔτεκε παρθένος, πῶς ἔμελλεν εἶναι σημεῖον καὶ παράδοξον; Ἄκουε γὰρ τοῦ Ἡσαΐου λέγοντος· « Διὰ τοῦτο δώσει Κύριος αὐτὸς ὑμῖν σημεῖον· » καὶ εὐθὺς ἐπάγοντος· « Ἰδοὺ ἡ Παρθένος, » καὶ τὰ ἑξῆς· ὥστε εἰ μὴ ἔμελλε παρθένος τεκεῖν, οὐκ ἂν σημεῖον ἦν. Παραχαράττουσιν οὖν οἱ Ἑβραῖοι ἐθελοκακοῦντες, τὴν Γραφήν, καὶ ἀντὶ τοῦ παρθένος, νεᾶνις τιθέασιν· εἴτε δὲ νεᾶνις κεῖται, εἴτε παρθένος, πάντως παρθένον δεῖ νοηθῆναι τὴν μέλλουσαν τεκεῖν, ἵνα δὴ καὶ τεράστιον εἴη τοῦτο. « Καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ, ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός· Φασὶν οἱ Ἑβραῖοι· Πῶς οὖν οὐκ ἐκλήθη Ἐμμανουήλ, ἀλλὰ Ἰησοῦς Χριστός; Ῥητέον οὖν ὅτι, οὐκ εἶπε Καλέσεις, ἀλλὰ Καλέσουσι, τουτέστιν, αὐτὰ τὰ πράγματα δείξουσιν αὐτὸν Θεὸν ὄντα, καὶ μεθ' ἡμῶν ἀναστρεφόμενον· ἡ γὰρ θεία Γραφὴ ἀπὸ τῶν ἔργων τίθησι τὰ ὀνόματα, ὡς τὸ, Κάλεσον τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ταχέως σκύλευσον· καίτοι ποῦ ἐκλήθη τις τοιούτῳ ὀνόματι; Ἀλλ' ἐπειδὴ ἅμα τῷ γεννηθῆναι τὸν Κύριον, ἐσκυλεύθη καὶ ἠχμαλωτίσθη ἡ πλάνη, οὕτω λέγεται ὀνομασθῆναι ἀπὸ τοῦ πράγματος τὴν κλῆσιν εὑράμενος.

B

Vers. 24. « Excitatus autem Joseph a somno, fecit ut injunxerat sibi Angelus Domini. » Vide animum alacrem, quomodo statim obedierit. « Et accepit uxorem suam. » Continuo eam nominat uxorem Josephi, ejiciens malam suspicionem, et docens quod non alterius, sed illius fuerit uxor.

« Διεγερθεὶς δὲ ὁ Ἰωσὴφ ἀπὸ τοῦ ὕπνου, ἐποίησεν ὡς προσέταξεν αὐτῷ ὁ ἄγγελος Κυρίου. Ὅρα ψυχὴν διεγηγερμένην, πῶς ἐπείσθη ταχέως. « Καὶ παρέλαβε τὴν γυναῖκα αὐτοῦ. » Συνεχῶς δὲ ὀνομάζει αὐτὴν γυναῖκα τοῦ Ἰωσὴφ, ἐκβάλλων τὴν πονηρὰν ὑπόνοιαν, καὶ διδάσκων ὅτι οὐκ ἄλλου τινὸς ἐγένετο γυνὴ, ἀλλ' αὐτοῦ ἦν.

C

Vers. 25. « Et non cognovit eam, donec peperisset. » Hoc est, non habuit unquam rem cum ea. Hoc enim loco verbum, Donec, non hoc manifestat, quod non cognoverit eam usque ad partum, postea autem cognoverit, sed omnino nunquam eam cognoverit. Hoc enim habet Scripturæ proprietas. Sic cum dicit. « Non reversus 10 est corvus in aream, donec aresceret terra, » neque enim postea rediit. Sic et alio loco. « Vobiscum sum usque ad consummationem sæculi [1] ; » igitur post consummationem non erit vobiscum? Et quomodo? Tunc enim multo magis erit. Sic igitur et hoc loco, Donec peperisset, intelligas, hoc est, neque ante partum, neque post partum cognovit eam. Quomodo enim attigisset sanctam illam, postquam ineffabilem partum cognovisset? « Filium suum primogenitum. » Non quod alio quodam nato dicat eum primogenitum, sed simpliciter ut primum et solum natum. Christus enim et primogenitus est, ut primo natus, et unigenitus, ut non habens alium fratrem. « Et vocavit nomen ejus, Jesum. » Ostendit hoc loco obedientiam Joseph, quia quæcunque dixerat ei angelus, fecit.

Καὶ οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν ἕως οὗ ἔτεκεν· Τουτέστιν, οὐκ ἐμίγη αὐτῇ οὐδέποτε· τὸ γὰρ Ἕως, ἐνταῦθα οὐ τοῦτο ἐμφαίνει, ὅτι ἄχρι μὲν τοῦ τόκου οὐκ ἔγνω, μετὰ δὲ ταῦτα ἔγνω· ἀλλὰ καθάπαξ οὐδέποτε αὐτὴν ἔγνω. Ἰδίωμα δὲ ἔχει τοιοῦτον ἡ Γραφή· ὡς τὸ, « Οὐκ ἐπέστρεψεν ὁ κόραξ εἰς τὴν κιβωτὸν, ἕως οὗ ἐξηράνθη ἡ γῆ· οὔτε γὰρ μετὰ ταῦτα ὑπέστρεψε· καὶ πάλιν· « Μεθ' ὑμῶν εἰμι ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος· » Μετὰ δὲ τὴν συντέλειαν ἄρα οὐκ ἔσται; Καὶ πῶς; Τότε γὰρ μᾶλλον· οὕτως οὖν καὶ ἐνταῦθα τὸ, Ἕως οὗ ἔτεκε, νοήσεις, ἀντὶ τοῦ, οὔτε πρὸ τοῦ τόκου, οὔτε μετὰ τὸν τόκον ἔγνω αὐτήν. Πῶς γὰρ ἂν ἥψατο τῆς ἁγίας ἐκείνης, μεθ' ὃ μάλιστα ἔγνω τὸν ἄφραστον ἐκεῖνον τόκον; « Τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον. » Οὐχ ὡς δευτέρου τινὸς τεχθέντος λέγει τοῦτον πρωτότοκον, ἀλλ' ἁπλῶς, ὡς πρῶτον τεχθέντα καὶ μόνον. Ὁ γὰρ Χριστὸς, καὶ πρωτότοκός ἐστιν, ὡς πρῶτος τεχθεὶς· καὶ μονογενὴς, ὡς μὴ ἔχων δεύτερον ἀδελφόν. « Καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ, Ἰησοῦν. » Δείκνυσι κἀνταῦθα τὴν εὐπείθειαν τοῦ Ἰωσὴφ, ὅτι ὅσα εἶπεν αὐτῷ ὁ ἄγγελος, ἐποίησεν.

D

[1] Matth. xxviii, 20.

Digitized by Google

A

ΚΕΦΑΛ. Β'.

Περὶ τῶν Μάγων, καὶ τῶν ἀναιρεθέντων παίδων.

« Τοῦ δὲ Ἰησοῦ γεννηθέντος ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας. » Βηθλεὲμ ἑρμηνεύεται οἶκος ἄρτου. Ἰουδαία δὲ, ἐξομολόγησις. Γένοιτο γοῦν καὶ ἡμᾶς νῦν διὰ τῆς ἐξομολογήσεως, γενέσθαι οἶκον ἄρτου τοῦ πνευματικοῦ. « Ἐν ἡμέραις Ἡρώδου. » Μέμνηται τοῦ Ἡρώδου, ἵνα σὺ μάθῃς ὅτι ἐξέλιπον οἱ ἀπὸ τῆς Ἰούδα φυλῆς ἄρχοντες καὶ βασιλεῖς, καὶ ἀναγκαίως ἦλθεν ὁ Χριστός. Ὁ γὰρ Ἡρώδης οὐκ ἦν Ἰουδαῖος, ἀλλ' Ἰδουμαῖος, Ἀντιπάτρου υἱὸς, ἐκ γυναικὸς Ἀραβίσσης. Ἐκλιπόντων δὲ τῶν ἀρχόντων, ἡ προσδοκία τῶν ἐθνῶν ἦλθεν, ὡς Ἰακὼβ προεφήτευσεν. « Τοῦ βασιλέως. » Ἦν γὰρ καὶ ἕτερος Ἡρώδης, ὁ τετράρχης· διὰ τοῦτο τίθησι τὸ ἀξίωμα τοῦ βασιλέως· « Ἰδοὺ Μάγοι ἀπὸ Ἀνατολῶν παρεγένοντο εἰς Ἱεροσόλυμα. » Τίνος ἕνεκεν οἱ Μάγοι ἔρχονται; Πρὸς κατάκρισιν τῶν Ἰουδαίων. Εἰ γὰρ οἱ Μάγοι, ἄνθρωποι εἰδωλολάτραι, ἐπίστευσαν, ποία ἀπολογία λοιπὸν τοῖς Ἰουδαίοις; Ἅμα δὲ, καὶ ἵνα ἡ δόξα τοῦ Χριστοῦ πλέον ἐκλάμψῃ, μαρτυρούντων τῶν Μάγων, τῶν μάλιστα τοῖς δαίμοσιν ὑποκειμένων, καὶ ἐχθρῶν τοῦ Θεοῦ. « Ἀπὸ Ἀνατολῶν. » Καὶ τοῦτο πρὸς κατάκρισιν τῶν Ἑβραίων. Οἱ μὲν γὰρ ἀπὸ τοσούτου διαστήματος ἦλθον, οἱ δὲ Ἑβραῖοι αὐτοῦ ἔχοντες τὸν Χριστὸν, ἐδίωκον.

Λέγοντες, Ποῦ ἐστιν ὁ τεχθεὶς βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; » Λέγουσι τούτους τοὺς Μάγους, τοῦ Βαλαὰμ ἀπογόνους εἶναι τοῦ μάντεως· εὑρόντας δὲ τὸν ἐκείνου χρησμὸν, τὸ, Ἀνατελεῖ ἄστρον ἐξ Ἰακὼβ, νοῆσαι τὸ κατὰ Χριστὸν μυστήριον, καὶ διὰ τοῦτο ἐλθεῖν, θέλοντας ἰδεῖν τὸ τεχθέν. « Εἴδομεν γὰρ αὐτοῦ τὸν ἀστέρα ἐν τῇ Ἀνατολῇ. » Ὅταν ἀκούσῃς ἀστέρα, μὴ νομίσῃς τοιοῦτον εἶναι ἐκεῖνον, οἷους ὁρῶμεν, ἀλλὰ θείαν δύναμιν καὶ ἀγγελικὴν, εἰς τύπον ἀστέρος φαινομένην. Ἐπεὶ γὰρ οἱ Μάγοι ἀστρολόγοι ἦσαν, διὰ τοῦ συνήθους αὐτοῖς προσηγάγετο αὐτοὺς ὁ Κύριος, ὥσπερ καὶ τὸν Πέτρον, ἁλιέα ὄντα, ἀπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἰχθύων ὧν ἐσαγήνευσεν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ, ἐξέπληξεν. Ὅτι δὲ ἀγγελικὴ δύναμις ἦν ὁ ἀστὴρ, δῆλον ἀπὸ τοῦ καὶ ἐν ἡμέρᾳ ὑπερλάμπειν, καὶ ἀπὸ τοῦ κινεῖσθαι μὲν, κινουμένων τῶν Μάγων, ἱστασθαι δὲ, ἀνακυομένων· ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ βορείου μέρους, ὅ ἐστι τῆς Περσίδος, εἰς τὸ νότιον ἐκινεῖτο, ὅ ἐστι τῆς Ἱερουσαλήμ. Οὐδέποτε δὲ ἀστὴρ ἀπὸ τοῦ βορείου ἐπὶ τὸ νότιον κινεῖται. « Καὶ ἦλθομεν προσκυνῆσαι αὐτῷ. » Φαίνονται οὗτοι οἱ Μάγοι, μεγάλης ἀρετῆς ὄντες. Εἰ γὰρ ἐν τῇ ξένῃ χώρᾳ προσκυνεῖν ἤθελον, πῶς οὐκ ἂν ἐν τῇ Περσίδι ἐπαῤῥησιάσαντο καὶ ἐκήρυξαν;

« Ἀκούσας δὲ Ἡρώδης ὁ βασιλεὺς, ἐταράχθη, καὶ πᾶσα Ἱεροσόλυμα μετ' αὐτοῦ. » Ὁ μὲν Ἡρώδης ἐταράχθη, ὡς ἀλλόφυλος περὶ τῆς βασιλείας δεδοικώς· ἐγίνωσκε γὰρ ὅτι ἀνάξιος ἦν ταύτης· οἱ δὲ Ἰουδαῖοι, τίνος ἕνεκεν ταράττονται; ἔδει γὰρ αὐτοὺς μᾶλλον χαίρειν, ὅτι βασιλεὺς αὐτοῖς ἔσται, ὑπὸ τῶν

[a] Gen. XLIX, 3 seqq.

CAPUT II.

De Magis et occisione puerorum.

VERS. 1. « Cum autem natus esset Jesus in Bethleem Judæ. » Bethleem interpretatur domus panis; Judæa autem, confessio. Fiat igitur, ut nos nunc per confessionem fiamus domus panis spiritualis. « In diebus Herodis. » Meminit Herodis, ut tu discas quod defecerunt a tribu Juda reges et principes, et necessario venit Christus. Herodes enim non erat Judæus sed Idumæus, Antipatri filius ex uxore Arabe. Cum autem defecissent principes, exspectatio gentium venit, sicut Jacob prædixit[a]. « Regis. » Erat enim et alius Herodes Tetrarcha: et propterea ponit dignitatem regis. « Ecce Magi ab B Oriente venerunt Hierosolyma. » Quare Magi veniunt? In condemnationem Judæorum. Nam si Magi, homines cultui idolorum dediti, crediderunt, quam postea defensionem prætexent Judæi? Et alia causa est, ut gloria Christi magis effulgeret, testimonium perhibentibus Magis, qui maxime adversarii erant Deo, et obnoxii dæmonibus. « Ab Oriente. » Et hoc ad condemnationem Hebræorum pertinet. Illi enim per tantum spatium venerunt: Hebræi vero Christum, quem apud se habebant, persecuti sunt.

VERS. 2. « Dicentes, Ubi est, qui natus est Rex Judæorum? » Ferunt illos Magos fuisse ex Balaam conjectore progenitos. Nam ut invenerunt oraculum C illius, Orietur stella ex Jacob, intellexerunt mysterium Christi, et idcirco natum adire voluerunt. « Vidimus enim stellam ejus in Oriente. » Quando audis stellam, ne talem putes illam, quales videmus, sed divinam virtutem et angelicam in figura sideris apparentem. Nam quoniam astrologi Magi erant, propterea Dominus familiari ipsis signo eos adduxit, sicut et Petrum piscatorem a multitudine piscium, quos in nomine Christi ceperat, stupescere fecit. Quod autem angelica virtus fuerit stella, manifestum ex eo, quod et in die refulserit, et ad motum Magorum se moverit, et ad quietem eorum quieverit. Quin et a septentrionali parte, quæ est Persidis, ad meridiem, in qua est Hierusalem, movebatur. Nunquam autem stella a septentrione ad D meridiem vertitur. « Et venimus, ut adoremus eum. » Videntur hi Magi magna virtute præditi. Nam si in aliena regione adorare voluerunt, quomodo non in Perside ipsa magna libertate prædicaverunt?

VERS. 3. « Herodes autem rex ut audivit, turbatus est, et omnis Hierosolyma cum illo. » Herodes quidem turbatus est, ut alienigena, regno suo timens, sciebat enim quod illo indignus esset. Judæi autem quare turbantur? oportebat enim gaudere potius, quod regem ipsi habituri essent,

Digitized by Google

qui a Persicis regibus adoraretur, sed revera insipiens res est malitia.

VERS. 4. « Et congregatis omnibus pontificibus et scribis populi, interrogavit eos, ubi nascatur Christus. » Scribæ erant doctores populi, quales sunt quos nos dicimus grammaticos. Singulari autem Dei dispensatione interrogantur illi, ut confiteantur veritatem, et ex hoc condemnentur, quod illum crucifixerunt, quem prius confessi sunt.

VERS. 5. « At illi dixerunt ei, in Bethleem Judææ. Sic enim scriptum est per prophetam. » Per quem prophetam? Per Michæam. Ille enim dicit:

VERS. 4. « Et tu Bethleem terra Juda, nequaquam minima es in principibus Juda. » Contempta enim erat ut puto parva: nunc autem quia ex ea prodiit Christus, celebris est. Omnes enim ex finibus terræ veniunt, et sanctam hanc adorant Bethleem. » Ex te enim egressurus est dux. » Recte egressurus est, inquit, et non in te manebit. Non enim mansit Christus in Bethleem, sed ex ea postquam natus est exiit, et in Nazareth frequenter conversatus est. Dicunt autem Judæi quod hoc prædictum sit de Zorobabel; sed mentiuntur manifeste. Etenim Zorobabel non in Bethleem natus est, sed in Babylone. Vide enim nomen ejus, Zoro significat semen et nativitatem: Babel autem Babylona, hoc est, qui natus vel genitus est in Babylone. Sed et prophetia manifeste arguit eos, dicens: « Egressus ejus a principio, a diebus æternitatis [9]. » Cujus autem alterius egressus sunt ab initio, et a 12 diebus æternitatis quam Christi? qui duos egressus habuit, hoc est nativitates. Nam prima ejus nativitas, ab initio fuit a Patre, secunda autem fuit a diebus sæculi, principium sumens a Matre Dei, quæ in tempore fuit. Dicant igitur Judæi, num Zorobabel ab initio fuerit? sed non habent quod dicant: « Qui pascet populum meum Israel. » Pascet dixit, non tyrannidem exercebit, vel devorabit. Alii enim reges non pastores, sed lupi sunt: Christus autem pastor, sicut ipse dicit: « Ego sum pastor bonus [10]. » Populum Israel dicit, tam eos qui ex Judæis, quam qui ex Gentibus crediderunt; Israel enim interpretatur, videns Deum. Unde omnes Deum videntes, Israelitæ sunt, etiamsi ex Gentibus nati sint.

VERS. 7. « Tunc Herodes clam vocatis Magis. » Clanculo illos vocavit, propter Judæos. Suspicabatur enim quod Judæi fortassis puerum facturi essent magni, et curaturi ut servarent eum, utpote liberatorem suum, et propterea clam insidiatur. « Diligenter quæsivit ab eis tempus stellæ quæ apparuit. » Hoc est, accurate didicit. Stella enim antequam natus esset Dominus, apparuerat Magis, quoniam multum tempore in iter insumpturi erant, ideo multo ante apparuit stella, ut adorarent eum

[9] Mich. v, 2. [10] Joan. x, 11.

Περσικῶν βασιλέων προσκυνούμενος, ἀλλ' ὄντως ἀνόητον χρῆμα ἡ πονηρία.

« Καὶ συναγαγὼν πάντας τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ γραμματεῖς τοῦ λαοῦ, ἐπυνθάνετο παρ' αὐτῶν, ποῦ ὁ Χριστὸς γεννᾶται. » Γραμματεῖς ἦσαν οἱ διδάσκαλοι τοῦ λαοῦ, ὥσπερ οὓς ἡμεῖς λέγομεν γραμματικούς. Οἰκονομεῖδὲ ὁ Θεὸς ἐρωτηθῆναι τούτους, ἵνα ὁμολογήσωσι τὴν ἀλήθειαν, καὶ ἐκ τούτου ὧσι κατακεκριμένοι, αὐτοὶ τοῦτον σταυρώσαντες ὃν ὡμολόγησαν πρότερον.

« Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ, Ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας· οὕτω γὰρ γέγραπται διὰ τοῦ προφήτου. » Προφήτου ποίου; Τοῦ Μιχαίου. Ἐκεῖνος γάρ φησιν,

« Καὶ σὺ, Βηθλεὲμ, γῆ Ἰούδα, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα. » Μικρὰς γὰρ οὔσης ταύτης κατεφρόνουν· νῦν δὲ διὰ τὸν ἐκ ταύτης προελθόντα Χριστὸν, περιβόητός ἐστι. Πάντες γὰρ ἐκ περάτων τῆς γῆς ἔρχονται, προσκυνῆσοντες ταύτην τὴν ἁγίαν Βηθλεέμ. « Ἐκ σοῦ γὰρ ἐξελεύσεται ἡγούμενος. » Καλῶς εἶπε τὸ, ἐξελεύσεται, καὶ οὐχὶ, ἐν σοὶ μενεῖ. Οὐ γὰρ ἔμεινεν ὁ Χριστὸς ἐν τῇ Βηθλεὲμ, ἀλλ' ἐκ ταύτης μὲν ἐξῆλθε, μετὰ τὸ γεννηθῆναι, ἐν δὲ τῇ Ναζαρὲτ τὰ πλεῖστα διέτριβε. Λέγουσι δὲ οἱ Ἰουδαῖοι ὅτι περὶ τοῦ Ζοροβάβελ τοῦτο προεφητεύθη. Ψεύδονται δὲ προφανῶς. Καὶ γὰρ Ζοροβάβελ, οὐκ ἐν τῇ Βηθλεὲμ ἐγεννήθη, ἀλλ' ἐν τῇ Βαβυλῶνι. Ἴδε γὰρ τὸ ὄνομα αὐτοῦ· Ζορὸ, δηλοῖ τὴν σπορὰν καὶ τὴν γέννησιν· Βαβὲλ δὲ, τὴν Βαβυλῶνα, τουτέστιν, ὁ ἐν Βαβυλῶνι σπαρεὶς ἢ γεννηθείς. Ἀλλὰ καὶ ἡ προφητεία φανερῶς ἐλέγχει αὐτοὺς, λέγουσα· « Αἱ ἔξοδοι αὐτοῦ ἀπ' ἀρχῆς, ἐξ ἡμερῶν αἰῶνος. » Τίνος; δὲ ἄλλου αἱ ἔξοδοί εἰσι καὶ ἀπ' ἀρχῆς, καὶ ἐξ ἡμερῶν αἰῶνος ἢ τοῦ Χριστοῦ; Ὅς δύο ἐξόδους ἔσχεν, ἤτοι γεννήσεις· ἀλλ' ἡ μὲν πρώτη γέννησις, ἀπ' ἀρχῆς ἐκ τοῦ Πατρὸς, ἡ δὲ δευτέρα, ἐξ ἡμερῶν αἰῶνος, ἀπὸ τῆς Θεοτόκου ἀρξαμένη, καὶ ὑπὸ χρόνον οὖσα. Εἰπάτωσαν οὖν οἱ Ἰουδαῖοι, ἐὰν ὁ Ζοροβάβελ ἀπ' ἀρχῆς ἐγένετο; Ἀλλ' οὐκ ἔχουσιν εἰπεῖν· « Ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραήλ. » Ποιμανεῖ εἶπεν ἀλλ' οὐ τυραννήσει, ἢ καταφάγεται. Οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι βασιλεῖς, οὐ ποιμένες, ἀλλὰ λύκοι· ὁ δὲ Χριστὸς, ποιμὴν, ὡς καὶ αὐτὸς λέγει· « Ἐγὼ εἰμὶ ὁ ποιμὴν ὁ καλός. » Λαὸν δὲ Ἰσραὴλ λέγει, καὶ τοὺς ἐξ Ἑβραίων πιστεύσαντας, καὶ τοὺς ἐξ ἐθνῶν. Ἰσραὴλ γὰρ ἑρμηνεύεται, ὁρῶν Θεὸν, ὥστε πάντες οἱ Θεὸν ὁρῶντες, Ἰσραηλῖταί εἰσι, κἂν ἐξ ἐθνῶν ὦσιν.

« Τότε ὁ Ἡρῴδης λάθρα καλέσας τοὺς Μάγους. » Λάθρα τούτους ἐκάλεσε, διὰ τοὺς Ἰουδαίους. Ὑπώπτευε γὰρ ὅτι οἱ Ἰουδαῖοι ἴσως περὶ πολλοῦ ποιήσονται τὸ παιδίον, καὶ φροντίσουσι τοῦ σῶσαι αὐτὸ, ὡς μέλλον ἐλευθερῶσαι αὐτούς. Διὰ τοῦτο οὖν λάθρα ἐπιβουλεύει. « Ἠκρίβωσε παρ' αὐτῶν τὸν χρόνον τοῦ φαινομένου ἀστέρος. » Τουτέστιν, ἀκριβῶς ἀνέμαθεν. Ὁ γὰρ ἀστὴρ, πρὸ τοῦ γεννηθῆναι τὸν Κύριον, ἐφάνη τοῖς Μάγοις· ἐπεὶ γὰρ ἔμελλον πολὺν ἀναλίσκειν χρόνον κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν, διὰ τοῦτο

Digitized by Google

πρὸ παιδίου ἐφάνη ὁ ἀστὴρ, ὡς ἂν προσκυνήσωσιν αὐτὸν ἔτι ἐν τοῖς σπαργάνοις ὄντα. Τινὲς δὲ λέγουσιν, ὅτι ἅμα τῷ γεννηθῆναι τὸν Χριστὸν, ἐφάνη ὁ ἀστὴρ, καὶ οἱ Μάγοι διὰ δύο ἐτῶν ἦλθον, καὶ οὐκ ἐν σπαργάνοις εὗρον τὸν Κύριον, οὐδὲ ἐν τῇ φάτνῃ, ἀλλ' ἐν οἰκίᾳ μετὰ τῆς μητρὸς, διατῆ ὄντα. Ἀλλὰ σὺ τὸ προῤῥηθὲν ἔχε κρεῖττον.

A adhuc in fasciis jacentem. Aliqui autem dicunt, quod cum Christo nato apparuerit stella, et Magi per biennium venerunt, et non in fasciolis invenerunt puerum, neque in præsepio, sed in domo cum matre bimum. Sed tu priorem sententiam ut meliorem habe.

« Καὶ πέμψας αὐτοὺς εἰς Βηθλεὲμ, εἶπε, Πορευθέντες ἀκριβῶς ἐξετάσατε περὶ τοῦ παιδίου. » Οὐκ εἶπε περὶ τοῦ βασιλέως, ἀλλὰ περὶ τοῦ παιδίου· οὐδὲ γὰρ τὸ ὄνομα ἀνέχεται· ὅθεν δεικνύει ὅτι μαίνεται κατ' αὐτοῦ.

Vers. 8. « Et missis eis in Bethleem, dixit, Ite et diligenter inquirite de puero hoc. » Non dixit de rege, sed de puero : neque enim nomen ferre poterat : demonstrans quantum contra illum insaniret.

« Ἐπὰν δὲ εὕρητε, ἀπαγγείλατέ μοι, ὅπως κἀγὼ ἐλθὼν προσκυνήσω αὐτῷ. Οἱ δὲ, ἀκούσαντες τοῦ βασιλέως ἐπορεύθησαν. » Ἄδολοι γὰρ ὄντες αὐτοὶ, ἐνόμιζον κἀκεῖνον ἀδόλως λέγειν. « Καὶ ἰδοὺ ὁ ἀστὴρ ὃν εἶδον ἐν τῇ Ἀνατολῇ, προῆγεν αὐτούς. » Ἀπεκρύβη πρὸς μικρὸν ὁ ἀστὴρ οἰκονομικῶς, ἵνα ἐρωτήσωσιν αὐτοὶ τοὺς Ἰουδαίους; καὶ ταραχθῇ ὁ Ἡρώδης, καὶ οὕτω περιφανεστέρα γένηται ἡ ἀλήθεια. Ἐξελθοῦσι δὲ αὐτοῖς ἀπὸ τῆς Ἱερουσαλὴμ, πάλιν ἐφάνη, χειραγωγῶν αὐτούς. Ὅθεν δῆλον ὅτι θεία δύναμις ἦν ὁ ἀστήρ. « Ἕως ἐλθὼν ἔστη ἐπάνω οὗ ἦν τὸ παιδίον. » Καὶ τοῦτο ξένον. Κατέβη γὰρ ὁ ἀστὴρ ἀπὸ τοῦ ὕψους, καὶ προσγειότερος γενόμενος, ἔδειξεν αὐτοῖς τὸν τόπον. Εἰ γὰρ ἐξ ὕψους αὐτοῖς ἐφαίνετο, πῶς ἂν ἔμελλον ἀκριβῶς γνωρίσαι τὸν τόπον ἔνθα ἦν ὁ Χριστός; Οἱ γὰρ ἀστέρες πολὺν τόπον περιλαμβάνουσιν. Ὅθεν καὶ σὺ ἐπάνω τῆς σῆς οἰκίας βλέπεις τὴν σελήνην τυχὸν, κἀγὼ δακῶ ταύτην ἀνωτέρω εἶναι τῆς ἐμῆς οἰκίας μόνης. Καὶ πάντες ἁπλῶς, δοκοῦσιν ἕκαστος ἐπάνω αὐτοῦ μόνου ἑστάσθαι τὴν σελήνην ἢ ἄλλον ἀστέρα. Κἀκεῖνος οὖν ὁ ἀστὴρ οὐκ ἂν ἔδειξε τὸν Χριστὸν, εἰ μὴ συγκατέβη, καὶ μονονουχὶ ἐπάνω τῆς κεφαλῆς τοῦ παιδίου ἔστη.

Vers. 9, 10. « Ubi vero repereritis, renuntiate mihi, ut et ego veniam et adorem illum. At illi, audito rege, profecti sunt. » Ipsi cum dolo carerent, putabant et illum absque dolo loqui. « Et ecce stella, quam viderant in Oriente, præcessit eos. » Occulta erat ad parvum tempus stella singulari dispensatione, ut Judæos interrogarent, et turbaretur Herodes, atque ita manifestior fieret veritas. Ut autem ipsi egressi sunt a Jerusalem, iterum apparuit, ducens eos. Unde manifestum quod stella erat virtus divina. « Donec progressa staret supra ubi erat puer. » Et hoc rarum. Descendit enim stella a summitate, et terræ propior facta, ostendit eis locum. Nam si ex summitate apparuisset, quomodo certiores fieri potuissent de loco in quo esset Christus? Stellæ enim multum locum comprehendunt. Unde tu supra domum tuam vides lunam forte, et ego eamdem video nonnisi supra domum meam : et unicuique videtur stare non nisi supra domum suam lunam vel aliam stellam. Unde et illa stella non demonstrasset Christum, nisi descendisset, et tantum non supra caput pueri stetisset.

« Ἰδόντες δὲ τὸν ἀστέρα, ἐχάρησαν χαρὰν μεγάλην σφόδρα. » Ὡς οὐ πλανηθέντες, ἀλλ' εὑρόντες τὸ ζητούμενον, ἐχάρησαν.

Vers. 10. « Visa autem stella, gavisi sunt gaudio magno valde. » Quod non aberrassent, sed invenissent quod quærebant, gavisi sunt.

« Καὶ ἐλθόντες εἰς τὴν οἰκίαν, εἶδον τὸ παιδίον μετὰ Μαρίας τῆς μητρὸς αὐτοῦ. » Ἅμα μὲν τῷ γεννηθῆναι, ἐν τῇ φάτνῃ κατέκλινεν ἡ Παρθένος τὸ παιδίον, οὐ γὰρ εὕρισκον τότε οἰκίαν· μετὰ ταῦτα δὲ εἰκός ἐστιν εὑρεῖν οἰκίαν, ἔνθα καὶ οἱ Μάγοι εὗρον αὐτούς. Ἀνέβησαν μὲν γὰρ εἰς Βηθλεὲμ, ἵνα ἀπογραφῶσιν ἐκεῖ, καθὰ καὶ Λουκᾶς λέγει. Πολλοῦ δὲ πλήθους συντρέχοντος διὰ τὴν ἀπογραφὴν, οὐκ ἴσχον πρὸς καιρὸν οἰκίαν, ἀλλ' ἐν τῷ σπηλαίῳ ἐτέχθη· εἶτα εὑρέθη ἡ οἰκία, ἔνθα ὡράθη τοῖς Μάγοις ὁ Κύριος. « Καὶ πεσόντες προσεκύνησαν αὐτῷ. » Ἴδε ψυχῆς ἅλλαμψιν. Πέντητα ἔβλεπον, καὶ προσεκύνουν. Ἐπληροφορήθησαν γὰρ ὅτι Θεός ἐστι, διὸ καὶ προσάγουσιν αὐτῷ δῶρα, ὡς Θεῷ καὶ ὡς ἀνθρώπῳ. Ἄκουε γάρ· « Καὶ ἀνοίξαντες τοὺς θησαυροὺς αὐτῶν, προσήνεγκαν αὐτῷ δῶρα, χρυσὸν, καὶ λίβανον, καὶ σμύρναν. » Τὸν μὲν χρυσὸν, προσήγαγον αὐτῷ, ὡς βασιλεῖ. Τῷ γὰρ βασιλεῖ χρυσὸν τελοῦμεν οἱ ὑπὸ χεῖρα. Τὸν δὲ λίβανον, ὡς Θεῷ. Τῷ γὰρ Θεῷ λίβανον θυμιῶμεν. Τὴν δὲ σμύρναν, ὡς μέλλοντι γεύσασθαι θανάτου. Μετὰ γὰρ τῆς σμύρνης ἐνταφιάζουσιν οἱ

Vers. 11. « Et ingressi domum, viderunt puerum cum Maria Matre ejus. » Mox quidem ut natus fuit, reclinavit Virgo puerum in præsepium, non enim tunc invenerant domum. Verisimile autem est postea eos invenisse domum, ubi et Magi invenerunt eos. Ascenderant enim in Bethleem, ut recenserentur illic, sicut et Lucas dicit. Multa autem concurrente multitudine ut censeretur, non habebant ad tempus domum, sed in spelunca natus est : deinde inventa domo, visus ibi est a Magis Dominus. « Et cum procidissent, adoraverunt illum. » Vide animæ illustrationem. Pauperem videbant et adorabant. Multis enim argumentis didicerant quod esset Deus, ideo et ei offerunt munera ut Deo et ut homini. Audi enim, « Et apertis thesauris suis, obtulerunt ei dona, aurum et thus et myrrham. » Aurum quidem obtulerunt ei, ut regi. Aurum enim subditi regibus pendimus. Thus autem, ut Deo. Deo enim thus adolemus. Myrrham vero, ut degustaturo mortem. Nam Judæi cum myrrha mortuos sepeliunt, ut corpus maneat in-

Digitized by Google

corruptum. Myrrha enim cum sicca sit, arefacit et exsiccat humiditatem, et non sinit innasci vermes. Vides Magorum fidem, quod et a prophetia Balaam didicerunt Dominum et Deum et regem esse, ac pro nobis moriturum. Audi autem prophetiam, Recubans, inquit, requievit ut leo (*a*) et ut catulus leonis [11]. Ecce regiam dignitatem per leonem significat, mortalitatem autem dum ait, recubans. Qui benedicunt te, benedicentur: ecce et deitatem. Sola enim Dei natura hanc benedictionis virtutem habet.

VERS. 12. « Et oraculo accepto in somnis, ne reverterentur ad Herodem, per aliam viam redierunt in regionem suam. » Vide consequentiam, primum Deus illos ad fidem per stellam adduxit: deinde cum venerunt in Hierosolymam, docuit eos per prophetam, quod in Bethleem nascatur: et tandem, per angelum. Et illi obediunt oraculo, hoc est, divino colloquio. Oraculo igitur accepto, id est, revelatione a Deo habita, imposuerunt Herodi, et non timuerunt ne forte insectaretur, sed confisi sunt virtute nati, verique testes fuerunt.

VERS. 13. « Digressis autem illis, ecce angelus Domini in somnis apparet Joseph, dicens, Surge, et accipe puerum et matrem ejus. » Vidisti quam ob **14** causam permiserit Deus desponsari virginem? Hic enim apparet quod a Deo factum est, ut diligentem ejus curam Joseph gereret. Non dixit autem, accipe uxorem tuam, sed matrem pueri. Nam quoniam suspicio soluta fuit, et justus per miracula in partu facta compertum habuit ex Spiritu sancto esse omnia, non ultra uxorem ejus illam nominat. « Et fuge in Ægyptum. » Fugit et Dominus, ut credatur quod revera homo sit. Nam si in manus incidisset Herodis, et non fuisset occisus, opinati fuissent incarnatum eum apparenter. In Ægyptum autem fugit, ut et illam sanctificet. Duæ enim sunt regiones omnis nequitiæ officinæ, Babylon videlicet et Ægyptus. Babylonem per Magos suscepit adorantem: Ægyptum autem sua præsentia sanctificavit. « Et esto illic, donec dixero tibi. » Esto pro eris illic, donec a Deo jussus fueris. Oportet enim nos nihil facere præter divinam voluntatem. « Quæsiturus enim est Herodes puerum, ut perdat illum. » Vide incogitantiam hominis, qui laborat ut divinam vincat voluntatem. Nam si quidem non est ex Deo, quid times? sin ex Deo est, quomodo perdes puerum?

VERS. 14, 15. « Ille autem excitatus accepit puerum et matrem ejus nocte, et secessit in Ægyptum, et fuit illic usque ad obitum Herodis: ut impleretur quod dictum est a Domino per prophetam, dicentem: Ex Ægypto vocavi Filium meum. » Dicunt Judæi, quod propter populum dictum sit hoc, qui

[11] Num. XXIV, 9.

Ἰουδαῖοι, διὰ τὸ μένειν τὸ σῶμα ἄσηπτον. Ἡ γὰρ σμύρνα, ξηρὰ οὖσα, ξηραίνει τὴν ὑγρότητα, καὶ οὐκ ἐᾷ σκώληκας γεννᾶσθαι. Ὁρᾷς τῶν Μάγων τὴν πίστιν; Ἐπεὶ καὶ ἀπὸ τῆς προφητείας τοῦ Βαλαὰμ ἐδιδάχθησαν, τὸν Κύριον, καὶ Θεὸν εἶναι καὶ βασιλέα, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν τεθνηξόμενον. Ἄκουσον δὲ τῆς προφητείας· Κατακλιθείς, φησὶν, ἀνεπαύσατο ὡς λέων, καὶ ὡς σκύμνος. Ἰδοὺ τὸ βασιλικὸν, διὰ τοῦ λέοντος, διὰ δὲ τοῦ, κατακλιθείς, ἡ νέκρωσις. Οἱ εὐλογοῦντές σε, εὐλόγηνται· ἰδοὺ ἡ θεότης. Τὴν γὰρ τῆς εὐλογίας δύναμιν μόνη ἡ θεία φύσις ἔχει.

« Καὶ χρηματισθέντες κατ' ὄναρ μὴ ἀνακάμψαι πρὸς Ἡρῴδην, δι' ἄλλης ὁδοῦ ἀνεχώρησαν εἰς τὴν χώραν αὐτῶν. » Ἴδε ἀκολουθίαν, πρῶτον δι' ἀστέρος ἐχειραγώγησεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς εἰς τὴν πίστιν· εἶτα ἐλθόντας εἰς Ἱεροσόλυμα, ἐδίδαξεν αὐτοὺς διὰ τοῦ προφήτου, ὅτι ἐν Βηθλεὲμ γεννᾶται· καὶ τελευταῖον, διὰ τοῦ ἀγγέλου. Οἱ δὲ πείθονται τῷ χρηματισμῷ, τουτέστι, τῇ θείᾳ ὁμιλίᾳ. Χρηματισθέντες οὖν, ἤτοι παρὰ τοῦ Θεοῦ ἀποκάλυψιν δεξάμενοι, ἠπάτησαν Ἡρῴδην· καὶ οὐκ ἐφοβήθησαν μήπως ἐπιδιωχθῶσιν, ἀλλ' ἐθάρρησαν τῇ τοῦ γεννηθέντος δυνάμει, οὕτως ἦσαν μάρτυρες ἀληθεῖς.

« Ἀναχωρησάντων δὲ αὐτῶν, ἰδοὺ ἄγγελος Κυρίου κατ' ὄναρ φαίνεται τῷ Ἰωσὴφ, λέγων· Ἐγερθεὶς παράλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ. » Εἶδες διὰ ποίαν αἰτίαν συνεχώρησεν ὁ Θεὸς μνηστευθῆναι τὴν Παρθένον; Ἐνταῦθα γὰρ προφαίνεται σοι, διὰ τὸ ἐπιμελεῖσθαι ταύτης καὶ κήδεσθαι. Οὐκ εἶπε δὲ, παράλαβε τὴν γυναῖκά σου, ἀλλὰ τὴν μητέρα τοῦ παιδίου. Ἐπεὶ γὰρ ἡ ὑποψία ἐλύθη, καὶ ἐπληροφορήθη ὁ δίκαιος ἀπὸ τῶν ἐν τῷ τόκῳ θαυμάτων, ὅτι ἐκ Πνεύματος ἁγίου ἐστὶ πάντα, οὐκ ἔτι γυναῖκα αὐτοῦ ὀνομάζει ταύτην. « Καὶ φεῦγε εἰς Αἴγυπτον. » Φεύγει καὶ ὁ Κύριος, ἵνα πιστώσηται, ὅτι ὄντως καὶ ἄνθρωπος ἦν. Εἰ γὰρ ἐν ταῖς χερσὶ τοῦ Ἡρῴδου γενόμενος, οὐ κατεκόπη, ἔδοξεν ἂν κατὰ φαντασίαν σαρκωθῆναι. Εἰς Αἴγυπτον δὲ φεύγει, ἵνα καὶ ἐκείνην ἁγιάσῃ. Δύο γὰρ ἦσαν χῶραι πάσης κακίας ἐργαστήρια, ἡ Βαβυλὼν καὶ Αἴγυπτος. Τὴν μὲν οὖν Βαβυλῶνα, διὰ τῶν Μάγων ἐδέξατο προσκυνοῦσαν· τὴν δὲ Αἴγυπτον, τῇ ἑαυτοῦ παρουσίᾳ ἡγίασεν. « Καὶ ἴσθι ἐκεῖ, ἕως ἂν εἴπω σοι. » Ἴσθι, ἀντὶ τοῦ ἔσο ἐκεῖ, ἄχρις ἂν ἀπὸ Θεοῦ κελευσθῇς. Δεῖ γὰρ ἡμᾶς μηδὲν ποιεῖν ἔξω τῆς θείας βουλῆς. « Μέλλει γὰρ Ἡρῴδης ζητεῖν τὸ παιδίον, τοῦ ἀπολέσαι αὐτό. » Ἴδε ἀνοησίαν ἀνθρώπου, τὴν τοῦ Θεοῦ βουλὴν σπουδάζει νικῆσαι. Εἰ μὲν γὰρ οὐκ ἔστιν ἐκ Θεοῦ, τί φοβῇ; Εἰ δὲ ἐκ Θεοῦ ἐστι, πῶς ἀπολέσεις τὸ παιδίον;

« Ὁ δὲ, ἐγερθεὶς παρέλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ νυκτὸς, καὶ ἀνεχώρησεν εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἦν ἐκεῖ ἕως τῆς τελευτῆς Ἡρῴδου· ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ Κυρίου διὰ τοῦ προφήτου, λέγοντος· Ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσά τὸν Υἱόν μου. » Φασὶν οἱ Ἰουδαῖοι, ὅτι διὰ τὸν λαὸν ἐρρέθη τοῦτο τὸν ἐκ

(*a*) Juxta versionem τῶν Ο'. Vulgata habet, *quasi læna.*

Digitized by Google

τῆς Αἰγύπτου ἐπαναχθέντα διὰ Μωϋσέως. Λέγομεν οὖν, ὅτι καί τι καινὸν ἐλέχθη ἐπὶ τῷ λαῷ τυπικῶς· ἐξέβη δὲ εἰς τὸν Χριστὸν ἀληθινῶς. Ἐπείτα, τίς ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ; ὁ λαὸς ὁ προσκυνῶν τῷ Βεελφεγὼρ εἰδώλῳ καὶ τοῖς γλυπταῖς, ἢ ὄντως Υἱὸς τοῦ Θεοῦ;

« Τότε Ἡρώδης ἰδὼν, ὅτι ενεπαίχθη ὑπὸ τῶν Μάγων. » Ὥσπερ τῷ Φαραὼ ἐνέπαιξεν ὁ Θεὸς διὰ Μωϋσέως, οὕτω καὶ τῷ Ἡρώδῃ διὰ τῶν Μάγων· ἐπεὶ καὶ ἄμφω, καὶ Ἡρώδης καὶ Φαραὼ, παιδοκτόνοι. Ὁ μὲν Φαραὼ τὰ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ Ἑβραίων ἄῤῥενα φονεύων, ὁ δὲ Ἡρώδης, τὰ τῶν ἐν Βηθλεέμ. « Ἐθυμώθη λίαν, καὶ ἀποστείλας ἀνεῖλε πάντας τοὺς παῖδας τοὺς ἐν Βηθλεέμ. » Τὴν κατὰ τῶν Μάγων ὀργὴν, κατὰ τῶν οὐδὲν ἀδικησάντων, ἐνδείκνυται. Τίνος δὲ ἕνεκεν συνεχωρήθησαν οἱ παῖδες σφαγῆναι; Ἵνα δειχθῇ τοῦ Ἡρώδου ἡ κακία· ἀλλ' ἴσως ἐρεῖς μοι· Καὶ τί τοῦτο; ἵνα δειχθῇ ἡ ἐκείνου κακία, διὰ τοῦτο ἠδικήθησαν οἱ παῖδες; Ἄκουε τοίνυν, ὅτι οὐκ ἠδικήθησαν, ἀλλὰ στεφάνων ἠξιώθησαν. Πᾶς γὰρ ὁ κακόν τι πάσχων ἐνταῦθα, ἢ εἰς ἁμαρτημάτων διάλυσιν πάσχει, ἢ εἰς στεφάνων προσθήκην· ὥσπερ δὴ καὶ οὗτοι οἱ παῖδες, μειζόνως στεφανωθήσονται. « Καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ὁρίοις αὐτῆς, ἀπὸ διετοῦς καὶ κατωτέρω, κατὰ τὸν χρόνον ὃν ἠκρίβωσε παρὰ τῶν Μάγων. »

« Τότε ἐπληρώθη τὸ ῥηθὲν ὑπὸ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου, λέγοντος. » Ἵνα μή τις νομίσῃ, ὅτι ἄκοντος τοῦ Θεοῦ γέγονεν ἡ τῶν νηπίων ἀναίρεσις, δείκνυσιν ὅτι καὶ προεγίνωσκε καὶ προεῖπεν.

« Φωνὴ ἐν Ῥαμᾷ ἠκούσθη. » Ἡ Ῥαμᾶ, τόπος; ἦν τῆς Παλαιστίνης ὑψηλός. Τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ ὄνομα, ὑψηλήν· ἔλαχε δὲ εἰς κλῆρον τῇ φυλῇ τοῦ Βενιαμὶν, ὃς ἦν τῆς Ῥαχὴλ υἱός· ἡ δὲ Ῥαχὴλ, ἐν τῇ Βηθλεὲμ ἐτάφη. Λέγει τοίνυν τὴν Βηθλεὲμ ὁ προφήτης, Ῥαχὴλ, διότι ἐν αὐτῇ ἐτάφη ἐκείνη· τὸν δὲ κλαυθμὸν καὶ τὸν ὀρῆνον, ἀκουσθῆναι ἐν τῇ ὑψηλῇ. Ἄκουε τοίνυν τοῦ προφήτου· « Θρῆνος καὶ κλαυθμὸς, καὶ ὀδυρμὸς πολύς· Ῥαχὴλ κλαίουσα τὰ τέκνα αὐτῆς, » τουτέστιν, ἡ Βηθλεὲμ, « καὶ οὐκ ἤθελε παρακληθῆναι, ὅτι οὐκ εἰσίν. » Ἐν τῷ βίῳ τούτῳ οὐκ εἰσὶν, ἐπεὶ αἱ ψυχαὶ, ἀθάνατοι.

« Τελευτήσαντος δὲ Ἡρώδου. » Πικρὰν τελευτὴν ἔσχεν ὁ Ἡρώδης, πυρετῷ, καὶ δυσεντερίᾳ, καὶ κνησμῷ καὶ ὄγκῳ ποδῶν, καὶ σήψει τοῦ αἰδοίου σκώληκας γεννώσῃ, καὶ δυσπνοίᾳ, καὶ τρόμῳ, καὶ σπασμῷ τῶν μελῶν, ἀποῤῥήξας τὴν πονηρὰν ψυχήν.

« Ἰδοὺ ἄγγελος Κυρίου κατ' ὄναρ φαίνεται τῷ Ἰωσὴφ ἐν Αἰγύπτῳ, λέγων· Ἐγερθεὶς, παράλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ πορεύου εἰς γῆν Ἰσραήλ. » Οὐ λέγει, Φεῦγε, ἀλλὰ *Παρεύου*. Φόβος γὰρ οὐκ ἔτι ἦν. « Τεθνήκασι γὰρ οἱ ζητοῦντες τὴν ψυχὴν τοῦ παιδίου. » Ποῦ Ἀπολινάριος, ὅστις ἔλεγε μὴ ψυχὴν ἀνθρώπου λαβεῖν τὸν Κύριον; ἐντεῦθεν γὰρ ἐλέγχεται.

« Ὁ δὲ ἐγερθεὶς παρέλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ ἦλθεν εἰς γῆν Ἰσραήλ. Ἀκούσας δὲ ὅτι Ἀρχέλαος βασιλεύει ἐπὶ τῆς Ἰουδαίας ἀντὶ

ex Ægypto per Mosen eductus sit. Dicimus itaque, quod novum aliquid etiam per figuram dictum est de populo, impletum autem vere in Christo. Deinde quis est Filius Dei? populusne, qui adoravit idolum Beelphegor et sculptilia, an qui revera est Filius Dei?

Vers. 16. « Tunc Herodes, ubi vidit sibi illusum fuisse a Magis. » Sicut Deus illusit Pharaoni per Mosen, sic Herodi per Magos: quoniam et Herodes et Pharao puericidæ erant. Pharao masculos Hebræorum pueros in Ægypto occidit, Herodes autem in Bethleem. « Iratus est vehementer, et misit ac interfecit omnes pueros qui erant in Bethleem. » Ostendit iram contra Magos, qui in nullo offenderant. Quare autem permissi sunt pueri occidi? Ut ostendatur Herodi malitia. Sed forte dices mihi, Et quid hoc? Nunquid ut ostendatur illius malitia, ideo injuria fieri debuit pueris? Audi igitur quod non injuria affecti sunt, sed coronas meruerunt. Omnis enim qui malum aliquid hic patitur, vel patitur ut peccata dissolvat, vel ut coronæ augeantur, sicut et illi pueri magis coronati sunt. « Et omnibus confiniis ejus a bimatu et infra, juxta tempus quod percontatus erat a Magis. »

Vers. 17. « Tunc impletum est quod dictum a Jeremia propheta, dicente. » Ut ne quis putet quod invito Deo facta sit puerorum interemptio, ostendit quod prænoverit et prædixerit.

Vers. 18. « Vox in Rhama 15 audita est. » Rhama locus fuit Palæstinæ excelsus; nomen enim hoc excelsum significat, fuitque in sorte tribus Benjamin, qui fuit filius Rachel. Rachel autem sepulta fuit in Bethleem. Dicit igitur propheta Bethleem, Rachel, eo quod in illa sepulta fuit Rachel; fletum autem et ploratum auditum fuisse in excelso. Audi igitur prophetam: « Lamentatio et ploratus, et fletus multus. Rachel plorans filios suos, » hoc est, Bethleem, « et noluit consolationem admittere, eo quod non sint. » In hac vita non sunt, quia animæ sunt immortales.

Vers. 19. « Defuncto autem Herode. » Amara morte periit Herodes, febri et intestinorum cruciatu, et scabie, et podagra, et putredine verendorum vermes generante, et spirandi difficultate, et tremore et contractione membrorum, malam abrupit animam.

Vers. 19, 20. « Ecce angelus Domini in somnis apparet Joseph in Ægypto, dicens: Surge, et accipe puerum, et matrem ejus, et vade in terram Israel. » Non dicit, Fuge, sed, Vade: timor enim jam nullus erat. « Mortui enim sunt quærentes animam pueri. » Ubi Apollinarius est, qui dicebat Dominum non accepisse animam? Hinc enim arguitur.

Vers. 21, 22. « Ille autem cum surrexisset, accepit puerum et matrem ejus, et venit in terram Israel. Verum quia audiverat quod Archelaus regnaret in

Digitized by Google

Judæa pro Herode patre suo, timuit illuc abire. » Tres filios reliquit Herodes, Philippum, Antipam et Archelaum. Archelaum quidem regem, alios autem tetrarchas esse jussit. Timuit autem Joseph in terram Israel abire, hoc est, in terram Juda, eo quod Archelaus similis patri suo erat. Antipas vero ipse est juvenis ille Herodes qui Præcursorem sustulit. « Oraculo autem accepto in somnis, secessit in partes Galilææ. » Galilæa non erat terra Israel, sed gentilium; unde et Judæi sicut abominationem illos videbant.

« Vers. 23. Ac profectus habitavit in civitate quæ dicitur Nazareth. » At quomodo Lucas dicit, quod postquam natus fuit, implevitque xl dies, et a Simeone gestatus est, descenderit Dominus in Nazareth : hoc autem loco Matthæus ait, quod post reditum ex Ægypto venerit in Nazareth? Disce igitur, quod quæ siluit Matthæus, dixit Lucas. Ut exempli gratia aliquid dicam, postquam natus est, implevit xl dies, deinde descendit in Nazareth : hæc dicit Lucas [18]. Matthæus autem dicit quæ postea facta sunt, quod fugerit in Ægyptum, deinde venerit ab Ægypto in Nazareth. Non dissident ergo inter se. Nam Lucas dicit descensum a Bethleem in Nazareth, Matthæus autem postea reditum ab Ægypto in Nazareth. « Ut impleatur quod dictum est per prophetas, Quod Nazaræus vocabitur. » Et quis propheta hoc dixit? non invenitur nunc. Per negligentiam enim Judæorum multi libri desiderantur, et ob continuas captivitates : fortassis absque etiam scriptura hoc dicebatur 16 apud Judæos. Significat autem Nazaræus, sanctificatus : igitur quoniam sanctus Christus, recte dicitur Nazaræus. Sanctus enim Israelis, a multis prophetis vocatur Dominus.

CAPUT III.

Joannes Baptista primus regni cœlestis præco.

Vers. 1. « In diebus autem illis. » Non cum Dominus esset puer, et in Nazareth habitabat, sed simpliciter sic inquit, ut in tempore illo, quod ante hanc præsentem erat ætatem. « Accessit Joannes Baptista. » Propterea missus est a Deo Joannes, ut argueret Judæos, et persuaderet eis ut sua mala agnoscerent, atque ita Christum susciperent. Nam nisi quis sensum acceperit peccatorum, non venit ad pœnitentiam. Missus igitur est Joannes.

Vers. 1, 2. « Prædicans in deserto Judææ, et dicens : Resipiscite. » Arrogantes erant Judæi, idcirco cogit eos ad pœnitentiam. « Appropinquavit enim regnum cœlorum. » Regnum cœlorum dicit primum et secundum Christi adventum, et vitam virtutibus præditam. Quando enim in terra ambulamus, quasi in cœlo degentes absque affectionibus, regnum habemus cœlorum.

[18] Luc. II, 39.

A Ἡρῴδου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ἐφοβήθη ἐκεῖ ἀπελθεῖν. » Τρεῖς υἱοὺς κατέλιψεν Ἡρῴδης, Φίλιππον, Ἀντίπαν, καὶ Ἀρχέλαον· τὸν μὲν οὖν Ἀρχέλαον, βασιλέα, τοὺς δὲ λοιποὺς, τετράρχας ἐκέλευσεν εἶναι. Ἐφοβήθη δὲ ὁ Ἰωσὴφ ἀπελθεῖν εἰς γῆν Ἰσραὴλ, τουτέστιν, εἰς τὴν Ἰουδαίαν, διότι καὶ ὁ Ἀρχέλαος, ὅμοιος ἦν τῷ πατρὶ αὐτοῦ. Ὁ δὲ Ἀντίπας, αὐτός ἐστιν ὁ νέος Ἡρῴδης, ὁ τὸν Πρόδρομον ἀνελών. « Χρηματισθεὶς δὲ κατ' ὄναρ, ἀνεχώρησεν εἰς τὰ μέρη τῆς Γαλιλαίας. » Ἡ Γαλιλαία οὐκ ἦν γῆ Ἰσραὴλ, ἀλλὰ τῶν ἐθνικῶν ἦν· διὸ καὶ οἱ Ἰουδαῖοι ὡς βδέλυγμα τούτους ἔβλεπον.

« Καὶ ἐλθὼν κατῴκησεν εἰς πόλιν λεγομένην Ναζαρέτ. » Καὶ πῶς ὁ Λουκᾶς λέγει, ὅτι μετὰ τὸ γενν-
B ηθῆναι τελέσας τὰς τεσσαράκοντα ἡμέρας, καὶ ὑπὸ τοῦ Συμεὼν βασταχθεὶς, κατῆλθεν ὁ Κύριος εἰς Ναζαρέτ· ἐνταῦθα δὲ ὁ Ματθαῖος λέγει, ὅτι μετὰ τὴν ἐξ Αἰγύπτου ἐπάνοδον ἦλθεν εἰς Ναζαρέτ; Μάθε τοίνυν, ὅτι ἃ ἐσιώπησεν ὁ Ματθαῖος, εἶπεν ὁ Λουκᾶς. Οἷόν τι λέγω· Μετὰ τὸ γεννηθῆναι, ἐτέλεσε τὰς τεσσαράκοντα ἡμέρας· εἶτα κατῆλθεν εἰς Ναζαρέτ· ταῦτα λέγει ὁ Λουκᾶς· ὁ Ματθαῖος δὲ λέγει τὰ μετὰ ταῦτα, ὅτι ἔφυγεν εἰς Αἴγυπτον, εἶτα ἀνῆλθεν ἀπὸ Αἰγύπτου εἰς Ναζαρέτ. Οὐκ ἐναντιοῦνται οὖν ἀλλήλοις· ἀλλ' ὁ μὲν λέγει τὴν ἀπὸ Βηθλεὲμ εἰς Ναζαρὲτ κάθοδον, ὁ Λουκᾶς· ὁ δὲ Ματθαῖος, τὴν μετὰ ταῦτα ἀπὸ Αἰγύπτου εἰς Ναζαρὲτ ἄνοδον. « Ὅπως πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ τῶν προφητῶν, ὅτι Ναζωραῖος κληθήσεται. » Καὶ ποῖος προφήτης τοῦτο εἶπεν; οὐχ εὑρίσκεται νῦν. Διὰ γὰρ τὴν ἀμέλειαν τῶν Ἑβραίων,
C πολλὰ βιβλία ἀπώλοντο, καὶ ἀπὸ τῶν συνεχῶν αἰχμαλωσιῶν· ἀγράφως δὲ τυχὸν ἐλέγετο παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις. Σημαίνει δὲ τὸ, Ναζωραῖος, ἡγιασμένος. ἐπεὶ τοίνυν ἅγιος ὁ Χριστὸς, εἰκότως ἂν λέγοιτο Ναζωραῖος. Ἅγιος γὰρ τοῦ Ἰσραὴλ, παρὰ πολλῶν προφητῶν καλεῖται ὁ Κύριος.

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Πρῶτος Ἰωάννης ἐκήρυξε βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.

« Ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις. » Οὐχ ὅτε ἦν ὁ Κύριος παῖς, καὶ ἐν Ναζαρὲτ κατῴκει, ἀλλ' ἁπλῶς οὕτω φησὶν, οἷον, ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ, τῷ πρὸ τῆς νῦν γενεᾶς. « Παραγίνεται Ἰωάννης ὁ Βαπτιστής. » Διὰ τοῦτο ἐπέμφθη παρὰ τοῦ Θεοῦ ὁ Ἰωάννης, ἵνα
D ἐλέγχων τοὺς Ἰουδαίους, πείσῃ αὐτοὺς εἰς αἴσθησιν ἐλθεῖν τῶν οἰκείων κακῶν, καὶ οὕτω παραδέξασθαι τὸν Χριστόν. Εἰ μὴ γὰρ αἴσθησιν λάβοι τις τῶν ἁμαρτιῶν, οὐκ ἔρχεται εἰς μετάνοιαν. Ἐπέμφθη τοίνυν ὁ Ἰωάννης.

« Κηρύσσων ἐν τῇ ἐρήμῳ τῆς Ἰουδαίας, καὶ λέγων· Μετανοεῖτε. » Ἀλαζόνες ἦσαν οἱ Ἰουδαῖοι, διὰ τοῦτο συνωθεῖ αὐτοὺς εἰς μετάνοιαν. « Ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. » Βασιλείαν οὐρανῶν λέγει τὴν πρώτην καὶ δευτέραν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν, καὶ τὴν ἐνάρετον ζωήν. Ὅταν γὰρ ἐπὶ γῆς βαδίζοντες, ὡς ἐν οὐρανῷ πολιτευώμεθα, μὴ ἐμπαθῶς ζῶντες, βασιλείαν ἔχομεν οὐρανῶν.

Digitized by Google

Οὗτος γὰρ ἐστιν ὁ ῥηθεὶς ὑπὸ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου, λέγοντος· Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ· Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ. » Ὁδός, τὸ Εὐαγγέλιον λέγεται· τρίβοι δὲ, τὰ νομικὰ προστάγματα, ὡς κατατετριμμένα καὶ παλαιά. Φησὶ τοίνυν, ὅτι Ἕτοιμοι γένεσθε πρὸς τὴν εὐαγγελικὴν πολιτείαν, καὶ τὰς νομικὰς δὲ ἐντολὰς εὐθείας, τουτέστι, πνευματικὰς ποιήσατε. Τὸ πνεῦμα γὰρ εὐθές ἐστιν. Ὅταν οὖν ἴδῃς Ἰουδαῖον σαρκικῶς νοοῦντα τὰ τοῦ νόμου, εἰπὲ ὅτι οὗτος τὰς τρίβους οὐκ ἐποίησεν εὐθείας, τουτέστιν, οὐ πνευματικῶς νοεῖ τὸν νόμον.

A

« Αὐτὸς δὲ ὁ Ἰωάννης εἶχε τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ ἀπὸ τριχῶν καμήλου. » Εἰς μετάνοιαν παρεκάλει καὶ ἀπὸ τοῦ σχήματος. Πενθικὴν γὰρ εἶχε τὴν στολήν. Λέγουσι δὲ τὴν κάμηλον μεταξὺ εἶναι καθαροῦ καὶ μή. Καθὸ μὲν γὰρ μηρυκίζει, καθαρόν ἐστι· καθὸ δὲ οὐκ ἔστι δίχηλον κατὰ τοὺς ὄνυχας, οὐκ ἔστι καθαρόν. Ἐπεὶ οὖν καὶ ὁ Ἰωάννης, τόν τε καθαρὸν δοκοῦντα λαὸν, τὸν Ἰουδαϊκὸν, καὶ τὸν ἀκάθαρτον, τὸν ἐθνικὸν, προσῆγε τῷ Θεῷ, καὶ μεσίτης ἦν παλαιᾶς διαθήκης καὶ νέας, διὰ τοῦτο ἐφόρει τὰς τρίχας τῆς καμήλου. « Καὶ ζώνην δερματίνην περὶ τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ. » Πάντες οἱ ἅγιοι, ἐζωσμένοι εἰσάγονται παρὰ τῇ Γραφῇ, ὡς ἀεὶ ἐν ἔργῳ ὄντες· οἱ γὰρ ἀμελεῖς καὶ τρυφηλοὶ, οὐ ζώννυνται, ὡς νῦν οἱ Σαρακηνοί· ἢ ὅτι ἐνέκρωσαν τὰ πάθη τῆς ἐπιθυμίας· τὸ γὰρ δέρμα, νεκροῦ ζώου ἐστὶ μέρος. « Ἡ δὲ τροφὴ αὐτοῦ ἦν ἀκρίδες, καὶ μέλι ἄγριον. » Τινὲς λέγουσι βοτάνας εἶναι τὰς ἀκρίδας, ἃς καὶ μέλαγρα καλοῦσι· τινὲς δὲ, τὰ ἀκρόδρυα ἤτοι ὀπώρας ἀγρίας· μέλι δὲ ἄγριον, τὸ ὑπὸ ἀγρίων μελισσῶν γεωργούμενον, ἐν δένδροις εὑρισκόμενον καὶ πέτραις.

B

C

« Τότε ἐξεπορεύετο πρὸς αὐτὸν Ἱεροσόλυμα, καὶ πᾶσα ἡ Ἰουδαία, καὶ πᾶσα ἡ περίχωρος τοῦ Ἰορδάνου. Καὶ ἐβαπτίζοντο ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ὑπ' αὐτοῦ, ἐξομολογούμενοι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. » Εἰ καὶ ἐβαπτίζοντο, ἀλλ' οὖν ἄφεσιν ἁμαρτιῶν οὐκ εἶχε τὸ Ἰωάννου βάπτισμα. Ἀλλὰ μόνην μετάνοιαν ἐκήρυττεν ὁ Ἰωάννης, καὶ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν ἔφερεν· ἀντὶ τοῦ, εἰς τὸ τοῦ Χριστοῦ βάπτισμα ὡδήγει. παρ' οὗ ἡ ἄφεσις τῶν ἁμαρτιῶν.

« Ἰδὼν δὲ πολλοὺς τῶν Φαρισαίων. » Φαρισαῖος, ἑρμηνεύεται ἀποκεκομμένος. Ἐδόκουν γὰρ ἐν τῷ βίῳ καὶ τῇ γνώσει ἀποκεκόφθαι, καὶ ὑπερέχειν τῶν ἄλλων. « Καὶ Σαδδουκαίων. » Οὗτοι, οὔτε ἀνάστασιν ἐπίστευον, οὔτε ἄγγελον, οὔτε πνεῦμα. Ἑρμηνεύονται δὲ, *δίκαιοι*. Σαδὼκ γάρ, ἡ δικαιοσύνη. Δικαίους γὰρ ἑαυτοὺς ὠνόμαζον. Ἢ ἀπὸ αἱρεσιάρχου Σαδὼκ ὀνομάζονται. « Ἐρχομένους ἐπὶ τὸ βάπτισμα αὐτοῦ, εἶπεν αὐτοῖς. » Οὐκ ἤρχοντο μετὰ γνώμης ὀρθῆς, ὡς οἱ λοιποί. Διὰ τοῦτο καὶ καθάπτεται αὐτῶν. « Γεννήματα ἐχιδνῶν, τίς ὑπέδειξεν ὑμῖν φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς; » Πικρῶς αὐτοῖς διαλέγεται, γινώσκων τὴν στρεβλότητα αὐτῶν, πλὴν ἀλλὰ καὶ ἐπαινεῖ, λέγων· Τίς ὑπέδειξεν ὑμῖν; Θαυμάζει γὰρ πῶς ἐγένετο τοῦτο, τὸ τὴν πονηρὰν αὐτῶν γενεὰν μετανοῆσαι. Γεννήματα δὲ ἐχιδνῶν λέγει αὐτοὺς, διότι ὥσπερ ταῦτα κατεσθίοντα τὰς μήτρας· οὕτως

D

Vers. 3. « Hic enim est qui dictus est ab Isaia propheta, dicente : Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini, rectas facite semitas ejus. » Via, Evangelium dicitur : semitæ autem legalia mandata ut trita et vetera. Dicit igitur, Parati estote ad Evangelicam vitam, et legis mandata recta, hoc est, spiritualia facite. Spiritus enim rectus est. Quando igitur videris Judæum carnaliter intelligentem ea quæ legis sunt, dic quod ipse non faciat semitas rectas, hoc est, non spiritualiter intelligat legem.

Vers. 4. « Ipse vero Joannes habebat indumentum suum ex pilis camelorum. » Ad pœnitentiam hortabatur etiam habitu ; lugubrem enim gerebat vestem. Dicunt autem camelum medium esse inter munda et immunda animalia : nam quia ruminat, mundum est : quia autem ungulas non dividit, est immundum. Joannes autem quoniam ad Deum adducebat populum Judaicum, qui videbatur mundus esse, et gentilem, qui immundus, eratque mediator veteris et novi testamenti, idcirco ferebat pilos camelorum. « Et zonam pelliceam circa lumbos suos. » Omnes sancti introducuntur a Scriptura cincti, veluti semper in opere exsistentes : negligentes enim et delicati non cinguntur, ut nunc Saraceni : vel quod affectiones concupiscentiæ mortificarunt : pellis enim mortui animalis pars est. « Cibus autem ejus erant locustæ, et mel agreste. » Quidam dicunt herbas esse locustas, quas et melagra vocant ; alii nuces aut poma sylvestria ; mel autem agreste, quod a feris apibus conficitur, et in arboribus ac petris invenitur.

Vers. 5, 6. « Tunc egressa est ad illum Hierosolyma, et omnis Judæa, et omnis regio undique finitima Jordani, et baptizabantur in Jordane ab illo, confitentes peccata sua. » Tametsi baptizabantur, non tamen remissionem peccatorum habebat baptisma Joannis ; sed solam pœnitentiam prædicabat Joannes, et ad remissionem peccatorum ferebat, hoc est, ad Christi baptisma ducebat, apud quem remissio peccatorum.

Vers. 7. « Cum vidisset autem multos ex Pharisæis. » Pharisæus interpretatur absectus et divisus. Videbantur enim Pharisæi in vita et scientia separati esse, et excedere alios. « Et Sadducæis. » Hi neque resurrectionem credebant, neque angelum, neque spiritum : interpretantur autem, justi. Sedek enim justitia ; nam justos seipsos nominabant ; vel ab hæresiarcha Sadok nominantur. « Venientes ad baptismum ejus, dicit illis. » Non venerant bona mente, ut cæteri, et idcirco etiam reprehendit eos. « Progenies viperarum, quis submonstravit vobis fugere a futura ira? » Dure eis loquitur, sciens perversitatem illorum, tametsi aliquantulum laudet, dicens : Quis submonstravit vobis? Admiratur enim quomodo hoc factum sit, ut tam mala natio ipsorum resipiscat. Progenies autem viperarum vocat eos, eo quod sicut illæ devorantes matrices suas nascun-

Digitized by Google

tur, similiter et illi patres, hoc est, magistros, prophetas occiderunt. A futura ira, id est, gehennæ, inquit.

VERS. 8. « Facite igitur fructus dignos pœnitentiæ. » Vides quid dicat, quoniam non oportet solum fugere malitiam, sed etiam fructum virtutis facere. « Declina enim, inquit, a malo et fac bonum. »

VERS. 9. « Et ne sitis hac mente, ut dicatis apud vosipsos, Patrem habemus Abraham. » Hinc perierunt, quod in nobilitate sua confidebant. « Dico enim vobis, quod potest Deus etiam ex his lapidibus suscitare filios Abrahæ. » Per lapides intelliguntur etiam gentes, e quibus multi crediderunt. Simpliciter tamen dicebat Joannes, quod etiam ex lapidibus possit Deus facere filios Abrahæ. Erat enim et vulva Saræ lapis, propter sterilitatem, et nihilominus peperit. Excitavit autem Deus filios Abrahæ ex lapidibus : ecquando vero? cum multi, videntes crucifixum et ruptas petras, crediderunt.

VERS. 10. « Jam vero et securis ad radicem arborum posita est. » Securim vocat judicium Domini : arbores autem, singulos nostrum. Igitur qui non crediderit, jam hinc stirpitus exscinditur, et in gehennam mittitur. « Omnis igitur arbor. » Etiamsi ab Abrahamo descendat. « Non faciens fructum bonum. » Non dixit, Quæ non fecit, sed, Non faciens; semper enim oportet fructum ferre. Nam licet heri misericors fueris, hodie autem rapias, non bonus eris. « Exsecatur et in ignem mittitur. » Gehennæ scilicet.

VERS. 11. « Ego quidem baptizo vos in aqua ad pœnitentiam : qui autem post me venit, fortior me est. » Dixit eis, Facite fructum. Ostendit igitur quis fructus, nempe credere in eum qui post se venturus erat. Venit enim post eum Christus. Nam sicut sex tantum mensibus secundum nativitatem posterior eo erat, ita et juxta manifestationem fuit posterior. Manifestatus est enim prius Præcursor : deinde Christus, qui ab eo testimonium acceperat. « Cujus non sum idoneus calceamenta gestare. » Ne postremus quidem, inquit, ipsius sum servus ut ista gestem. Per calceamenta autem intelligas etiam duos descensus ejus, nempe eum qui e cœlis in terram, et eum qui a terra in infernum. Calceamentum enim est pellicea caro et mortificatio. Hos igitur duos descensus non potest portare Præcursor, intelligere non valens quomodo facti sint. « Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto. » Hoc est, inundabit vos largiter Spiritus sancti gratiis, quia meum, inquit, baptisma non dat spiritualem gratiam, sed neque peccatorum remissionem : ipse autem et remittet vobis peccata, et Spiritum liberaliter dabit.

VERS. 12. « Cujus ventilabrum in manu ejus. » Non credatis quod si baptizati fueritis ab illo, et deinde peccaveritis, ignoscat vobis. Nam et ventilabrum habet, hoc est, judicium et inquisitionem. « Et repurgabit aream suam. » Hoc est, Ecclesiam, quæ multos quidem habet baptizatos, sicut area omne quod in agro cultum fuit : sed inter hos alii

A ἐξέρχονται, οὕτω καὶ οὗτοι τοὺς πατέρας, ἤτοι διδασκάλους, τοὺς προφήτας, ἐφόνευον · ἀπὸ τῆς μελλούσης δὲ ὀργῆς, τῆς γεέννης, φησίν.

« Ποιήσατε οὖν καρποὺς ἀξίους τῆς μετανοίας. » Ὁρᾷς τί λέγει, ὅτι οὐ δεῖ μόνον φεύγειν τὴν κακίαν, ἀλλὰ καὶ καρποὺς ἀρετῆς ποιεῖν. « Ἔκκλινον γάρ, φησίν, ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποίησον ἀγαθόν. »

« Καὶ μὴ δόξητε λέγειν ἐν ἑαυτοῖς· Πατέρα ἔχομεν τὸν Ἀβραάμ. » Τοῦτο ἦν αὐτοῖς εἰς ἀπώλειαν, ὅτι ἐν εὐγενείᾳ ἐθάρρουν. « Λέγω γὰρ ὑμῖν ὅτι δύναται ὁ Θεὸς καὶ ἐκ τῶν λίθων τούτων ἐγεῖραι τέκνα τῷ Ἀβραάμ. » Λίθοι, νοοῦνται μὲν καὶ τὰ ἔθνη, ἐξ ὧν πολλοὶ ἐπίστευσαν. Πλὴν ἀλλὰ καὶ οὕτως ἁπλῶς τοῦτο λέγει ὁ Ἰωάννης, ὅτι καὶ ἀπὸ λίθων δύναται τέκνα ποιῆσαι τῷ Ἀβραάμ. Καὶ γὰρ λίθος ἦν καὶ B ἡ μήτρα τῆς Σάρρας, διὰ τὴν στείρωσιν, ἀλλ' ἔτεκεν ὅμως · ἤγειρε δὲ καὶ τέκνα τῷ Ἀβραὰμ ὁ Κύριος ἀπὸ τῶν λίθων · πότε; ὅτε σταυρουμένου αὐτοῦ, ἰδόντες πολλοὶ τὰς πέτρας ῥαγείσας, ἐπίστευσαν.

« Ἤδη δὲ καὶ ἡ ἀξίνη πρὸς τὴν ῥίζαν τῶν δένδρων κεῖται. » Ἀξίνην λέγει τὴν τοῦ Χριστοῦ κρίσιν. Δένδρα δὲ, ἕνα ἕκαστον ἡμῶν. Ὁ οὖν μὴ πιστεύσας, ἐντεῦθεν ἤδη αὐτόῤῥιζος ἀποτέμνεται, καὶ εἰς γέενναν ἐμβάλλεται. « Πᾶν οὖν δένδρον. » Κἂν ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ κατάγηται. « Μὴ ποιοῦν καρπὸν καλόν. » Οὐκ εἶπε, Μὴ ποιῆσαν, ἀλλὰ, *Μὴ ποιοῦν*. Ἀεὶ γὰρ δεῖ καρποφορεῖν. Εἰ γὰρ χθὲς ἠλέησας, σήμερον δὲ ἁρπάζεις, οὐκ εὐαρεστεῖς. « Ἐκκόπτεται, καὶ εἰς πῦρ βάλλεται. » Τὸ τῆς γεέννης.

C

« Ἐγὼ μὲν βαπτίζω ὑμᾶς ἐν ὕδατι εἰς μετάνοιαν · ὁ δὲ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ἰσχυρότερός μου ἐστίν. » Εἶπεν αὐτοῖς· Ποιήσατε καρπόν. Δείκνυσιν οὖν τίς ὁ καρπὸς, ὅτι τὸ πιστεῦσαι εἰς τὸν ὀπίσω αὐτοῦ ἐρχόμενον. Ὀπίσω δὲ αὐτοῦ ἦρχετο ὁ Χριστός · καθὸ καὶ ὕστερος αὐτοῦ ἦν κατὰ τὴν γέννησιν, ἓξ μόνοις μησὶν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν φανέρωσιν. Ἐφανερώθη γὰρ πρότερον ὁ Πρόδρομος, εἶτα ὁ Χριστὸς, ὑπ' αὐτοῦ μαρτυρηθείς. « Οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὰ ὑποδήματα βαστάσαι. » Οὐδὲ δοῦλος, φησὶν, ἔσχατος αὐτοῦ εἰμι, ὥστε βαστάζειν ταῦτα. Ὑποδήματα δὲ νοήσεις, καὶ τὰς δύο καταβάσεις αὐτοῦ, τήν τε ἐξ οὐρανοῦ εἰς γῆν, καὶ τὴν ἐκ γῆς εἰς τὸν ᾅδην. Ὑποδήματα γάρ εἰσιν ἡ δερματίνη σὰρξ, καὶ ἡ νέκρωσις. Ταύτας D οὖν τὰς δύο καταβάσεις, οὐ δύναται βαστάσαι ὁ Πρόδρομος, μὴ δυνάμενος νοῆσαι πῶς ἐγένοντο. « Αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. » Τουτέστι, Κατακλύσει ὑμᾶς ἀφθόνως ταῖς τοῦ Πνεύματος χάρισιν Ἐπεὶ τὸ μὲν ἐμὸν, φησὶ, βάπτισμα, οὐ δίδωσι πνευματικὴν χάριν, οὐδὲ γὰρ τὴν ἄφεσιν ἁμαρτιῶν · αὐτὸς δὲ, καὶ ἀφήσει ὑμῖν, καὶ Πνεῦμα δαψιλῶς δώσει.

« Οὗ τὸ πτύον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ. » Μὴ νομίσητε ὅτι ἐὰν βαπτισθῆτε ὑπ' ἐκείνου, εἶτα ἁμαρτάνητε, συγχωρήσει ὑμῖν. Ἀλλὰ καὶ πτύον ἔχει, τουτέστι, κρίσιν καὶ ἐξέτασιν. « Καὶ διακαθαριεῖ τὴν ἅλωα αὐτοῦ. » Τουτέστι, τὴν Ἐκκλησίαν, ἥτις πολλοὺς μὲν ἔχει βεβαπτισμένους, ὥσπερ ἐν τῇ ἅλωνι πᾶν τὸ γεώργιον · ἀλλ' ἐν τούτοις, οἱ μέν εἰσιν ἄχυρα,

Digitized by Google

ὅτοι κοῦφοί εἰσι καὶ τοῖς πνεύμασι τῆς πονηρίας κινούμενοι· οἱ δὲ, σῖτος, ὅσοι καὶ ἑτέροις ὠφελοῦσι, καὶ τρέφουσι διὰ διδασκαλίας καὶ πράξεως. « Καὶ συνάξει τὸν σῖτον εἰς τὴν ἀποθήκην αὐτοῦ· τὸ δὲ ἄχυρον κατακαύσει πυρὶ ἀσβέστῳ. » Ἄσβεστόν ἐστι τὸ πῦρ ἐκεῖνο· ὥστε φλυαρεῖ ὁ Ὠριγένης, λέγων ὅτι ἔσται τέλος τῆς κολάσεως.

« Τότε παραγίνεται ὁ Ἰησοῦς ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην πρὸς τὸν Ἰωάννην, τοῦ βαπτισθῆναι ὑπ' αὐτοῦ· ὁ δὲ Ἰωάννης διεκώλυεν αὐτὸν, λέγων. » Καθαρὸς ὢν βαπτίζεται, ἵνα ἡμᾶς ἀποπλύνῃ καὶ ἵνα δείξῃ ἡμῖν, ἐπ' ἂν μέλλωμεν βαπτισθῆναι, προκαθαίρεσθαι· ἵνα μὴ μολύνωμεν τὸ βάπτισμα, μετὰ ταῦτα εὐκόλως ῥυπαινόμενοι διὰ τὴν πονηρὰν συνήθειαν. Κωλύει δὲ αὐτὸν ὁ Ἰωάννης, ἵνα μὴ νομίσωσιν οἱ ὁρῶντες, καὶ αὐτὸν ὡς ἕνα τῶν πολλῶν εἰς μετάνοιαν βαπτιζόμενον. « Ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι. » Χρείαν γὰρ εἶχεν ὁ Πρόδρομος ὑπὸ τοῦ Κυρίου καθαρισθῆναι. Ὡς γὰρ ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ καταγόμενος, καὶ αὐτὸς ἐπεσύρετο τὸ μόλυσμα τὸ ἐκ τῆς παρακοῆς· ὁ Χριστὸς δὲ σαρκωθεὶς, ἐκαθάρισε πάντας. « Καὶ σὺ ἔρχῃ πρός με; » Οὐκ ἐτόλμησεν εἰπεῖν, ὅτι Καὶ σὺ βαπτίζῃ ὑπ' ἐμοῦ; ἀλλὰ, « Καὶ σὺ ἔρχῃ; » οὕτως εὐλαβεῖτο.

« Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς, εἶπε πρὸς αὐτόν· Ἄφες ἄρτι. » Νῦν, φησὶ, παραχώρησον· ἔσται δὲ καιρὸς ὅτε τὴν ἀξίαν δόξαν ἕξομεν, κἂν μὴ νῦν φαινώμεθα. « Οὕτω γὰρ πρέπον ἐστὶν ἡμῖν πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην. » Τὸν νόμον λέγει δικαιοσύνην. Ἐπικατάρατος, φησὶν, ἦν ἡ ἀνθρωπίνη φύσις, ὅτι τὸν νόμον οὐκ ἠδύνατο τελειῶσαι. Ἐγὼ τοίνυν ἐτέλεσα καὶ τἆλλα τοῦ νόμου· λείπει δέ μοι τοῦτο, τὸ βαπτισθῆναι. Τοῦτο τοίνυν τελέσας, ἀπαλλάξω τὴν φύσιν τῆς κατάρας· τοῦτο γὰρ ἐμοὶ πρέπει.

« Τότε ἀφίησιν αὐτόν· καὶ βαπτισθεὶς ὁ Ἰησοῦς. » Τριάκοντα ἐτῶν ὢν βαπτίζεται, ἐπεὶ αὕτη ἡ ἡλικία δέχεται πάντα τὰ ἁμαρτήματα. Ἐν μὲν γὰρ τῇ πρώτῃ ἡλικίᾳ, πολὺ τὸ ἀνόητον· ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ, τῇ τῶν νεωτέρων, πολλὴ ἡ φλὸξ τῆς ἐπιθυμίας καὶ τοῦ θυμοῦ· ἐν δὲ ταύτῃ τῇ τῶν ἀνδρῶν, πολλὴ ἡ φιλοχρηματία. Ἀνέμεινεν οὖν ταύτην τὴν ἡλικίαν, ἵνα διὰ πασῶν τῶν ἡλικιῶν πληρώσῃ τὸν νόμον, καὶ ἁγιάσῃ ἡμᾶς. « Εὐθὺς ἀνέβη ἀπὸ τοῦ ὕδατος. » Οἱ Μανιχαῖοι λέγουσιν, ὅτι τὸ σῶμα αὐτοῦ ἀπέθετο ἐν τῷ Ἰορδάνῃ, κατὰ φαντασίαν δὲ ἄλλο σῶμα ἔδειξεν. Ἐπιστομίζονται δὲ ἐντεῦθεν. Ὁ Ἰησοῦς γὰρ, φησὶν, ἀνέβη· οὐκ ἄλλος ἀνέβη, ἀλλ' ὁ καταβὰς εἰς τὸ ὕδωρ. « Καὶ ἰδοὺ ἀνεῴχθησαν αὐτῷ οἱ οὐρανοί. » Ὁ μὲν Ἀδὰμ αὐτοὺς ἔκλεισε· διὰ δὲ τὸν Χριστὸν ἀνοίγονται· ἵνα μάθῃς, ὅτι καὶ σὺ ὅταν βαπτίζῃ, ἀνοίγεις αὐτούς.

« Καὶ εἶδε τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ καταβαῖνον ὡσεὶ περιστερὰν, καὶ ἐρχόμενον ἐπ' αὐτὸν, καὶ ἰδοὺ φωνὴ ἐκ τῶν οὐρανῶν, λέγουσα. » Κατέρχεται τὸ Πνεῦμα, ἵνα μαρτυρήσῃ, ὅτι μείζων ὁ βαπτιζόμενος ἢ ὁ βαπτίζων. Οἱ γὰρ Ἰουδαῖοι μέγαν εἶχον τὸν Ἰωάννην, τοῦ δὲ Χριστοῦ οὐ τοσοῦτον ἐφρόντιζον. Εἶδον δὲ τὸ Πνεῦμα πάντες ἐρχόμενον ἐπὶ τὸν Ἰησοῦν, ὡς ἂν μὴ νομίσωσιν ὅτι ἡ φωνὴ ἡ λέγουσα, « Οὗτός ἐστιν

A quidem sunt paleæ, hi scilicet qui leves sunt, et spiritibus malitiæ agitantur : alii autem triticum, qui aliis utiles sunt, et alios pascunt doctrina et opere. « Et congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inexstinguibili. » Inexstinguibilem illum ignem vocat. Unde nugatur Origenes, dicens quod futurus sit finis suppliciorum.

Vers. 13, 14. « Tunc venit Jesus a Galilæa in Jordanem ad Joannem, ut baptizaretur ab eo. Joannes autem prohibebat eum, dicens. » Cum mundus esset, baptizatur, ut nos abluat, et ut ostendat nobis quod si baptizari velimus, prius mundemur, ut ne inquinemus baptisma, postea facile in sordes relabentes propter malam consuetudinem. Prohibet autem eum Joannes, ut ne videntes illum putent B quasi unum ex multis ad pœnitentiam baptizari. « Mihi opus est ut a te baptizer. » Opus enim habebat Præcursor a Domino mundari, utpote ab Adam descendens. Nam et ipse contraxerat ortum ex inobedientia inquinamentum. Christus autem incarnatus, purificavit omnes. « Et tu venis ad me? » Non ausus fuit dicere, Et tu baptizaris a me? sed, Et tu venis? tam pius erat.

Vers. 15. « Respondens autem Jesus, dixit ad illum, Dimitte nunc. « Nunc, inquit, permitte : erit autem tempus, quo digna nobis erit gloria, licet nunc non appareamus. « Sic enim decet, ut impleamus omnem justitiam. » Legem vocat justitiam. C Maledicta erat, inquit, humana natura, quia legem non poterat perficere. Ego igitur cum impleverim alia quæ in lege sunt, et desit hoc unum ut baptizer, ea propter cum hoc fecero, liberabo naturam a maledicto. Hoc **19** enim me decet.

Vers. 15, 16. « Tunc omittit illum : et baptizatus Jesus. » Christus cum triginta annorum esset, baptizatur, eo quod ætas illa peccata omnia in se accipit. In prima ætate magna est insipientia. In secunda, quæ est adolescentum, magna est flamma concupiscentiæ et iræ. In virili autem, amor opum regnat. Exspectavit igitur hanc ætatem, ut per omnes ætates impleret legem, et nos sanctificaret. « Statim ascendit ab aqua. » Manichæi dicunt quod corpus suum deposuerit in Jordane, juxta apparen- D tiam autem aliud corpus monstrarit. Obmutescunt autem hinc ; Jesus enim, inquit, ascendit : non alius ascendit, sed is qui in aquam descenderat. « Et ecce aperti sunt ei cœli. » Adam illos clausit, per Christum autem aperiuntur, ut discas, quod quando baptizaris, aperis eos.

Vers. 16, 17. « Et vidit Spiritum Dei descendentem quasi columbam, et venientem super eum, et ecce vox e cœlis, dicens. » Descendit Spiritus, ut testimonium perhibeat quod major sit qui baptizatur, quam qui baptizat. Judæi enim magnificabant Joannem, at Christum non tantum curabant. Viderunt autem Spiritum omnes venientem super Jesum, ut ne putarent quod vox dicens, Hic est Filius

Digitized by Google

meus dilectus, propter Joannem dicta sit, sed viso Spiritu crederent quod propter Jesum vox illa sit. Quasi columbam, propter innocentiam et mansuetudinem, et quod mundissima sit columba, et ubi fetor est, ibi non maneat, sic et Spiritus sanctus. Et ut de Noe aiunt columbam nuntiasse diluvii solutionem, ramum olivæ afferentem, sic et hic Spiritus sanctus manifestat peccatorum solutionem. Illic ramus olivæ, hic misericordia Dei. « Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene placitum est. » Hoc est, in quo requiesco, in quo mihi complaceo.

A ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, » διὰ τὸν Ἰωάννην ἐγένετο, ἀλλ' ἰδόντες τὸ Πνεῦμα, πιστεύσωσιν, ὅτι ἡ φωνὴ αὕτη διὰ τὸν Ἰησοῦν ἐστιν. Ὡσεὶ περιστερὰν δέ, διὰ τὸ ἄκακον καὶ πρᾶον· καὶ ὅτι καθαρώτατόν ἐστιν ἡ περιστερὰ, καὶ ἔνθα δυσωδία ἐστὶν, οὐ παραμένει· οὕτω καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦ Νῶε, περιστερὰ ἤγγειλε τὴν λύσιν τοῦ κατακλυσμοῦ, κάρφος ἐλαίας φέρουσα· οὕτω καὶ ἐνταῦθα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, δηλοῖ λύσιν τῶν ἁμαρτιῶν. Ἐκεῖ κάρφος ἐλαίας, ἐνταῦθα δὲ ἔλεος Θεοῦ. « Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα· » τουτέστιν, Ἐν ᾧ ἀναπαύομαι, ἐν ᾧ ἀρέσκομαι.

CAPUT IV.

De tentatione Christi in deserto, de vocatione Petri, et Andreæ et filiorum Zebedæi.

ΚΕΦΑΛ. Δ'.

Περὶ πειρασμοῦ τοῦ Χριστοῦ, περὶ τῆς τοῦ Πέτρου, καὶ Ἀνδρέου, καὶ τῶν υἱῶν τοῦ Ζεβεδαίου κλήσεως.

B

Vers. 1. « Tunc Jesus ductus est in desertum a Spiritu. » Docens nos, quod post baptismum magis oportet exspectare tentationes, ducitur a Spiritu sancto : nihil enim sine Spiritu fecit. Ducitur autem in desertum, ut ostendat nobis quod diabolus tunc nos tentet quando viderit solitarios, et non ab aliis adjutos. Oportet igitur nos non temere fidere nobisipsis. « Ut tentaretur a diabolo. » Diabolus dicitur, quod accusaverit et calumniatus fuerit Deum apud Adam. Dixit enim illi, Deus vobis invidet ; et nunc virtutem apud nos calumniatur.

« Τότε ὁ Ἰησοῦς ἀνήχθη εἰς τὴν ἔρημον ὑπὸ τοῦ Πνεύματος. » Διδάσκων ἡμᾶς, ὅτι μετὰ τὸ βάπτισμα, μᾶλλον δεῖ προσδοκᾶν πειρασμούς, ἀνάγεται ὑπὸ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου· οὐδὲν γὰρ ἄνευ τοῦ Πνεύματος ἔπραττεν. Ἀνάγεται δὲ εἰς τὴν ἔρημον, ἵνα δείξῃ ἡμῖν, ὅτι ὁ διάβολος τότε πειράζει ἡμᾶς, ὅταν ἴδῃ μεμονωμένους, καὶ μὴ ὑπ' ἀλλήλων βοηθουμένους. Δεῖ οὖν ἡμᾶς μὴ ἀβούλως ἑαυτοὺς θαρρεῖν. « Πειρασθῆναι ὑπὸ τοῦ διαβόλου. » Διάβολος λέγεται ὡς διαβαλὼν τὸν Θεὸν πρὸς τὸν Ἀδάμ. Εἶπε γὰρ αὐτῷ, ὅτι ὁ Θεὸς φθονεῖ ὑμῖν. Καὶ νῦν δὲ τὴν ἀρετὴν διαβάλλει πρὸς ἡμᾶς.

Vers. 2. « Et cum jejunasset. » Jejunavit, ut ostendat quod magna armatura contra tentationes sit jejunium, sicut principium omnis peccati, deliciæ. « Dies quadraginta, **20** et noctes quadraginta. » Tot jejunavit quot et Moses et Elias : quod si plures jejunasset, visa fuisset incarnatio ejus fictitia et apparens. « Postea esuriit. » Quando permisit naturæ, tunc et esuriit, ut daret occasionem diabolo accedendi et congrediendi secum propter famem, et sic prosternat et dejiciat eum, nobisque victoriam largiatur.

« Καὶ νηστεύσας. » Ἐνήστευσεν, ἵνα δείξῃ, ὅτι C ὅπλον μέγα ἡ νηστεία κατὰ τῶν πειρασμῶν, ὥσπερ ἀρχὴ πάσης ἁμαρτίας, ἡ τρυφή. « Ἡμέρας τεσσαράκοντα καὶ νύκτας τεσσαράκοντα. » Τοσαύτας νηστεύει ὅσας καὶ Μωσῆς, καὶ Ἠλίας· εἰ γὰρ πλείους, ἔδοξεν ἂν φαντασία ἡ σάρκωσις. « Ὕστερον ἐπείνασεν. » Ὅτι συνεχώρησε τῇ φύσει, τότε καὶ ἐπείνασεν, ἵνα δώσῃ ἀφορμὴν τῷ διαβόλῳ προσελθεῖν καὶ συμπλακῆναι αὐτῷ διὰ τῆς πείνης, καὶ οὕτω ῥίψῃ αὐτὸν καὶ καταβάλῃ, καὶ τὴν νίκην χαρίσηται ἡμῖν.

Vers. 3. « Et cum accessisset ad eum ille qui tentat, dixit : Si Filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant (*a*). » Audivit vocem cœlestem latro. Iterum videt eum esurientem, et dubitat adhuc, quomodo Filius Dei esuriat, et idcirco tentat eum ut discat. Adulatur autem ei, putans se quid suffuraturum, D dicendo, « Si Filius Dei es. » Jam rogas, Et quod peccatum erat facere lapides, panes? Audi igitur, quia audire diabolum in aliquo, peccatum est. Vide autem et aliud : non dixit, Ut lapis hic panis fiat, sed *lapides* : volens Christum ad superflua instigare. Esurienti enim unus panis sufficit, et propter hoc Christus non audivit eum.

« Καὶ προσελθὼν αὐτῷ ὁ πειράζων, εἶπεν· Εἰ Υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, εἰπὲ ἵνα οἱ λίθοι οὗτοι ἄρτοι γένωνται. » Ἤκουσε τῆς ἐξ οὐρανοῦ φωνῆς ὁ λῃστής. Πάλιν εἶδεν αὐτὸν πεινῶντα, καὶ ἀμφέβαλλε λοιπὸν, πῶς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ πεινᾷ· διὰ τοῦτο τοίνυν πειράζει αὐτὸν, ἵνα μάθῃ Κολακεύει δὲ αὐτὸν, νομίζων ὑποκλέψαι, ἐν τῷ λέγειν· « Εἰ Υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ. » Ἀλλ' ἐρωτᾷς· Καὶ τί ἁμάρτημα ἦν τὸ ποιῆσαι τοὺς λίθους ἄρτους ; Ἄκουε οὖν, ὅτι τὸ ἀκούειν τοῦ διαβόλου κατά τι, ἁμάρτημά ἐστιν. Ἄλλως τε ἴδε· οὐκ εἶπεν, Ἵνα ὁ λίθος οὗτος γένηται ἄρτος, ἀλλ' *Οἱ λίθοι*, θέλων ῥίψαι τὸν Χριστὸν εἰς περιττότητα. Τῷ γὰρ πεινῶντι εἷς ἄρτος ἀρκεῖ πάντως· διὰ τοῦτο ὁ Χριστὸς οὐκ ἤκουσεν αὐτοῦ.

Vers. 4. « At ille respondens, dixit : Scriptum est, Non in pane solo victurus est homo, sed in omni verbo quod egreditur per os Dei. » Ex veteri testamento est testimonium hoc ; Mosis enim sermo

« Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπε· Γέγραπται, Οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐπὶ παντὶ ῥήματι ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος Θεοῦ. » Ἀπὸ τῆς Παλαιᾶς ἐστιν ἡ μαρτυρία· Μωσέως γὰρ ὁ λόγος.

(*a*) Edit. Lut. omisit Scripturæ verba.

Digitized by Google

Καὶ γὰρ καὶ οἱ Ἑβραῖοι, τῷ μάννα ἐτράφησαν, οὐκ ἄρτῳ ὄντι, ἀλλὰ διὰ ῥήματος Θεοῦ, πᾶσαν χρείαν τῶν Ἑβραίων πληροῦντι, καὶ πάντα γινομένῳ ὅσα ἂν φαγεῖν τις ἐπεθύμει. Εἴτε γὰρ ἰχθύος, εἴτε ᾠοῦ, εἴτε τυροῦ ἐπεθύμει ὁ Ἰουδαῖος, τοιαύτην γεῦσιν παρεῖχεν αὐτῷ τὸ μάννα.

« Τότε παραλαμβάνει αὐτὸν ὁ διάβολος εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν, καὶ ἵστησιν αὐτὸν ἐπὶ τὸ πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ. » Μέρος τι τοῦ ἱεροῦ, οἷα τὰ παρ' ἡμῖν λεγόμενα δίῤῥυτα· ὥσπερ γὰρ πτέρυγες δοκοῦσιν.

« Καὶ λέγει αὐτῷ· Εἰ Υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, βάλλε σεαυτὸν κάτω. Γέγραπται γὰρ, ὅτι τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ, καὶ ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσί σε, μήποτε προσκόψῃς πρὸς λίθον τὸν πόδα σου. » Εἰ Υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, μονονουχὶ τοῦτο λέγει· Ἐγὼ οὐ πιστεύω τῇ ἐξ οὐρανῶν φωνῇ· ὅμως σὺ, εἰ Υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, δεῖξόν μοι. Καίτοι γε, ὦ μιαρὲ, εἰ Υἱὸς ἦν τοῦ Θεοῦ, κατακρήμνισεν ἂν ἑαυτόν; Τῆς σῆς ὠμότητος τοῦτό ἐστι, τὸ κατακρημνίζειν τοὺς δαιμονῶντας· Θεοῦ δὲ, τὸ σώζειν. Οὐ γέγραπται δὲ τὸ, « Ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσί σε, » περὶ τοῦ Χριστοῦ, ἀλλὰ περὶ τῶν ἁγίων, τῶν δεομένων βοηθείας ἀγγελικῆς. Ὁ δὲ Χριστὸς οὐ δεῖται, Θεὸς ὤν.

« Ἔφη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Πάλιν γεγραπται· Οὐκ ἐκπειράσεις Κύριον τὸν Θεόν σου. » Ἡμέρως αὐτὸν ἀποκρούεται ὁ Χριστὸς, διδάσκων ἡμᾶς διὰ τῆς πραότητος νικᾷν τοὺς δαίμονας.

Πάλιν παραλαμβάνει αὐτὸν ὁ διάβολος εἰς ὄρος ὑψηλὸν λίαν, καὶ δείκνυσιν αὐτῷ πάσας τὰς βασιλείας τοῦ κόσμου, καὶ τὴν δόξαν αὐτῶν, καὶ λέγει αὐτῷ· Ταῦτα πάντα σοι δώσω, ἐὰν πεσὼν προσκυνήσῃς μοι. » Τινὲς μὲν νομίζουσιν ὄρος ὑψηλὸν, τὸ τῆς φιλοχρηματίας πάθος, εἰς ὃ σπουδάζει ἀναγαγεῖν τὸν Ἰησοῦν ὁ ἐχθρός· ἀλλ' οὐ καλῶς νομίζουσιν. Αἰσθητῶς γὰρ ἐφάνη αὐτῷ ὁ διάβολος· λογισμοὺς γὰρ ὁ Κύριος οὐκ ἐδέξατο, μὴ γένοιτο. Αἰσθητῶς οὖν αὐτῷ ἔδειξεν ἐν τῷ ὄρει πάσας τὰς βασιλείας, κατὰ φαντασίαν ὑποστήσας αὐτῷ πρὸ ὀφθαλμῶν ταύτας, καὶ, « Ταῦτα πάντα σοι δώσω, » φησίν. Ὡς γὰρ ἴδιον ὄντα τὸν κόσμον λογίζεται, ὑπὸ ὑπερηφανίας· τοῦτο δὲ καὶ νῦν λέγει τοῖς πλεονέκταις, ὥστε οἱ προσκυνοῦντες αὐτῷ, ἐκεῖνοι ταῦτα ἔχουσιν.

« Τότε λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ὕπαγε ὀπίσω μου, Σατανᾶ· γέγραπται γάρ· Κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. » Ὀργίζεται ὁ Κύριος αὐτῷ, ὅτε εἶδε αὐτὸν τὰ τοῦ Θεοῦ σφετεριζόμενον, καὶ λέγοντα· « Ταῦτα πάντα σοι δώσω, » ὡς ἴδια. Μάθε δὲ πῶς ὠφελοῦσιν αἱ Γραφαί· ὁ γὰρ Κύριος ἀπ' αὐτῶν ἐπεστόμισε τὸν ἐχθρόν.

« Τότε ἀφίησιν αὐτὸν ὁ διάβολος· καὶ ἰδοὺ ἄγγελοι προσῆλθον, καὶ διηκόνουν αὐτῷ. » Τοὺς τρεῖς πειρασμοὺς ἐνίκησεν ὁ Κύριος, τὸν τῆς γαστριμαργίας, τὸν τῆς κενοδοξίας, καὶ τὸν τῆς φιλοχρηματίας, ἤγουν φιλοπλουτίας. Οὗτοι γάρ εἰσιν οἱ ἄρχοντες τῶν παθῶν· τούτους οὖν νικήσας, καὶ τοὺς ἄλλους πολλῷ μᾶλλον. Ὅθεν ὁ Λουκᾶς φησὶν ὅτι πάντα πειρασμὸν ἐτέλεσε, τὰς κεφαλὰς τῶν πειρασμῶν τελέσας. Ὅθεν καὶ ἄγγελοι διακονοῦσιν αὐτῷ, ἵνα

A est. Nam et Hebræi cibati sunt manna, quod non erat panis, sed per verbum Dei implebat omnem Hebræorum indigentiam, et fiebat omnia quæcunque comedere quisquam cupiebat : nam sive piscem, sive ovum, sive caseum concupiscebat Judæus, illius gustum manna ei præbebat.

Vers. 5. « Tunc assumit eum diabolus in sanctam civitatem, et statuit eum supra pinnaculum templi. » Pars quædam templi erat, sicut quæ apud nos dicuntur δίῤῥυτα : videntur enim sicut alæ esse.

Vers. 6. « Et dicit ei, Si Filius Dei es tu, mittito te deorsum. Scriptum est enim, Angelis suis mandabit de te, et in manibus portabunt te, ne forte impingas in lapidem pedem tuum. » Si Filius Dei es tu, quasi hoc dicat : Ego non credo voci cœlitus B missæ : attamen tu, si Filius Dei es, ostende mihi. Quamvis Filius Dei erat, num, o maledicte, præcipitare debebat seipsum? Tuæ crudelitatis est, præcipitare dæmonio actos, Dei autem salvare. Non autem scriptum est istud, In manibus portabunt te, propter Christum, sed propter sanctos, qui indigent angelico præsidio. Christus autem, qui Deus est, non opus illo habet.

Vers. 7. « Dixit illi Jesus : Rursum scriptum est, Non tentabis Dominum Deum tuum. » Mansuete repellit eum Christus, docens et nos mansuetudine dæmones vincere.

Vers. 8, 9. « Iterum assumit eum diabolus in C montem excelsum valde, et monstrat ei omnia regna mundi et gloriam illorum, et dicit ei, Hæc omnia tibi dabo, si prociderís et adoraveris me. » Quidam putant montem excelsum valde, affectionem et studium in possidendis divitiis, in quem conatur inimicus Jesum ducere; sed non recte opinantur. In sensibili enim forma apparuit ei diabolus. **21** Cogitationes enim tales non habuit Dominus, absit. Sensibiliter igitur ei monstravit in monte omnia regna, ante oculos ea apparere faciens, et, Hæc omnia tibi dabo, inquit. Mundum quasi suus proprius esset proponit, præ superbia. Hoc et nunc dicit avaris, ut adorantes eum omnia hæc habeant.

Vers. 10. « Tunc dicit ei Jesus, Vade post me D Satana. Scriptum est enim, Dominum Deum tuum adorabis, et illum solum coles. » Irascitur illi Dominus, quando videt illum ea quæ Dei sunt sibi vindicantem, et dicentem, Hæc omnia tibi dabo, ut propria. Disce autem quomodo prosint Scripturæ, per quas Dominus os inimici obturavit.

Vers. 11. « Tunc omittit illum diabolus, et ecce angeli accedebant et ministrabant ei. » Tres tentationes superavit Dominus, gulæ, vanæ gloriæ, et avaritiæ. Illæ enim præcipuæ sunt affectiones. Has igitur qui vicerit, alias multo magis vincet. Unde Lucas dicit quod omnem tentationem consummaverit, quandoquidem capita tentationum vicit. Proinde angeli ei ministrant : quo commonstratur quod et nobis post victoriam angeli ministraturi sint, omnia

Digitized by Google

enim propter nos et fecit et monstravit Dominus, quoniam ei ut Deo angeli semper ministrant.

δειχθῇ ὅτι καὶ ἡμῖν μετὰ τὴν νίκην ἄγγελοι ὑπηρετήσουσι. Πάντα γὰρ δι' ἡμᾶς καὶ ποιεῖ καὶ δείκνυσιν ὁ Χριστός. Ἐπεὶ αὐτῷ, ὡς Θεῷ, ἀεὶ οἱ ἄγγελοι ὑπουργοῦσιν.

VERS. 12, 13. « Cum audisset autem Jesus, quod Joannes traditus esset, secessit in Galilæam, et relicta Nazareth, profectus habitavit in Capernaum, quæ est apud mare, in confiniis Zabulon et Nephthalim. » Secedit Jesus, docens nos ne temere periculis nos injiciamus. Secedit autem in Galilæam, hoc est, devolubilem. Gentes enim in peccatis volutantur. Habitat autem in Capernaum, quod est domus consolationis : ut enim faciat gentes domum consolatoris, ob eam causam (*a*) descendit. Zabulon interpretatur nocturna, Nephthalim autem latitudo. Gentes enim et noctem habebant et latitudinem in vita : non enim per angustam viam ambulabant, sed per eam quæ in perditionem fert.

« Ἀκούσας δὲ ὁ Ἰησοῦς ὅτι Ἰωάννης παρεδόθη, ἀνεχώρησεν εἰς τὴν Γαλιλαίαν· καὶ καταλιπὼν τὴν Ναζαρὲτ, ἐλθὼν κατῴκησεν εἰς Καπερναοὺμ, τὴν παραθαλασσίαν, ἐν ὁρίοις Ζαβουλὼν καὶ Νεφθαλείμ. » Ἀναχωρεῖ ὁ Ἰησοῦς, παιδεύων ἡμᾶς μὴ ἐπιῤῥίπτειν ἑαυτοὺς τοῖς κινδύνοις. Ἀναχωρεῖ δὲ εἰς τὴν Γαλιλαίαν, ὅ ἐστι, τὴν κατακυλιστήν. Τὰ γὰρ ἔθνη εἰς τὴν ἁμαρτίαν κατεκυλίοντο. Καὶ κατοικεῖ ἐν Καπερναοὺμ, ὅ ἐστιν οἶκος παρακλήσεως· ἵνα γὰρ ποιήσῃ τὰ ἔθνη οἶκον τοῦ Παρακλήτου, διὰ τοῦτο κατῆλθε. Ζαβουλὼν δὲ ἑρμηνεύεται *νυκτερία*· Νεφθαλείμ δὲ, *πλατυσμός*. Τὰ τοίνυν ἔθνη, καὶ νύκτα εἶχον καὶ πλατυσμὸν ἐν τῇ ζωῇ. Οὐ γὰρ τὴν στενὴν ὁδὸν ἐβάδιζον, ἀλλὰ τὴν εἰς ἀπώλειαν φέρουσαν.

VERS. 14-16. « Ut impleatur quod dictum est per Isaiam prophetam, dicentem : Terra Zabulon, et terra Nephthalim juxta viam maris trans Jordanem, Galilæa gentium. Populus qui sedebat] in tenebris vidit lucem magnam, et sedentibus in regione et umbra mortis, lux orta est eis » Viam maris pro eo quod est ad viam maris sitam. Lux autem magna, Evangelium. Lex enim lux et ipsa erat, sed parva. Umbra autem mortis, peccatum : similitudo enim et adumbratio mortis est. Nam sicut mors corpus, ita et peccatum animam invadit. Orta autem est lux nobis. Non enim quæsivimus illam nos, sed illa apparuit nobis, quasi sequens nos.

« Ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου, λέγοντος· Γῆ Ζαβουλὼν καὶ γῆ Νεφθαλείμ, ὁδὸν θαλάσσης πέραν τοῦ Ἰορδάνου, Γαλιλαία τῶν ἐθνῶν· ὁ λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει, εἶδε φῶς μέγα· καὶ τοῖς καθημένοις ἐν χώρᾳ καὶ σκιᾷ θανάτου, φῶς ἀνέτειλεν αὐτοῖς. » Ὁδὸν θαλάσσης, ἀντὶ τοῦ, ἡ πρὸς τὴν ὁδὸν τῆς θαλάσσης κειμένη. Φῶς δὲ μέγα, τὸ Εὐαγγέλιον. Ὁ γὰρ νόμος, φῶς καὶ αὐτὸς ἦν, ἀλλὰ μικρόν. Σκιὰ δὲ θανάτου, ἡ ἁμαρτία· ὁμοίωμα γὰρ καὶ σκιαγραφία τοῦ θανάτου ἐστίν. Ὡς γὰρ ὁ θάνατος τὸ σῶμα, οὕτως αὕτη τὴν ψυχὴν κατέχει. Ἀνέτειλε δὲ τὸ φῶς ἡμῖν. Οὐ γὰρ ἡμεῖς ἐζητήσαμεν αὐτὸ, ἀλλ' ἐκεῖνο ἐπεφάνη ἡμῖν, ὡσανεὶ καταδιῶξαν ἡμᾶς.

VERS. 17. « Ex hoc cœpit Jesus prædicare ac dicere. » Ex quo tempore detentus est in vinculis Joannes, cœpit prædicare Jesus. Exspectavit enim Jesus, ut Joannes prius de se testificaretur, et pararet **22** sibi viam qua venturus erat : sicut servi ante dominos præparant. Æqualis enim existens Patri Dominus, habebat et ipse prophetam Joannem, sicut et Pater ejus et Deus habuit prophetas ante Joannem, imo et illi et Patris sunt et Filii. « Resipiscite, in propinquo enim est regnum cœlorum. » Regnum cœlorum est et Christus, est et vita virtutibus prædita. Quando enim quis super terram vivit sicut angelus, nonne cœlestis est? atque ita in unoquoque nostrum est regnum cœlorum, si angelicam vitam agimus.

« Ἀπὸ τότε ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς κηρύσσειν καὶ λέγειν. » Ἀφ' οὗ ἐδεσμεύθη ὁ Ἰωάννης, ἤρξατο κηρύσσειν ὁ Ἰησοῦς. Ἀνέμενε γὰρ τὸν Ἰωάννην πρότερον μαρτυρῆσαι περὶ αὐτοῦ, καὶ κατασκευάσαι αὐτῷ ὁδὸν, δι' ἧς ἔμελλεν ἐλθεῖν, ὥσπερ καὶ τοῖς δεσπόταις οἱ δοῦλοι προετοιμάζουσιν. Ἴσος γὰρ ὢν τῷ Πατρὶ ὁ Κύριος, εἶχε καὶ αὐτὸς προφήτην τὸν Ἰωάννην, ὥσπερ ὁ Πατὴρ αὐτοῦ καὶ Θεὸς εἶχε τοὺς πρὸ τοῦ Ἰωάννου προφήτας, μᾶλλον δὲ κἀκεῖνοι τοῦ τε Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ εἰσιν. « Μετανοεῖτε· ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. » Βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἐστὶ καὶ ὁ Χριστὸς, ἔστι δὲ καὶ ἡ ἐνάρετος ζωή. Ὅταν γάρ τις ὡς ἄγγελος πολιτεύηται ἐν γῇ, ἆρα οὐχ οὐράνιός ἐστιν; ὥστε ἐν ἑκάστῳ ἡμῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, ἐὰν ἀγγελικῶς ζῶμεν.

VERS. 18, 19. « Ambulans autem apud mare Galilææ, vidit duos fratres, Simonem qui dicitur Petrus, et Andream fratrem ejus, mittentes rete in mare. Erant enim piscatores, et dicit illis. » Hi fuerunt discipuli Joannis. Vivente autem adhuc Joanne, accesserunt ad Christum. Porro ubi Joannem viderunt vinctum, reversi sunt ad piscatoriam, et sic veniens Christus piscatur eos, dicens :

« Περιπατῶν δὲ παρὰ τὴν θάλασσαν τῆς Γαλιλαίας, εἶδε δύο ἀδελφοὺς, Σίμωνα τὸν λεγόμενον Πέτρον, καὶ Ἀνδρέαν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, βάλλοντας ἀμφίβληστρον εἰς τὴν θάλασσαν (ἦσαν γὰρ ἁλιεῖς), καὶ λέγει αὐτοῖς. » Οὗτοι τοῦ Ἰωάννου ἐγένοντο μαθηταί. Ζῶντος δὲ ἔτι τοῦ Ἰωάννου, προσῆλθον τῷ Χριστῷ. Ὡς δὲ εἶδον τὸν Ἰωάννην δεσμευθέντα, πάλιν ὑπέστρεψαν εἰς τὴν ἁλιευτικὴν, καὶ οὕτως ἐλθὼν ὁ Χριστὸς, ἁλιεύει αὐτοὺς, λέγων·

(*a*) Edit. Lut. omisit, *ob eam causam.*

Digitized by Google

« Δεῦτε ὀπίσω μου, καὶ ποιήσω ὑμᾶς ἁλιεῖς ἀν- A θρώπων. Οἱ δὲ, εὐθέως ἀφέντες τὰ δίκτυα, ἠκολούθησαν αὐτῷ. » Ὅρα ὑπηκόους ἀνθρώπους, εὐθέως ἠκολούθησαν αὐτῷ. Ὅθεν δῆλον ὅτι δευτέρα ἐστὶν ἡ κλῆσις αὕτη. Προδιδαχθέντες γὰρ ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ, εἶτα ἀφέντες αὐτὸν, ἑτοίμως πάλιν ἠκολούθησαν ἰδόντες αὐτόν.

« Καὶ προβὰς ἐκεῖθεν, εἶδεν ἄλλους δύο ἀδελφοὺς, Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ζεβεδαίου, καὶ Ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ἐν τῷ πλοίῳ μετὰ Ζεβεδαίου τοῦ πατρὸς αὐτῶν. » Ἀρετὴ μεγίστη, τὸ γηροτροφεῖν τὸν πατέρα αὐτῶν, καὶ ἀπὸ δικαίων τρέφεσθαι πόνων. « Καταρτίζοντας τὰ δίκτυα αὐτῶν. » Πένητες γὰρ ἦσαν, καὶ διὰ τοῦτο μὴ δυνάμενοι νέα ὠνήσασθαι, τὰ παλαιὰ συνέῤῥαπτον.

« Οἱ δὲ, εὐθέως ἀφέντες τὸ πλοῖον καὶ τὸν πα- B τέρα αὐτῶν, ἠκολούθησαν αὐτῷ. » Φαίνεται, ὁ Ζεβεδαῖος μὴ πιστεύσας, καὶ διὰ τοῦτο ἀφῆκαν αὐτόν. Ὁρᾷς πότε δεῖ ἀφεῖναι τὸν πατέρα, ὅταν ἐμποδίζῃ πρὸς ἀρετὴν καὶ θεοσέβειαν. Οὗτοι δὲ ἰδόντες τοὺς προτέρους ἀκολουθοῦντας, εἰκότως ἠκολούθησαν, μιμησάμενοι ἐκείνους.

« Καὶ περιῆγε ὁ Ἰησοῦς ὅλην τὴν Γαλιλαίαν, διδάσκων ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν, καὶ κηρύσσων τὸ Εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας. » Ἵνα δείξῃ ὅτι οὐκ ἔστιν ἐναντίος τῷ νόμῳ, εἰσέρχεται εἰς τὰς συναγωγὰς τῶν Ἑβραίων. « Καὶ θεραπεύων πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἐν τῷ λαῷ. » Τῶν σημείων ἄρχεται, ἵνα πιστώσηται ἃ διδάσκει. Νόσος δέ ἐστιν ἡ χρονία κακοπάθεια· μαλακία δὲ, ἡ πρόσκαιρος C ἀνωμαλία τοῦ σώματος.

« Καὶ ἐξῆλθεν ἡ ἀκοὴ αὐτοῦ εἰς ὅλην τὴν Συρίαν, καὶ προσήνεγκαν αὐτῷ πάντας τοὺς κακῶς ἔχοντας ποικίλαις νόσοις καὶ βασάνοις συνεχομένους, καὶ σεληνιαζομένους, καὶ παραλυτικοὺς, καὶ ἐθεράπευσεν αὐτούς. » Οὐκ (1) ἀπῄτησεν ὁ Χριστός τινα ἐκ τῶν προσαγομένων, πίστιν, διότι αὐτὸ (2) τοῦτο πίστεως ἦν, τὸ μακρόθεν προσφέρειν αὐτούς. Σεληνιαζομένους δὲ λέγει τοὺς δαιμονῶντας. Ὁ γὰρ δαίμων, θέλων ἐνσπεῖραι τοῖς ἀνθρώποις ὅτι οἱ ἀστέρες κακοποιοί εἰσιν, ἐπετήρει τὴν σελήνην ὁλόκυκλον οὖσαν, καὶ τότε ἐπετίθετο; ἵνα δόξῃ ἡ σελήνη τοῦ πάθους αἰτία, καὶ διαβληθῇ ἡ δημιουργία τοῦ Θεοῦ, ὥσπερ καὶ οἱ Μανιχαῖοι ἐπλανήθησαν.

Καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ ὄχλοι πολλοὶ ἀπὸ τῆς Γα- D λιλαίας, καὶ Δεκαπόλεως, καὶ Ἱεροσολύμων, καὶ Ἰουδαίας καὶ πέραν τοῦ Ἰορδάνου.

ΚΕΦΑΛ. Ε'.

Περὶ τῶν μακαρισμῶν. Περὶ τοῦ μὴ φιλονεικεῖν πρὸς τὸν πλησίον. Περὶ τοῦ μὴ μοιχεύειν. Περὶ τοῦ μὴ ἀπολύειν τὴν γυναῖκα. Περὶ τοῦ μὴ ὀμόσαι ὅλως. Περὶ τοῦ τὰς ὕβρεις ἀνέχεσθαι, καὶ ἀντιστῆναι τῷ πονηρῷ. Περὶ τοῦ ἀγαπᾷν τοὺς ἐχθρούς.

« Ἰδὼν δὲ τοὺς ὄχλους, ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος. » Διδάσκων ἡμᾶς μὴ κατ' ἐπίδειξίν τι ποιεῖν, ἀναβαίνει εἰς

VERS. 19, 20. « Venite post me, et faciam vos piscatores hominum. Illi autem statim, relictis retibus, secuti sunt illum. » Vide obedientes homines, statim secuti sunt illum. Unde manifestum quod hæc secunda vocatio sit. Antea enim docti erant a Christo, deinde reliquerunt eum : nunc autem viso ipso, statim secuti sunt.

VERS. 21. « Et progressus illinc, vidit alios duos fratres, Jacobum Zebedæi filium, et Joannem fratrem ejus in navi cum Zebedæo patre suo. » Summa virtus est, pascere patrem senem, atque justis ali laboribus. « Sarcientes retia sua. » Pauperes enim erant, et quia non poterant emere nova, reparaverunt vetera.

VERS. 22. « At illi protinus relicta navi et patre suo, secuti sunt eum. » Apparet Zebedæum non credidisse, et propterea reliquerunt eum. Vides quando oportet relinquere patrem, nempe quando obstat virtuti et pietati. Hi autem ut viderunt priores sequentes Christum, merito secuti sunt, imitantes illos.

VERS. 23. « Et circumibat Jesus totam Galilæam, docens in synagogis illorum, et prædicans evangelium regni. » Ut monstret quod non contrarius sit legi, ingreditur in synagogas Hebræorum. « Et sanans omnem morbum et omnem languorem in populo. » A signis incipit ut credantur quæ docet : morbus autem est diuturna mala valetudo : languor vero temporarius, et deordinatio in corpore.

VERS. 24. « Et dimanavit fama illius in totam Syriam, et attulerunt ad eum omnes male affectos variis morbis, et tormentis contractos, et lunaticos, et paralyticos, et curavit eos. » Non petiit Christus ab aliquo ex iis qui adducebantur, fidem : nam istuc ipsum a longe afferre, fidei erat. Lunaticos autem dicit dæmoniacos. Dæmon enim volens hominibus persuadere quod stellæ maleficæ sint, observat 23 lunam cum integra est, et tunc insidiatur, ut videatur luna passionis et morbi causa, et rejiciatur opificium Dei, quemadmodum et Manichæi errant.

VERS. 25. « Et secutæ sunt eum turbæ multæ a Galilæa, et Decapoli, et Hierosolymis, et Judæa, et regionibus trans Jordanem sitis. »

CAPUT V.

De Beatitudinibus. Quod non liceat cum proximo contendere. Quod non liceat mœchari. Quod non liceat uxorem dimittere. Quod non liceat jurare omnino. Quod contumelias sustinere, et diabolo resistere oporteat. Quod oporteat etiam inimicos diligere.

VERS. 1 « Et cum vidisset turbas, ascendit in montem. » Docens nos nihil ad ostentationem esse

Ex collatione codd. Venet. S. Marci.

(1) Διὰ τί οὐκ cod. 29.

(2) Διότι οὔπω τῆς αὐτοῦ δυνάμεως πεῖραν ἦν δεδωκώς. Ἄλλως τε καὶ αὐτὸ τοῦτο. « Quia nondum suæ virtutis experimentum dederat; et alias istuc ipsum » idem cod.

Digitized by Google

faciendum, ascendit in montem. Quandoquidem autem docturus erat, erudit nos a media secedere turba, quando docemus. « Et cum sedisset ipse, accesserunt ad eum discipuli ejus. » Alias quidem turbæ propter miracula, discipuli autem propter doctrinam accedunt, unde postquam curavit corpora, et fecit miracula, curat et animas : ut discamus quod et animarum et corporum sit opifex.

VERS. 2. « Et aperto ore suo. » Quare additum est, aperto ore suo? videtur quod superfluat. Minime : docuit enim etiam non aperiendo os suum. Quomodo? per vitam et miracula, nunc autem aperiens os, docet. « Docebat eos, dicens. » Non tantum discipulos, sed et turbam. Incipit autem a beatitudinibus, sicut et David a beatitudine incœpit.

VERS. 3. « Beati pauperes spiritu, quoniam illorum est regnum cœlorum. » Primum modestiam et humilitatem animi ceu fundamentum jacit. Nam quoniam propter superbiam Adam cecidit, per humilitatem erigit nos Christus, quandoquidem Deus fieri sperabat Adam. Contriti autem anima, sunt pauperes spiritu.

VERS. 4. « Beati qui lugent, quoniam ipsi consolationem accipient. » Qui propter peccata lugent, non propter temporalia ; lugentes autem dixit, semper scilicet et non semel : et non pro nostris peccatis tantum, sed et pro peccatis proximorum. Consolationem vero accipient et hic ; qui enim luget propter peccata, gaudet spiritualiter : et illic quoque multo magis.

VERS. 5. « Beati mites, quoniam ipsi hæreditatem accipient terræ. » Aliqui spiritualem terram dicunt, cœlum videlicet : verum tu et hanc terram intellige ; quoniam enim putantur mites, despecti et inopes, dicit quod hi magis omnia habeant. Mites autem sunt, non qui prorsus non irascuntur, tales enim insipientes sunt et insensati, sed qui iræ quidem **24** vim habent, continent tamen, et quando oportet irascuntur.

VERS. 6. « Beati qui esuriunt et sitiunt justitiam, quoniam illi saturabuntur. » Quandoquidem de misericordia dicturus est, ostendit primum servandam justitiam, et eleemosynam non ex rapina dandam. Porro justitia omni cum alacritate exercenda est, quod significat cum dicit : Esurientes et sitientes. Quoniam autem avari quidam abundantes esse videntur et saturati, dicit quod justi magis etiam hic sarientur, quia propria secure possident.

VERS. 7. « Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. » Non in solis divitiis est misericordia, sed in sermone : et si nihil habes, etiam in lacrymis. Misericordiam autem consequentur et hic ab hominibus : qui enim heri misericors fuit, etiam si hodie inops sit, ab omnibus misericordiam consequetur : et alibi, multo majorem a Deo.

VERS. 8. « Beati mundo corde, quoniam ipsi

A τὸ ὄρος · ἐπεὶ γὰρ ἔμελλε διδάσκειν, παιδεύει ἡμᾶς τῶν ἐν μέσῳ ἀναχωρεῖν θορύβων, ὅταν διδάσκωμεν. « Καὶ καθίσαντος αὐτοῦ προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. » Οἱ μὲν ὄχλοι διὰ τὰ θαύματα, οἱ δὲ μαθηταὶ διὰ τὰ διδάγματα προσέρχονται· ὅθεν καὶ μετὰ τὸ πληρῶσαι τὰ θαύματα, καὶ θεραπεῦσαι τὰ σώματα, θεραπεύει καὶ τὰς ψυχάς · ἵνα μάθωμεν, ὅτι καὶ ψυχῶν καὶ σωμάτων αὐτός ἐστι δημιουργός.

« Καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ. » Διὰ τί πρόσκειται τὸ, « Ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ ; » φαίνεται γὰρ, ὅτι περιττόν ἐστιν. Ἀλλ' οὐχί · καὶ μὴ ἀνοίγων γὰρ τὸ στόμα, ἐδίδασκεν. Πῶς ; διὰ τοῦ βίου καὶ τῶν θαυμάτων · νῦν δὲ ἀνοίγων τὸ στόμα, διδάσκει. « Ἐδίδασκεν αὐτοὺς, λέγων. » Οὐ τοὺς μαθητὰς μόνους, ἀλλὰ καὶ τὸν ὄχλον· ἄρχεται δὲ ἀπὸ τῶν μακαρισμῶν, ὥσπερ καὶ ὁ Δαυὶδ ἀπὸ μακαρισμοῦ ἤρξατο.

B « Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. » Τὴν ταπεινοφροσύνην προκαταβάλλεται ὥσπερ θεμέλιον. Ἐπεὶ γὰρ ἐκ τῆς ὑπερηφανίας ἔπεσεν ὁ Ἀδάμ, διὰ τῆς ταπεινοφροσύνης ἀνορθοῖ ἡμᾶς ὁ Χριστός· ἤλπισε γὰρ Ἀδὰμ Θεὸς γενέσθαι. Οἱ συντετριμμένοι δὲ τῇ ψυχῇ, οὗτοι πτωχοὶ τῷ πνεύματι.

« Μακάριοι οἱ πενθοῦντες, ὅτι αὐτοὶ παρακληθήσονται. » Οἱ ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι πενθοῦντες, οὐχὶ ἐπί τινι τῶν βιωτικῶν· πενθοῦντες δὲ εἶπε, τουτέστιν, ἀεὶ καὶ οὐχ ἅπαξ· καὶ οὐχ ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων ἁμαρτημάτων μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τῶν τοῦ πλησίον. Παρακληθήσονται δὲ καὶ ἐνταῦθα · ὁ γὰρ πενθῶν C δι' ἁμαρτίαν, χαίρει πνευματικῶς· καὶ ἐκεῖ δὲ πολλῷ μᾶλλον.

« Μακάριοι οἱ πραεῖς, ὅτι αὐτοὶ κληρονομήσουσι τὴν γῆν. » Τινὲς γῆν, τὴν νοητήν φασιν, ἤτοι τὸν οὐρανόν· πλὴν ἀλλὰ καὶ τὴν γῆν ταύτην νόει. Ἐπεὶ γὰρ νομίζονται οἱ πραεῖς, καταπεφρονημένοι καὶ ἀποστερούμενοι τῶν ὑπαρχόντων, φησὶν, ὅτι μᾶλλον οὗτοι τὰ πάντα ἔχουσι. Πραεῖς δέ εἰσιν, οὐχ οἱ μηδόλως ὀργιζόμενοι (οἱ τοιοῦτοι γὰρ ἀναίσθητοι), ἀλλ' οἱ θυμὸν μὲν ἔχοντες, κρατοῦντες δὲ, καὶ ὅτε δεῖ ὀργιζόμενοι.

« Μακάριοι οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην, ὅτι αὐτοὶ χορτασθήσονται. » Ἐπειδὴ μέλλει περὶ ἐλεημοσύνης εἰπεῖν, δείκνυσι πρῶτον, ὅτι δεῖ δικαιοσύνην μετιέναι, καὶ μὴ ἐξ ἁρπαγῆς ἐλεεῖν · D μετὰ ἐπιθυμίας δὲ ἁπάσης δεῖ μετέρχεσθαι τὴν δικαιοσύνην· τὸ γὰρ, « Πεινῶντες καὶ διψῶντες, » τοῦτο σημαίνει. Ἐπειδὴ δὲ δοκοῦσιν οἱ πλεονέκται, εὔποροι εἶναι καὶ χορτάζεσθαι, φησὶν ὅτι οἱ δίκαιοι μᾶλλον καὶ ἐνταῦθα χορτασθήσονται, αὐτοὶ γὰρ ἔχουσι τὰ ἴδια μετὰ ἀσφαλείας.

« Μακάριοι οἱ ἐλεήμονες· ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται. » Οὐχὶ διὰ χρημάτων μόνον ἔστιν ἐλεεῖν, ἀλλὰ καὶ λόγου · κἂν μηδὲν ἔχῃς, διὰ δακρύων. Ἐλεηθήσονται δὲ, καὶ ἐνταῦθα παρὰ ἀνθρώπων · ὁ γὰρ χθὲς ἐλεήμων, ἂν ἀπορήσῃ σήμερον, παρὰ πάντων ἐλεηθήσεται· καὶ ἐκεῖ δὲ, παρὰ τοῦ Θεοῦ μειζόνως.

« Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν

Digitized by Google

Θεὸν ὄψονται. » Πολλοί εἰσιν οὔτε ἁρπάζοντες, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἐλεοῦντες · πλὴν πορνεύουσι, καὶ ἀκάθαρτοι ἄλλως εἰσίν. Ὁ γοῦν Χριστὸς κελεύει, μετὰ τῶν ἄλλων ἀρετῶν, καὶ καθαροὺς, ἤτοι σώφρονας, εἶναι· οὐ μόνον τῷ σώματι, ἀλλὰ καὶ τῇ καρδίᾳ. Τοῦ ἁγιασμοῦ γὰρ, ἤτοι τῆς σωφροσύνης χωρὶς, οὐδεὶς ὄψεται τὸν Κύριον. Ὥσπερ γὰρ τὸ κάτοπτρον ἐὰν ᾖ καθαρὸν, τότε δέχεται τὰς ἐμφάσεις · οὕτω καὶ ἡ καθαρὰ ψυχὴ δέχεται ὄψιν Θεοῦ, καὶ τὴν τῶν Γραφῶν γνῶσιν. A

« Μακάριοι οἱ εἰρηνοποιοὶ, ὅτι αὐτοὶ υἱοὶ Θεοῦ κληθήσονται. » Οὐ μόνον οἱ εἰρηνεύοντες αὐτοὶ πρὸς πάντας, ἀλλὰ καὶ οἱ ἑτέρους στασιάζοντας καταλλάσσοντες. Εἰρηνοποιοὶ δέ εἰσι καὶ οἱ διὰ διδασκαλίας τοὺς ἐχθροὺς τοῦ Θεοῦ ἐπιστρέφοντες. Υἱοὶ δὲ Θεοῦ οἱ τοιοῦτοι. Καὶ γὰρ καὶ ὁ μονογενὴς κατήλλαξεν ἡμᾶς τῷ Θεῷ. B

« Μακάριοι οἱ δεδιωγμένοι ἕνεκεν δικαιοσύνης, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. » Οὐ μόνοι οἱ μάρτυρες διώκονται, ἀλλὰ καὶ πολλοὶ ἕνεκεν τοῦ βοηθεῖν τοῖς ἀδικουμένοις, καὶ πάσης ἁπλῶς ἀρετῆς· δικαιοσύνη γὰρ, ἡ πᾶσα ἀρετή. Ἐπεὶ καὶ κλέπται καὶ φονεῖς διώκονται, ἀλλ' οὐ μακάριοι.

« Μακάριοί ἐστε ὅταν ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς καὶ διώξωσιν. » Πρὸς αὐτοὺς λοιπὸν τοὺς ἀποστόλους ἀποτείνεται, δεικνὺς, ὅτι μάλιστα τῶν διδασκάλων ἴδιον, τὸ ὀνειδίζεσθαι. « Καὶ εἴπωσι πᾶν πονηρὸν ῥῆμα καθ' ὑμῶν ψευδόμενοι, ἕνεκεν ἐμοῦ. » Οὐχ ὁ ἁπλῶς ὀνειδιζόμενος, μακάριος, ἀλλ' ὅταν καὶ διὰ Χριστὸν, καὶ ψευδῶς. Ἐὰν δέ μὴ τὰ δύο ταῦτα προσῇ, ἄθλιος ἐκεῖνος, ὡς πολλοὺς σκανδαλίζων. C

« Χαίρετε καὶ ἀγαλλιᾶσθε, ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς. » Ἐπὶ τῶν ἄλλων οὐκ εἶπε μισθὸν πολύν · ἐνταῦθα δὲ, δεικνύων, ὅτι τὸ ὑπομεῖναι ὀνειδος, μέγα καὶ χαλεπώτατον. Πολλοὶ γὰρ καὶ ἀπηγχόνισαν ἑαυτούς. Καὶ ὁ Ἰὼβ δὲ τοὺς ἄλλους ὑπομείνας πειρασμοὺς, τότε μάλιστα ἐταράχθη, ὅτε ὠνείδιζον αὐτῷ οἱ φίλοι, ὡς δι' ἁμαρτίας πάσχοντι. « Οὕτω γὰρ ἐδίωξαν τοὺς προφήτας τοὺς πρὸ ὑμῶν. » Ἵνα μὴ ὑπονοήσωσιν οἱ ἀπό τολοι, ὅτι διὰ τὸ ἐναντία τινὰ διδάσκειν, διωχθήσονται, παραμυθεῖται αὐτοὺς, λέγων, ὅτι Καὶ οἱ πρὸ ὑμῶν προφῆται δι' ἀρετὴν ἠλαύνοντο · ὥστε παραμυθίαν ἔχετε τὰ ἐκείνων πάθη.

« Ὑμεῖς ἐστε τὸ ἅλας τῆς γῆς. » Οἱ μὲν προφῆται εἰς ἓν ἔθνος ἀπεστάλησαν. Ὑμεῖς δὲ τῆς γῆς ἁπάσης ἐστὲ τὸ ἅλας, διὰ τῆς διδασκαλίας καὶ τῶν ἐλέγχων στύφοντες τοὺς χαύνους, ἵνα μὴ γεννήσωσι τοὺς ἀτελευτήτους σκώληκας· ὥστε μὴ ἀποβάλητε τὴν στρυφνότητα τῶν ἐλέγχων, κἂν ὀνειδίζησθε, κἂν διώκησθε. Διό φησιν· « Ἐὰν δὲ τὸ ἅλας μωρανθῇ, ἐν τίνι ἁλισθήσεται; εἰς οὐδὲν ἰσχύει ἔτι, εἰ μὴ βληθῆναι ἔξω, καὶ καταπατεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων. » Ὁ γὰρ διδάσκαλος ἐὰν μωρανθῇ, τοῦτ' ἔστιν, εἰ οὐκ ἐλέγχει καὶ στύφει, ἀλλὰ χαυνωθῇ,

Deum videbunt. » Multi sunt non rapientes, sed et misericordes, verumtamen scortantur, et alias immundi sunt. At Christus jubet cum aliis virtutibus etiam mundos, hoc est, castos esse : non solum corpore, sed et corde. Nam absque sanctificatione, hoc est, castitate, nullus videbit Deum. Sicut speculum, si fuerit mundum, tunc accipit imagines, ita et anima pura faciem Dei, et Scripturarum scientiam suscipit.

Vers. 9. « Beati pacifici, quoniam ipsi filii Dei vocabuntur. » Non solum illi qui cum aliis pacem habent, sed et qui seditiosos alios conciliant. Pacifici autem sunt et qui per doctrinam inimicos Dei convertunt, filii autem Dei fiunt tales. Etenim Unigenitus conciliavit nos Deo.

Vers. 10. « Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. » Non soli martyres, sed et multi persecutionem patiuntur, quia juvant injuria afflictos, et in summa omnem virtutem fovent. Justitia enim est omnis virtus. Fures autem et homicidæ, tametsi etiam ipsi persecutionem patiantur, non sunt tamen beati.

Vers. 11. Beati estis, quando exprobraverint vos et persecuti fuerint. » Ad ipsos apostolos deinceps se convertit, ostendens quod maxime proprium sit doctoribus opprobria audire. « Et dixerint omne malum verbum contra vos, mentientes propter me. » Non simpliciter qui exprobratur beatus est, sed quando et propter Christum, et falso : si autem duo hæc non affuerint, miser ille est, utpote multis existens offendiculo.

Vers. 12. « Gaudete et exsultate, quoniam merces vestra multa est in cœlis. » Cum de aliis loqueretur, non dixit mercedem multam : hic autem ostendit, quod sustinere opprobrium, magnum sit et gravissimum. Multi enim suspenderunt seipsos. Et Job, quamvis sustinebat multas tentationes alias, tunc tamen maxime turbabatur, cum exprobraret ei amici quasi propter peccata sua pateretur. « Sic enim persecuti sunt prophetas, qui ante vos fuerunt. » Ut ne suspicentur apostoli, quod 25 persecutionem patiantur eo quod contraria quædam docuerint : consolatur eos, dicens, Quia et ante vos prophetis propter virtutem hoc accidit, unde illorum passiones vos consolari debent.

Vers. 13. « Vos estis sal terræ. » Prophetæ ad unam gentem missi sunt, vos autem totius terræ sal estis, mordentes et condientes doctrina et reprehensionibus dissolutos, ut non pariant vermes perpetuos : propterea ne abjicialis mordacitatem reprehensionum, etiamsi persecutionem patiamini, et vobis exprobrent. Ideo dicit : « Quod si sal infatuatus fuerit, in quo salietur? ad nihil valet ultra, nisi ut projiciatur foras, et conculcetur ab hominibus. » Si doctor enim infatuatus fuerit, hoc est, si non arguit et constringit, sed mollis est et laxus,

Digitized by Google

in quo salietur, hoc est, corrigetur? Tunc igitur foras projicitur a doctorum dignitate : et conculcatur, hoc est, despicitur.

ἐν τίνι ἁλισθήσεται, τουτέστι, διορθωθήσεται; Ἀπὸ τότε οὖν ἔξω ῥίπτεται τοῦ διδασκαλικοῦ ἀξιώματος, καὶ καταπατεῖται, τουτέστι, καταφρονεῖται.

Vers. 14. « Vos estis lux mundi. » Prius sal et nunc lux. Qui enim reprehendit quæ occulte fiunt, ille lux est. Omne enim quod manifestat lux est : non gentem autem unam illustraverunt illi, sed mundum. « Non potest civitas occultari, quæ supra montem sita est. » Docet eos, ut durent in certamine, et diligentem vitæ suæ rationem habeant, ut li in quos omnes spectant. Ne igitur putetis, inquit, quod in angulo latituri sitis, sed spectabiles eritis, et ideo videte quomodo citra maculam agatis vitam, ut ne et aliis offendiculo sitis.

« Ὑμεῖς ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου. » Πρότερον ἅλας, καὶ τότε φῶς. Ὁ γὰρ ἐλέγχων τὰ κρυφῇ πραττόμενα, ἐκεῖνός ἐστι φῶς. Πᾶν γὰρ τὸ φανερούμενον, φῶς ἐστιν. Οὐκ ἔθνος δὲ ἕν ἐφώτισαν οὗτοι, ἀλλὰ τὸν κόσμον. « Οὐ δύναται πόλις κρυβῆναι ἐπάνω ὄρους κειμένη. » Παιδεύει αὐτούς, ἐναγωνίους εἶναι, καὶ ἀκριβεῖς περὶ τὸν βίον, ὡς παρὰ πάντων βλέπεσθαι μέλλοντας. Μὴ γὰρ νομίσητε, φησὶν, ὅτι ἐν γωνίᾳ κρυβήσεσθε, ἀλλὰ περίβλεπτοι ἔσεσθε, ὥστε βλέπετε πῶς ἀμώμως ζήσεσθε, ἵνα μὴ καὶ ἑτέρους σκανδαλίζητε.

Vers. 15. Neque accendunt lucernam, et ponunt eam sub modium, sed super candelabrum, et lucet omnibus qui in domo sunt. » Ego enim accendi lumen, vestri autem sit officii, ne gratia exstinguatur, ita ut et aliis luceat fulgor vitæ vestræ. Inquit enim :

«Οὐδὲ καίουσι λύχνον, καὶ τιθέασιν ὑπὸ τὸ μόδιον, ἀλλ' ἐπὶ τὴν λυχνίαν, καὶ λάμπει πᾶσι τοῖς ἐν τῇ οἰκίᾳ. » Ἐγὼ μὲν, φησὶν, ἦψα τὸ φῶς, τὸ δὲ μὴ σβεσθῆναι τὴν χάριν, τῆς ὑμετέρας ἔστω σπουδῆς, ὡς ἂν καὶ τοῖς ἄλλοις λάμπῃ ἡ λαμπρότης τοῦ ὑμετέρου βίου. Φησὶ γοῦν ·

Vers. 16. « Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum qui in cœlis est. » Non dixit, Vos ostendetis virtutem; hoc enim non esset bonum, sed, Illa sola luceat, ut et inimici vestri admirentur, et glorificent, non vos, sed Patrem vestrum. Et si ita operamur virtutem, in gloriam Dei oportet eam operari, non in nostram.

«Οὕτω λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν, ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσιν ὑμῶν τὰ καλὰ ἔργα, καὶ δοξάσωσι τὸν Πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. » Οὐκ εἶπεν, ὅτι Ὑμεῖς ἐπιδείκνυσθε τὴν ἀρετὴν (τοῦτο γὰρ οὐ καλὸν), ἀλλ' ἐκείνη μόνη λαμψάτω, ὥστε καὶ τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν θαυμάζειν, καὶ δοξάζειν, οὐχ ὑμᾶς, ἀλλὰ τὸν Πατέρα ὑμῶν. Ὥστε ἐὰν πράττωμεν ἀρετὴν, εἰς δόξαν δεῖ τοῦ Θεοῦ ταύτην πράττειν, οὐκ εἰς ἡμετέραν.

Vers. 17. « Ne existimetis quod venerim ad destruendam legem vel prophetas : non veni ut destruam, sed ut adimpleam. » Quoniam ipse novas leges introducturus erat, ut ne putetur quod Deo adversarius sit, dixit prius occurrens pravæ quorumdam suspicioni, quod non destruat, sed magis adimpleat legem. Quomodo autem adimplevit? Primum quidem, quia perfecit omnia quæ de eo prædixerunt prophetæ. Ideo et evangelista subinde dicit : « Ut impleatur quod dictum est de eo per prophetam. » Deinde et omnia mandata legis implevit. « Peccatum enim non fecit neque inventus est dolus in ore ejus [11]. » Quin et alia ratione, adimpl'evit legem, hoc est denuo implevit : quæcunque **26** enim illa adumbravit, ea hic perfecte depinxit. Illa dixit, « Ne occidas : » hic vero dixit, Ne temere irascaris. Sicut et pictor non corrumpit lineamenta prima, sed magis illustrat et adimplet.

« Μὴ νομίσητε, ὅτι ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον ἢ τοὺς προφήτας· οὐκ ἦλθον καταλῦσαι, ἀλλὰ πληρῶσαι. » Ἐπειδὴ ἔμελλεν αὐτὸς νόμους εἰσάγειν καινοὺς, ἵνα μὴ νομίσωσιν ὅτι ἀντίθεός ἐστι, φησὶ, προθεραπεύων τὴν τῶν πολλῶν ὑπόληψιν, ὅτι Οὐκ ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον, ἀλλὰ μᾶλλον πληρῶσαι. Πῶς δὲ ἐπλήρωσε; πρῶτον μὲν ὅτι, ὅσα εἶπον περὶ αὐτοῦ οἱ προφῆται, ἐποίησε. Διὸ καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς συχνάκις λέγει · « Ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ τοῦ προφήτου. » Ἀλλὰ καὶ τὰς τοῦ νόμου ἐντολὰς πάσας ἐπλήρωσεν. « Ἁμαρτίαν γὰρ οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. » Καὶ ἄλλως δὲ ἐπλήρωσε τὸν νόμον, τουτέστιν, ἀνεπλήρωσεν · ὅσα γὰρ ἐκεῖνος ἐσκιαγράφησε, ταῦτα οὗτος τελείως ἐζωγράφησεν. Ἐκεῖνος τὸ, « Μὴ φονεύσῃς · » οὗτος, τὸ Μηδὲ θυμωθῇς εἰκῇ. Ὥσπερ καὶ ὁ ζωγράφος, οὐ καταλύει τὴν σκιαγραφίαν, ἀλλὰ μᾶλλον ἀναπληροῖ.

Vers. 18. « Amen dico vobis. » Amen affirmativa particula est pro, Etiam dico vobis. « Donec prætereat cœlum et terra, iota unum aut apex unus non præteribit ex lege, quoad omnia facta fuerint. » Ostendit hic, quod mundus præterit et transfiguratur. Dicit igitur quod quamdiu subsistit universum, neque minima littera e lege transibit. Alii autem, iota et apicem decem legis præcepta dicunt, alii autem cruces; nam crucis iota est rectum lignum,

« Ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν. » Τὸ Ἀμὴν, βεβαιωτικόν ἐστιν, ἀντὶ τοῦ, Ναὶ λέγω ὑμῖν. « Ἕως ἂν παρέλθῃ ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ, ἰῶτα ἓν ἢ μία κεραία οὐ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου, ἕως ἂν πάντα γένηται. » Δείκνυσιν ἐνταῦθα ὅτι ὁ κόσμος παρέρχεται καὶ μετασχηματίζεται. Λέγει τοίνυν ὅτι ἕως οὗ συνίσταται τὸ πᾶν, οὐδὲ τὸ ἐλάχιστον γράμμα ἐκ τοῦ νόμου παρέλθοι. Ἄλλοι δὲ τὸ ἰῶτα καὶ τὴν κεραίαν, τὰς δέκα τοῦ νόμου ἐντολάς φασιν· ἄλλοι δὲ, τὸν σταυρόν·

[11] 1 Petr. II, 22.

Digitized by Google

τοῦ γὰρ σταυροῦ, ἰῶτά ἐστι τὸ ὀρθὸν ξύλον, καὶ κεραία τὸ πλάγιον. Φησὶ τοίνυν ὅτι τὰ περὶ τοῦ σταυροῦ εἰρημένα, πληρωθήσεται.

« Ὃς ἐὰν οὖν λύσῃ μίαν τῶν ἐντολῶν τούτων τῶν ἐλαχίστων, καὶ διδάξῃ οὕτω τοὺς ἀνθρώπους, ἐλάχιστος κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. » Ἐλαχίστας ἐντολὰς λέγει, ἃς μέλλει αὐτὸς παραδοῦναι· οὐ γὰρ τὰς νομικάς. Ὀνομάζει δὲ αὐτὰς ἐλαχίστας, διὰ ταπείνωσιν, ἵνα καὶ σὲ παιδεύσῃ μετριοφρονεῖν ἐπὶ ταῖς διδασκαλίαις. Ἐλάχιστος δὲ κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ, ἀντὶ τοῦ, ἐν τῇ ἀναστάσει ἔσχατος καὶ ἀπερρίμμενος εἰς γέενναν. Οὐ γὰρ εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν εἰσελεύσεται, ἄπαγε· ἀλλὰ βασιλείαν, τὴν ἀνάστασιν νόει. « Ὃς δ' ἂν ποιήσῃ καὶ διδάξῃ, οὗτος μέγας κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. » Πρῶτον τὸ, ποιήσῃ, καὶ τότε τὸ, διδάξῃ· πῶς γὰρ ἄλλον ὁδηγήσω εἰς ὁδὸν ἣν οὐ διώδευσα; Πάλιν δὲ ἐὰν ποιῶ μὲν ἐγὼ, οὐ διδάσκω δὲ, οὐκ ἔχω τοσοῦτον μισθόν· πολλάκις δὲ καὶ κατάκρισιν, ὅταν διὰ φθόνον ἢ ὄκνον οὐ διδάσκω.

« Λέγω γὰρ ὑμῖν ὅτι ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ὑμῶν ἡ δικαιοσύνη πλέον τῶν Γραμματέων καὶ Φαρισαίων, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. » Δικαιοσύνην λέγει τὴν πᾶσαν ἀρετήν· ὡς τὸ, « Δίκαιος ἦν Ἰὼβ, ὅσιος, ἄμεμπτος. » Φρίξον οὖν, ἄνθρωπε, ἐννοήσας πόσον ἀπαιτούμεθα. Εἶτα διδάσκει ἡμᾶς, πῶς ἂν περιττεύσωμεν· καὶ καταλέγει τὰς ἀρετάς.

« Ἠκούσατε ὅτι ἐρρέθη τοῖς ἀρχαίοις· Οὐ φονεύσεις· ὃς δ' ἂν φονεύσῃ, ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει. » Τὸ παρά τίνος ἐρρέθη, οὐ λέγει. Εἰ γὰρ εἶπεν, ὅτι Ὁ μὲν Πατήρ μου εἶπε τοῖς ἀρχαίοις, ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ἔδοξεν ἂν ἀντινομοθετεῖν τῷ Πατρί. Πάλιν εἰ εἶπεν, ὅτι Ἐγὼ εἶπον τοῖς ἀρχαίοις, δυσπαράδεκτος ἂν ἐγένετο. Ἀορίστως οὖν λέγει, ὅτι « Ἐρρέθη τοῖς ἀρχαίοις· » δείκνυσι δὲ ὅτι ἐπαλαιώθη ὁ νόμος, ἐν τῷ εἰπεῖν, ὅτι « Ἐρρέθη τοῖς ἀρχαίοις· ἐπεὶ δὲ λοιπὸν ἐπαλαιώθη, καὶ ἐγγύς ἐστιν ἀφανισμοῦ, δεῖ ἀφεῖναι αὐτὸν καὶ δραμεῖν ἐπὶ τὰ νέα. »

« Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ὅτι πᾶς ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῇ, ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει. » Οἱ μὲν προφῆται μέλλοντες προφητεύειν ἔλεγον· Τάδε λέγει Κύριος· ὁ δὲ Χριστὸς, Ἐγὼ λέγω, δεικνύων τὸ ἐξουσιαστικὸν τῆς θεότητος. Οἱ μὲν γὰρ, δοῦλοι· ὁ δὲ, Υἱὸς, καὶ τὰ τοῦ Πατρὸς πάντα ἔχων. Ὁ ὀργιζόμενος δὲ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῇ, ἐκεῖνος κατακρίνεται· ἐὰν δέ τις ὀργίζηται εὐλόγως καὶ ἐπὶ παιδείᾳ καὶ κατὰ ζῆλον πνευματικὸν, οὐ κατακριθήσεται· καὶ ὁ Παῦλος γὰρ, ὀργῆς ῥήματα ἐφθέγξατο πρὸς Ἐλύμαν τὸν μάγον, καὶ πρὸς τὸν ἀρχιερέα, οὐ μὴν εἰκῇ, ἀλλὰ κατὰ ζῆλον. Τότε δὲ εἰκῇ ὀργιζόμεθα, ὅταν διὰ χρήματα ἢ δόξαν. « Ὃς δ' ἂν εἴπῃ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, Ῥακὰ, ἔνοχος ἔσται τῷ συνεδρίῳ. » Συνέδριον, τὸ δικαστήριον τῶν Ἑβραίων φησί. Τὸ δὲ, « Ῥακὰ, » σημαίνει ἀντὶ τοῦ, σύ· ὥσπερ ἔθος ἔχομεν λέγειν πρός τινα καταφρονούμενον ὑφ' ἡμῶν· Ἄπελθε σύ. Θέλων οὖν παιδεῦσαι ἡμᾶς καὶ περὶ τὰ μικρὰ ἀκριβεῖς εἶναι, καὶ ἀλλήλους τιμᾷν, παραινεῖ

et apex transversum : quo sensu dicit quod ea quæ de cruce dicta sunt, implebuntur.

Vers. « 19. Quisquis igitur solverit unum ex mandatis his minimis, et docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum. » Minima mandata dicit, quæ ipse traditurus erat, non legalia. Nominat autem ea minima, propter humilitatem : ut et te instruat modeste docendo loqui. Minimus autem vocabitur in regno, hoc est, in resurrectione ultimus et abjectus in gehennam : non enim in regnum cœlorum ingredietur, apage; sed regnum resurrectionem intellige. « Quisquis autem fecerit et docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum. » Primum ponit, fecerit : postea, docuerit, quomodo enim alium inducam in viam, qua nunquam transivi? Cæterum si fecero, et non docuero, non habebo tantam mercedem : sæpe etiam et condemnationem, si quando propter invidiam vel negligentiam non docuero.

Vers. 20. « Dico enim vobis quod nisi abundaverit justitia vestra plus quam Scribarum et Pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. » Justitiam dicit omnem virtutem : sicut et cum dicitur, Justus erat Job, pius, irreprehensibilis. Horresce, homo, animadvertens quanta a nobis repetantur. Deinde docet nos quomodo abundemus, et enumerat virtutes.

Vers. 21. « Audistis quod dictum sit priscis, Non occides; quisquis autem occiderit, obnoxius erit judicio. » Hoc a certo quodam esse dictum non dicit. Si enim dixisset, quod Pater meus dixerit priscis, ego autem dico vobis, videri posset diversam a Patre legem ponere. Iterum autem si dixisset, Ego dixi priscis, ægre acceptus fuisset sermo. Indefinite igitur dixit, Dictum est antiquis : per hoc autem quod dicit, dictum est antiquis, ostendit antiquatam esse legem : quoniam autem vetera nunc antiquata sunt, et ferme abolita, oportet, omissis illis, currere ad nova.

Vers. 22. « Ego autem dico vobis, Omnis qui irascitur fratri suo temere, obnoxius erit judicio. » Prophetæ dicturi futura dicebant, Hæc dicit Dominus : Christus autem, Ego dico, ostendens divinitatis auctoritatem. **27** Illi enim servi erant, ipse autem Filius omnia quæ sunt Patris in se possidens. Qui irascitur fratri suo temere, ille condemnatur : si autem quis irascitur, ratione justa motus, et ut alium erudiat, et spirituali zelo, non condemnabitur. Unde et Paulus verba iræ locutus est ad Elymam magum et ad pontificem : non temere quidem, sed zelo. Tunc autem temere irascimur, quando propter opes vel gloriam. « Quicumque vero dixerit fratri suo, Rhaca, obnoxius erit concilio. » Concilium vocat Hebræorum tribunal. Rhaca vero significat idem quod Tu : ut cum ad aliquem contemptum a nobis dicimus, Abi tu. Volens igitur nos et de parvis sollicitos esse, et nos invicem venerari, admnoet horum. Quidam dicunt Rhaca Syriace et

Digitized by Google

indignativum et reprehensivum quiddam signare. Quisquis igitur injuria affecerit fratrem suum, contumelia invadens, obnoxius erit concilio sanctorum apostolorum, quando sedebunt judicantes duodecim tribus Israel. « Quicunque autem dixerit, Stulte, reus erit gehennæ incendio. » Multi hoc grave et durum esse putant, non est autem. Nam qui fratrem suum ratione et prudentia, quibus a brutis discrepamus, privat, quomodo non dignus gehenna? Etenim qui scommatis et contumeliis persequitur, charitatem destruit : qua destructa, simul omnes tolluntur virtutes : sicut omnes conservantur, ea salva. Dissolvit igitur omnes virtutes, qui contumelia proximum afficit, dum charitatem dilacerat : et proinde ignis incendio dignus fuerit.

A ταῦτα. Τινὲς δὲ τὸ, « Ῥακά, » Συριστὶ, κατάπτυστόν φασι σημαίνειν. Ὅστις οὖν ὑβρίσει τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ κατάπτυστον, ἔνοχος ἔσται τῷ συνεδρίῳ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, ὅτε καθίσουσι κρίνοντες τὰς δώδεκα φυλάς. « Ὃς δ' ἂν εἴπῃ, Μωρὲ, ἔνοχος ἔσται εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός. » Πολλοὶ λέγουσι καὶ νομίζουσι βαρὺ εἶναι τοῦτο καὶ σκληρὸν, οὐκ ἔστι δέ. Ὁ γὰρ ἀποστερῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ λόγου καὶ φρονήσεως, οἷς τῶν θηρίων διαφέρομεν, πῶς οὐκ ἄξιος γεέννης; Ὁ γὰρ λοιδορῶν καὶ ὑβρίζων, τὴν ἀγάπην διαλύει· ἥτις διαλυθεῖσα, συναναιρεῖ τὰς ἀρετὰς, ὥσπερ καὶ παροῦσα συνιστᾷ· τὰς ἀρετὰς οὖν πάσας καταλύει ὁ ὑβρίζων, ἐν τῷ τὴν ἀγάπην διασπᾷν. Ὥστε εἰκότως ἄξιος τοῦ πυρός.

Vers. 23, 24. « Si ergo obtuleris munus tuum ad altare, et illic recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid adversum te, dimitte illic munus tuum ante altare et abi, prius reconciliare fratri tuo, et tunc veniens offer munus tuum. » Contemnit Deus proprium honorem, tantum ut nos diligamus. Cum autem dixisset, Si habuerit aliquid contra te frater tuus, nihil aliud apposuit. Sive enim juste sive injuste habeat, reconciliare. Et non dixit, Si habes tu contra illum, sed Si quid habet ille contra te, conare ut ipsum ad amicitiam reducas. Præcipit autem dimittendum donum, ut tibi necessitatem imponat reconciliandi, et tu si volueris offerre donum, cogaris reconciliari. Docet etiam interim charitatem verum esse sacrificium.

B « Ἐὰν οὖν προσφέρῃς τὸ δῶρόν σου ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, κἀκεῖ μνησθῇς, ὅτι ὁ ἀδελφός σου ἔχει τι κατὰ σοῦ, ἄφες ἐκεῖ τὸ δῶρόν σου ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ὕπαγε, πρῶτον διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου, καὶ τότε ἐλθὼν πρόσφερε τὸ δῶρόν σου. » Καταφρονεῖ ὁ Θεὸς τῆς οἰκείας τιμῆς, ἵνα ἡμεῖς μόνον ἀγαπῶμεν. Ἐὰν δὲ ἔχῃ τι κατὰ σοῦ ὁ ἀδελφός σου εἰπὼν, οὐδὲν ἄλλο προσέθηκεν. Εἴτε γὰρ δικαίως εἴτε ἀδίκως ἔχει, διαλλάγηθι. Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἐὰν ἔχῃς σὺ κατ' ἐκείνου, ἀλλ', Ἐὰν ἔχῃ ἐκεῖνός τι κατὰ σοῦ, σπούδασον αὐτὸν φιλιῶσαί σοι. Προστάττει δὲ ἀφεῖναι τὸ δῶρον, ἵνα σοι ἀνάγκην ἐνθήσῃ τοῦ καταλλαγῆναι· σὺ γὰρ θέλων προσενεχθῆναι τὸ δῶρόν σου, ἀναγκασθήσῃ διαλλαγῆναι. Ἅμα δὲ δεικνύει ὅτι ἡ ἀγάπη ἐστὶν ἡ ὄντως θυσία.

Vers. 25, 26. « Esto benevolus adversario tuo cito, quandiu es in via cum eo, ne quando te tradat adversarius judici, et judex te tradat ministro, et in carcerem conjiciaris. Amen dico tibi, neutiquam exibis illinc, donec reddas ultimum quadrantem. » Nonnulli putant adversarium dici diabolum, viam autem vitam : Dominum vero admonere, ut quamdiu in hac vita es, desciscas a diabolo, ne postea possit te de peccato arguere, quasi aliquid de suo habentem, tuncque pœnæ tradaris usque ad ultimum quadrantem pro peccatis corrigendis. Quadrans habet duo minuta. At tu intellige, 28 quod etiam de adversariis qui hic sunt, dicat : per hoc admonens, ne judicio contendas, et ita a divinis operibus avellaris. Etiam si injuria affectus fueris, inquit, ne abeas ad tribunal : sed in via litem solve, ne ob potentiam adversarii graviora patiaris.

C « Ἴσθι εὐνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σου ταχὺ, ἕως ὅτου εἶ ἐν τῇ ὁδῷ μετ' αὐτοῦ, μήποτέ σε παραδῷ ὁ ἀντίδικος τῷ κριτῇ, καὶ ὁ κριτής σε παραδῷ τῷ ὑπηρέτῃ, καὶ εἰς φυλακὴν βληθήσῃ. Ἀμὴν λέγω σοι, οὐ μὴ ἐξέλθῃς ἐκεῖθεν, ἕως ἂν ἀποδῷς τὸν ἔσχατον κοδράντην. » Τινὲς νομίζουσιν ἀντίδικον λέγεσθαι τὸν διάβολον, ὁδὸν δὲ τὸν βίον· παραινεῖν δὲ τὸν Κύριον οὕτως· Ἕως ὅτου εἶ ἐν τῷ βίῳ τούτῳ, διαλύθητι πρὸς τὸν διάβολον, ἵνα μὴ ἔχῃ ὕστερον ἐλέγχειν σε περὶ ἁμαρτίας, ὡς ἔχοντά τι τῶν ἐκείνου, καὶ τότε παραδοθῇς τῇ κολάσει, ἄχρι καὶ τῶν ἐσχάτων ἁμαρτημάτων εὐθυνόμενος. Κοδράντης γάρ ἐστι δύο λεπτά. Σὺ δὲ νόει ὅτι καὶ περὶ τῶν ἐνταῦθα ἀντιδίκων λέγει τοῦτο, παραινῶν μὴ δικάζεσθαι, καὶ ἀπὸ τῶν θείων ἔργων περισπᾶσθαι. Κἂν γὰρ ἠδικήθῃς, φησὶ, μὴ ἀπέλθῃς εἰς δικαστήριον· ἀλλ' ἐν τῇ ὁδῷ διαλύθητι, μήποτε χείρονα πάθῃς διὰ τὴν δυναστείαν τοῦ ἀντιδίκου.

D « Ἠκούσατε ὅτι ἐρρέθη· Οὐ μοιχεύσεις. » Ἄλλο μοιχεία, καὶ ἄλλο πορνεία· μοιχεία μὲν, ἡ εἰς ὕπανδρον· πορνεία δὲ, ἡ εἰς ἀπολελυμένην.

Vers. 27. « Audistis quod dictum sit, Ne mœcheris. » Aliud est mœchia, aliud scortatio : mœchia enim est cum conjugata, scortatio vero cum soluta.

Vers. 28. « Ego autem dico vobis, quod quicunque aspexerit mulierem ad concupiscendum eam, jam adulterium commisit cum ea in corde suo. » Hoc est, qui stat, et curiose aspectat, et accendit concupiscentiam suam videndo, et iterum videt, ut magis eam concupiscat, hic (*a*) malum perfecit jam

« Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ὅτι πᾶς ὁ βλέπων γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. » Τουτέστιν, ὁ ἱστάμενος καὶ περιεργαζόμενος, καὶ ἀνάπτων τὴν ἐπιθυμίαν ἀπὸ τοῦ βλέπειν, καὶ πάλιν βλέπων πρὸς τὸ πλεῖον ἐπιθυμῆσαι, ὁ τοιοῦτος τὸ κακὸν ἀπήρτισεν ἤδη ἐν τῇ

(*a*) Edit. Lut. *Talis animo.* Sed *hic* textui magis consonat.

Digitized by Google

καρδίᾳ αὐτοῦ. Εἰ δὲ τὸ ἔργον οὐκ ἐπέθηκε, τί τοῦτο; Οὐκ ἴσχυσεν· ἐπεὶ ἐὰν ἰσχύσῃ, παραυτίκα τὸ κακὸν τελέσει. Πλὴν γίνωσκε ὅτι κἂν ἐπιθυμήσωμεν, εἶτα κωλυθῶμεν πρᾶξαι τὸ ἔργον, πρόδηλον ὅτι ὑπὸ τῆς χάριτος ἐσκεπάσθημεν. Καὶ αἱ γυναῖκες δὲ, ἐὰν καλλωπίζωνται διὰ τὸ ἀρέσαι τισὶ, κἂν μὴ ἀρέσωσιν, ὅμως ἐκεῖναι τὸ φάρμακον ἐκέρασαν, κἂν μηδεὶς πίνῃ.

« Ἐὰν δὲ ὁ ὀφθαλμός σου ὁ δεξιὸς σκανδαλίζῃ σε, ἔξελε αὐτὸν, καὶ βάλε ἀπὸ σοῦ. Συμφέρει γάρ σοι, ἵνα ἀπόληται ἓν τῶν μελῶν σου, καὶ μὴ ὅλον τὸ σῶμά σου βληθῇ εἰς γέενναν. Καὶ εἰ ἡ δεξιά σου χεὶρ σκανδαλίζῃ σε, ἔκκοψον αὐτὴν, καὶ βάλε ἀπὸ σοῦ. Συμφέρει γάρ σοι, ἵνα ἀπόληται ἓν τῶν μελῶν σου, καὶ μὴ ὅλον τὸ σῶμά σου βληθῇ εἰς γέενναν. » Ὀφθαλμὸν καὶ χεῖρα ἀκούων, μὴ νόμιζε περὶ τῶν μελῶν τοῦτο λέγεσθαι· οὐ γὰρ ἂν προσέθηκε τὸ, ὁ δεξιὸς καὶ ἡ δεξιά· ἀλλὰ περὶ τῶν δοκούντων φίλων καὶ βλαπτόντων ἡμᾶς· οἷον· ἔστι τις; νέος, ἔχων φίλους ἀκολάστους, καὶ βλάπτεται· Τούτους οὖν ἀπότεμνε, φησί· τάχα μὲν γὰρ κἀκείνους σώσεις, εἰς αἴσθησιν ἐλθόντας· εἰ δὲ μή, κἂν σεαυτόν. Εἰ δὲ στέργεις τὴν πρὸς ἐκείνους φιλίαν, ἀμφότεροι ἀπολεῖσθε.

« Ἐρρέθη δὲ, ὅτι Ὃς ἂν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, δότω αὐτῇ ἀποστάσιον. » Μωϋσῆς ἐκέλευσεν, ἐάν τις μισῇ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, χωρίζεσθαι αὐτῆς, ἵνα μὴ χεῖρόν τι γένηται· μισουμένη γὰρ, ἴσως ἂν καὶ ἐφονεύθη· διδόναι δὲ τῇ διαζευγνυμένῃ γραμματεῖον ἀπολυτικὸν, ὃ ἐκαλεῖτο ἀποστάσιον· ὡς ἂν μηκέτι ἐπ' αὐτὸν ἐπανέλθοι, καὶ ἐκ τούτου γένηται σύγχυσις, ἑτέρᾳ συνοικοῦντος τοῦ ἀνδρός.

« Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ὅτι πᾶς ὁ ἀπολύων τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, παρεκτὸς λόγου πορνείας, ποιεῖ αὐτὴν μοιχᾶσθαι· καὶ ὃς ἂν ἀπολελυμένην γαμήσῃ, μοιχᾶται. » Οὐ λύει δὲ τὰ Μωσαϊκὰ, ἀλλὰ διορθοῦται, ἐκφοβῶν τὸν ἄνδρα, ἵνα μὴ ἀλόγως μισῇ τὴν γυναῖκα. Ἐὰν γὰρ ἀπολύσῃ αὐτὴν εὐλόγως, τουτέστι, πορνεύσασαν, ἀκατάκριτός ἐστιν· εἰ δὲ χωρὶς πορνείας, κατάκριτος· ἀναγκάζει γὰρ αὐτὴν μοιχᾶσθαι. Ἀλλὰ καὶ ὁ δεχόμενος ταύτην, μοιχός ἐστιν. Εἰ γὰρ μὴ ἐδέξατο, ἐπανέστρεψεν ἂν ἐκείνη, καὶ ὑπετάγη τῷ ἀνδρί. Τὸν γὰρ Χριστιανὸν δεῖ εἰρηνοποιὸν εἶναι καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους, καὶ πολλῷ πλέον πρὸς τὴν ἰδίαν γυναῖκα.

« Πάλιν ἠκούσατε, ὅτι ἐρρέθη τοῖς ἀρχαίοις· Οὐκ ἐπιορκήσεις, ἀποδώσεις δὲ τῷ Κυρίῳ τοὺς ὅρκους σου. » Τουτέστιν, Ὅταν ὀμνύῃς, ἀλήθευε.

« Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, μὴ ὀμόσαι ὅλως, μήτε ἐν τῷ οὐρανῷ, ὅτι θρόνος ἐστὶ τοῦ Θεοῦ· μήτε ἐν τῇ γῇ, ὅτι ὑποπόδιόν ἐστι τῶν ποδῶν αὐτοῦ· μήτε εἰς Ἱεροσόλυμα, ὅτι πόλις ἐστὶ τοῦ μεγάλου βασιλέως. » Ἐπειδὴ οἱ Ἰουδαῖοι τοῦ Θεοῦ λέγοντος ἤκουον, « Ὁ οὐρανός μοι θρόνος, ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον, » ὤμνυον κατὰ τῶν τοιούτων. Ὁ τοίνυν Κύριος κωλύων αὐτοὺς, οὐ λέγει, ὅτι Ἐπειδὴ καλὸς καὶ μέγας ἐστὶν ὁ οὐρανὸς, καὶ χρησίμη ἡ γῆ, διὰ τοῦτο μὴ ὀμνύετε· ἀλλ' ὅτι ὁ μὲν θρόνος ἐστὶ τοῦ Θεοῦ, ἡ δὲ, ὑποπό-

A in vorde. Quod si opus non addidit, quid hoc? Non potuit : quia si potuisset, statim malum perpetrasset. Verum cognosce, quod et si concupiscamus, deinde prohibeamur facere opus, signum est quod manifeste a gratia protecti fuerimus. Ita et mulieres dum se ornant, ut aliquibus placeant, etiamsi non placeant, attamen pharmacum miscuerunt, etiamsi nullus bibat.

Vers. 29, 30. « Et si oculus tuus dexter offendiculo tibi fuerit, erue illum et abjice a te. Utile enim tibi est ut pereat unum ex membris tuis, et non totum corpus mittatur in gehennam. Et si dextera manus tua obstiterit tibi, amputa eam et projice abs te : expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum, et non totum corpus tuum
B conjiciatur in gehennam. » Oculum et manum audiens, ne existimes de membris his dici, non enim apposuisset, dexter et dextera : sed de his qui videntur esse amici, et nocent nobis. Ut, exempli gratia, adolescens est, cui sunt amici intemperantes, a quibus damnum accepit : Hos igitur amputa, inquit. Fortassis enim et illos servabis, ubi hoc persenserint : quod si minus, certe vel teipsum. Si autem amas illorum amicitiam, utrique peribitis.

Vers. « 31. Dictum est autem, quod Quicunque dimiserit uxorem suam, det ei repudiarium. » Moses jussit, si quis oderit uxorem suam, separetur ab ea, ut ne quid gravius contingat. Nam cum odio habetur, fortassis occidi posset. Dare autem
C jubet dimissæ libellum absolutorium, quem vocat repudiarium, ita ut jam non ad ipsum accedat, et ex hoc fiat confusio, viro alteri cohabitante.

Vers. 32. « Ego autem dico vobis, quod quisquis dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari : et qui dimissam duxerit, mœchatur. » Non solvit Mosaica, sed corrigit, exterrens virum, ut ne absque causa odio habeat uxorem. Nam si justa de causa dimiserit eam, nempe fornicantem, nulli condemnationi est obnoxius. Quod si absque fornicationis causa, condemnandus est, cogit enim eam mœchari : sed et qui accipit eam, mœchus est. Nisi enim ille accepisset, rediisset utique illa, et subdita fuisset viro. 29 Christianum autem oportet esse pacificum, etiam ad
D alios, et multo magis cum uxore sua pacem habere.

Vers. 33. « Iterum audistis quod dictum sit priscis, Non pejerabis, sed persolves Domino juramenta tua. » Hoc est, quando juras, vera loquere.

Vers. 34, 35. « Ego autem dico vobis, non jurare omnino, neque per cœlum, quia sedes Dei est : neque per terram, quia scabellum pedum ejus est : neque per Hierosolyma, quia civitas est regis magni. » Judæi quia Deum audierant dicentem, Cœlum mihi thronus, terra autem scabellum, jurabant per talia. Igitur Dominus prohibens eos, non dicit, Quia pulchrum et magnum est cœlum, et terra utilis est, ideo per ea non jurate; sed, Quia cœlum thronus est Dei, terra autem scabellum

Digitized by Google

pedum ejus, ut ne sit locus idololatriæ. Forte enim in deorum numerum relata fuissent elementa a jurantibus per ea : id quod antea factum est.

VERS. 36. « Neque per caput tuum jurabis, quia non potes unum pilum album vel nigrum facere. » Deus solus per semetipsum jurat, utpote nulli subjectus : nos autem cum non simus nostræ potestatis, quo pacto per caput nostrum jurabimus? alterius enim est possessio. Si enim tuum est caput, mutu, si potes, unum capillum.

VERS. 37. « Sit autem sermo vester, etiam etiam : non, non. » Ut ne dicas : Et quomodo fidem mihi habebunt? inquit : Si semper vere locutus fueris, et nunquam juraveris. Nulli enim minus creditur quam ei qui frequenter jurat. « Quod autem amplius his est, a malo est. » Jurare (inquit) et adjicere amplius ad Etiam vel Non, a diabolo est. Porro si dixeris quod et lex Mosis mala erit, quoniam jurare jubet, disce quod tunc non erat malum jurare : post Christum autem malum est, sicut et circumcidi, et in summa, quidquid est Judaicum. Sugere enim puero convenit, viro minime.

VERS. 38. « Audistis quod dictum sit, Oculum pro oculo, dentem pro dente. » Lex condescendens permittit ut eadem quis patiatur quæ inflixit, ut ne mutuo se offendant, timore, ne eadem patiantur, absterriti.

VERS. 39. « Ego autem dico vobis, ut ne resistatis malo : sed quisquis impegerit alapam in dexteram tuam maxillam, obverte ei et alteram. » Malum hic diabolum vocat, qui per hominem operatur. Non oportet igitur obsistere diabolo? Etiam : at non est repercutiendum, sed sustinendum. Non enim igni extinguitur ignis, sed aqua. Ne existimes autem quod loquatur solum de percussione maxillæ, sed de omni alio malo quod infligitur.

VERS. 40. « Et ei qui vult tecum judicari, et tunicam tuam tollere, permitte ei et pallium. » Etiamsi quando te ad judicem trahat et obturbet, tunc dimitte ei pallium : non si simpliciter petat. Tunica proprie dicitur quam subuculam vel indusium vocamus : pallium, quo illam tegimus : quamvis sæpe alia pro aliis dicantur.

VERS. 41. « Et qui te adegerit ad milliarium unum, vade cum eo duo. » Quid dico, 30 inquit, tunicam et pallium? etiam corpus tuum da ei qui te injuste trahit, et amplius quam ille vult, facito.

VERS. 42. « Petenti abs te, da : et volentem a te mutuum accipere, ne averseris. » Sive amicus, sive inimicus, sive infidelis, sive pecunias petat, sive auxilium aliud. Mutuum autem non cum fœnore dicit, sed simpliciter usum. Nam et in lege absque usura mutuum dabant.

VERS. 43, 44. « Audistis quod dictum est, Diliges proximum tuum, et odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis, Diligite inimicos vestros. » Venit ad verticem virtutum : quid enim illo majus? Non est autem impossibile. Moses enim et Paulus Ju-

διον, ἵνα μὴ εἰδωλολατρία χώραν ἔχῃ. Ἐθεοποιήθησαν γὰρ ἂν τὰ στοιχεῖα παρὰ τῶν εἰς αὐτὰ ὀμνυόντων· ὃ καὶ πρότερον ἐγένετο.

« Μήτε ἐν τῇ κεφαλῇ σου ὀμόσῃς, ὅτι οὐ δύνασαι μίαν τρίχα λευκὴν ἢ μέλαιναν ποιῆσαι. » Ὁ Θεὸς μόνος ὀμνύει καθ' ἑαυτοῦ, ὡς μηδενὶ ὑποκείμενος· ἡμεῖς δὲ οὐκ ἐξουσιάζοντες ἑαυτῶν, πῶς ἂν ὀμόσαιμεν κατὰ τῆς κεφαλῆς ἡμῶν; ἑτέρου γὰρ τὸ κτῆμα. Εἰ γὰρ σή ἐστιν ἡ κεφαλή, ἄλλαξον, εἰ δύνασαι, μίαν τρίχα.

« Ἔστω δὲ ὁ λόγος ὑμῶν, ναί, ναί· οὔ, οὔ. » Ἵνα μὴ εἴπῃς, Καὶ πῶς πιστευθήσομαι; φησίν· Ἐὰν ἀεὶ ἀληθεύῃς, καὶ μηδέποτε ὀμνύῃς. Οὐδεὶς γὰρ οὕτως ἀπιστεῖται, ὡς ὁ προχείρως ὀμνύων. « Τὸ δὲ περισσὸν τούτων, ἐκ τοῦ πονηροῦ ἐστι. » Τὸ ὀμνύειν, φησὶ, περισσὸν ὂν παρὰ τὸ ναὶ καὶ τὸ οὔ, τοῦ διαβόλου ἐστίν. Ἀλλ' ἐρεῖς, ὅτι Καὶ λοιπὸν ὁ νόμος Μωσέως, κελεύων ὀμνύειν, πονηρὸς ἦν; Μάθε οὖν, ὅτι οὐκ ἦν πονηρὸν τότε τὸ ὀμνύειν· μετὰ δὲ Χριστὸν, ἔστι πονηρόν· ὥσπερ καὶ τὸ περιτέμνεσθαι, καὶ ἁπλῶς τὸ Ἰουδαΐζειν. Ἐπεὶ καὶ τὸ θηλάζειν, τοῖς μὲν παιδίοις ἁρμόζει, τοῖς δὲ ἀνδράσιν αἰσχύνη.

« Ἠκούσατε ὅτι ἐρρέθη, Ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, καὶ ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος. » Ὁ νόμος συγκαταβαίνων συνεχώρει τὴν ταυτοπάθειαν, ἵνα φόβῳ τοῦ τὰ ἴσα παθεῖν, μὴ ἀδικῶσιν ἀλλήλους.

« Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, μὴ ἀντιστῆναι τῷ πονηρῷ, ἀλλ' ὅστις σε ῥαπίσει ἐπὶ τὴν δεξιὰν σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην. » Πονηρὸν ἐνταῦθα τὸν διάβολον λέγει, τὸν διὰ τοῦ ἀνθρώπου ἐνεργοῦντα. Οὐ δεῖ οὖν ἀντίστασθαι τῷ διαβόλῳ; ναί· ἀλλ' οὐχὶ διὰ τοῦ ἀντιπλήττειν, ἀλλὰ διὰ τοῦ ὑπομένειν. Οὐ γὰρ πυρὶ σβέννυται πῦρ, ἀλλ' ὕδατι. Μὴ νόμιζε δὲ ὅτι περὶ τῆς εἰς τὴν σιαγόνα πληγῆς λέγει μόνης, ἀλλὰ καὶ περὶ πάσης ἄλλης καὶ παντὸς ἁπλῶς δεινοῦ.

« Καὶ τῷ θέλοντί σοι κριθῆναι, καὶ τὸν χιτῶνά σου λαβεῖν, ἄφες αὐτῷ καὶ τὸ ἱμάτιον. » Ἐάν εἰς δικαστήριόν σε ἕλκῃ καὶ ὀχλῇ, ἄφες αὐτῷ καὶ ἱμάτιον· οὐκ ἐὰν ἁπλῶς ζητῇ. Χιτὼν δὲ κυρίως, τὸ παρ' ἡμῖν λεγόμενον ὑποκάμισον· ἱμάτιον δὲ, τὸ ἐπιβαλλόμενον· πλὴν καὶ ἀντ' ἀλλήλων τὰ ὀνόματα λέγονται.

« Καὶ ὅστις σε ἀγγαρεύσει μίλιον ἕν, ὕπαγε μετ' αὐτοῦ δύο. » Τί λέγω, φησὶν, ἱμάτια καὶ χιτῶνας; καὶ αὐτὸ τὸ σῶμά σου δὸς τῷ ἀδίκως ἕλκοντι, καὶ πλέον, ἢ ἐκεῖνος βούλεται, ποίησον.

« Τῷ αἰτοῦντί σε δίδου, καὶ τὸν θέλοντα ἀπὸ σοῦ δανείσασθαι, μὴ ἀποστραφῇς. » Κἂν ἐχθρὸς, κἂν φίλος, κἂν ἄπιστος, εἴτε χρήματα ζητεῖ, εἴτε ἄλλην βοήθειαν. Δάνεισμα δὲ, οὐ τὸ σὺν τόκῳ λέγει, ἀλλὰ τὴν ἁπλῶς χρῆσιν. Ἐπεὶ καὶ ἐν τῷ νόμῳ χωρὶς τόκου ἐδάνειζον.

« Ἠκούσατε ὅτι ἐρρέθη· Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου, καὶ μισήσεις τὸν ἐχθρόν σου· ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν· Ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν. » Ἔφθασεν ἐπὶ τὴν κορυφὴν τῶν ἀρετῶν· τί γὰρ τούτου μεῖζον; Οὐκ ἀδύνατον δέ. Μωσῆς γὰρ καὶ Παῦλος τοὺς κατ' αὐτῶν

Digitized by Google

λυττῶντας Ἰουδαίους, ὑπὲρ ἑαυτοὺς ἠγάπησαν, καὶ πάντες οἱ ἅγιοι τοὺς ἐχθροὺς αὐτῶν. « Εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμᾶς, καλῶς ποιεῖτε τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς, καὶ προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς καὶ διωκόντων ὑμᾶς. » Ὡς γὰρ εὐεργέτας δεῖ αὐτοὺς ἔχειν. Πᾶς γὰρ ὁ διώκων καὶ πειράζων, ἐλαφρύνει ἡμῖν τὴν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτημάτων τιμωρίαν. Ἄλλως τε, καὶ ὅταν τηλικοῦτον ἔπαθλον δίδωσιν ἡμῖν ὁ Θεός. Ἄκουε γάρ·

« Ὅπως γένησθε υἱοὶ τοῦ Πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς· ὅτι τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθούς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους. » Ὁρᾷς πηλίκον ἀγαθὸν δίδωσί σοι ὁ μισῶν σε καὶ ἐπηρεάζων, ἐὰν μόνον θέλῃς ὑπομένειν; Ἐροχὴν δὲ καὶ ἥλιον νόει, καὶ τὴν γνῶσιν καὶ τὴν διδασκαλίαν· πάντας γὰρ ὁ Θεὸς φωτίζει καὶ διδάσκει.

« Ἐὰν γὰρ ἀγαπᾶτε τοὺς ἀγαπῶντας ὑμᾶς, τίνα μισθὸν ἔχετε; οὐχὶ καὶ οἱ τελῶναι τὸ αὐτὸ ποιοῦσιν; » Φρίξωμεν, ὅταν μηδὲ τῶν τελωνῶν ὦμεν ἴσοι, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀγαπῶντας ἡμᾶς μισῶμεν.

« Καὶ ἐὰν ἀσπάζησθε τοὺς φίλους ὑμῶν μόνον, τί περισσὸν ποιεῖτε; Οὐχὶ καὶ οἱ τελῶναι οὕτω ποιοῦσιν; Ἔσεσθε οὖν ὑμεῖς τέλειοι, ὥσπερ ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς τέλειός ἐστι. » Τὸ γὰρ τοὺς μὲν τῶν ἀνθρώπων ἀγαπᾷν, τοὺς δῆθεν φίλους, τοὺς δὲ μισεῖν, ἀτελές ἐστι· τέλειον δὲ, τὸ πάντας ἀγαπᾷν.

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Περὶ ἐλεημοσύνης, προσευχῆς καὶ νηστείας. Περὶ τοῦ καταφρονεῖν τῶν τοῦ κόσμου.

« Προσέχετε τὴν ἐλεημοσύνην ὑμῶν μὴ ποιεῖν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων πρὸς τὸ θεαθῆναι αὐτοῖς· εἰ δὲ μήγε, μισθὸν οὐκ ἔχετε παρὰ τῷ Πατρὶ ὑμῶν τῷ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. » Εἰς τὴν μεγίστην τῶν ἀρετῶν τὴν ἀγάπην ἀναγαγὼν, νῦν ἀναιρεῖ καὶ τὴν κενοδοξίαν, ἥτις ἕπεται τοῖς κατορθώμασιν· ὅρα δὲ τί λέγει· Προσέχετε, ὡσανεὶ περὶ θηρίου δεινοῦ λέγοι, πρόσεχε μή σε διασπαράξῃ· κἂν ἔμπροσθεν δὲ τῶν ἀνθρώπων ἐλεῇς, οὐ ποιεῖς δὲ τοῦτο πρὸς τὸ θεαθῆναι, οὐ κατακρίνῃ. Ἐὰν δὲ σκοπὸν ἔχῃς κενοδοξίας, εἰ καὶ ἐν τῷ ταμείῳ σου ποιήσῃς, κατακρίνῃ. Τὴν γνώμην γὰρ ἡ κολάζει ἢ στεφανοῖ ὁ Θεός.

« Ὅταν οὖν ποιῇς ἐλεημοσύνην, μὴ σαλπίσῃς ἔμπροσθέν σου, ὥσπερ οἱ ὑποκριταὶ ποιοῦσιν ἐν ταῖς συναγωγαῖς καὶ ἐν ταῖς ῥύμαις, ὅπως δοξασθῶσιν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων. » Οὐ σάλπιγγας εἶχον οἱ ὑποκριταὶ, ἀλλὰ τὴν διάνοιαν αὐτῶν διαγελᾷ ἐνταῦθα, ὅτι ἠβούλοντο τὴν ἐλεημοσύνην αὐτῶν σαλπίζεσθαι. Ὑποκριταὶ δέ εἰσιν οἱ ἄλλο μὲν ὄντες, ἄλλο δὲ φαινόμενοι· καὶ οὗτοι γοῦν ἐλεήμονες μὲν φαίνονται, ἄλλοι δέ εἰσιν. « Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν. » Ἐπαινούμενοι γὰρ, τὸ πᾶν ἀπέλαβον παρὰ τῶν ἀνθρώπων.

« Σοῦ δὲ ποιοῦντος ἐλεημοσύνην, μὴ γνώτω ἡ ἀριστερά σου τί ποιεῖ ἡ δεξιά σου. » Ὑπερβολικῶς τοῦτο εἶπεν· ὅτι Εἰ δυνατὸν, καὶ σεαυτὸν λάνθανε.

deos contra se insanientes, plus quam seipsos diligebant, et omnes sancti suos inimicos. « Bene precemini devoventibus vos, benefacite his qui oderunt vos, et orate pro his qui lædunt et insectantur vos. » Inter benefactores oportet illos habere. Omnis enim qui nos tentat et persequitur, leviorem facit pœnam quam pro peccatis ferre deberemus. Etiam alia ratione, nempe quia talem mercedem nobis dat Deus. Audi enim :

Vers. 45. « Ut sitis filii Patris vestri qui est in cœlis : quia solem suum exoriri sinit super bonos et malos, et pluit super justos et injustos. » Vides quantum bonum dat tibi qui te odit et lædit, modo sustinere velis : Per pluviam autem et solem intellige etiam doctrinam et scientiam. Omnes enim Deus illustrat et docet.

Vers. 46. « Nam si dilexeritis diligentes vos quam mercedem habetis? nonne et publicani idem faciunt? » Trepidemus, quod neque publicanis sumus æquales; sed amantes ipsos odio habemus.

Vers. 47, 48. « Et si dilexeritis amicos vestros tantum, quid amplius facitis? nonne et publicani sic faciunt? Eritis igitur vos perfecti, sicut Pater vester qui in cœlis est, perfectus est. » Nam hominum alios diligere, alios odio habere, imperfectorum est : omnes autem diligere, perfectorum.

CAPUT VI.

De eleemosyna, oratione et jejunio. De contemptu mundi.

Vers. 1. « Attendite ne eleemosynam vestram faciatis coram hominibus ut videamini ab illis, alioqui mercedem non habetis apud Patrem vestrum qui est in cœlis. » Postquam ad summam virtutum charitatem duxit, nunc tollit inanem gloriam, quæ sequi solet bene operantes. Vide autem quid dicat : Attendite, inquit, et cavete; quasi de aliqua mala bestia dicat, attende ne te dilaceret. Porro licet coram hominibus eleemosynam facias, non tamen ideo facis ut videaris ab hominibus, non condemnaris. Sin autem vanæ gloriæ scopum spectaveris, etiamsi in penetralibus promptuarii tui feceris, condemnaris. Voluntatem enim vel coronat vel punit Deus.

Vers. 2. « Itaque cum facis eleemosynam, ne tuba canatur 31 ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis et in vicis, ut glorificentur ab hominibus. » Non tubas habebant hypocritæ, sed animum eorum deridet hoc loco, quod eleemosynam suam volebant celebrari. Hypocritæ sunt, qui alii sunt, alii apparent : et misericordes quidem videntur, alii autem sunt. « Amen dico vobis, quod habent mercedem suam. » Cum laudantur enim, totum acceperunt ab hominibus.

Vers. 3. « Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. » Per hyperbolem hoc dicit, quasi diceret, si possibile, etiam

Digitized by Google

teipsum ignores. Vel etiam aliter, Sinistra est inanis gloria, dextra vero eleemosyna, nesciat igitur eleemosynam inanis gloria.

VERS. 4. « Ut sit eleemosyna tua in abdito, et Pater tuus qui videt in abdito, reddet tibi in manifesto. » Quando? Tunc cum nuda et manifesta omnia erunt, et tunc magis glorificabere.

VERS. 5. « Et quando oras, non eris quemadmodum hypocritæ, qui amant in conciliabulis et in angulis platearum stantes orare, ut conspicui sint hominibus. Amen dico vobis, quod habent mercedem suam. » Hypocritas et istos nominat, uti eos qui videntur quidem attendere ad Deum, sed ad homines magis attendunt, a quibus habent, hoc est, accipiunt mercedem suam.

VERS. 6. « Tu autem, quando oras, ingredere in cubiculum tuum, et clausa janua tua ora Patrem tuum in abscondito, et Pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi in manifesto. » Quid igitur? in ecclesia non orabo? Omnino, sed recto animo, et citra ostentationem. Locus enim non nocet, sed modus et intentio. Multi enim etiam in abscondito orantes, hoc ut hominibus placeant faciunt.

VERS. 7. « Orantes autem, ne sitis battalogi in precibus vestris, sicut ethnici. » Battalogia est nugacitas, ut exempli gratia, petere aliquid terrenum, gloriam, divitias, victoriam. Battarismus autem est inarticulata vox, qualis est puerorum : tu igitur ne nugax et multiloquus sis. « Putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur. » Non sunt longæ preces faciendæ, sed breves quidem et crebræ, oportet enim pauca loquentes perseverare in precibus.

VERS. 8. « Ne igitur assimilemini eis ; scit enim Pater vester quibus indigetis, antequam petatis ab illo. » Non enim ut doceamus, petimus : sed ut nos a temporalibus et sæcularibus curis abstrahamus, et otiose et magna cum utilitate cum eo colloquamur.

VERS. 9. « Sic igitur orate vos : Pater noster, qui es in cœlis. » Aliud est votum, aliud oratio. Votum enim est promissio coram Deo, ut quando promittit quis se abstinere a vino, vel alia quadam re : oratio autem petitio bonorum. Dicens autem Pater, ostendit tibi quanta bona sis assecutus, factus filius Dei. Et dum dicit, In cœlis, ostendit tibi patriam tuam et domum paternam. Nam si vis habere Patrem Deum, in 32 cœlos specta, et non in terram. Non dicis autem, Pater meus, sed Pater noster, ut omnes quasi fratres unius patris habeas. « Sanctificetur nomen tuum. » Hoc est, facito nos sanctos, ut et tu per nos glorificeris. Sicut enim blasphematur propter me, ita et sanctificatur propter me Deus : hoc est, ut sanctus glorificatur.

VERS. 10. « Adveniat regnum tuum. » Secundus scilicet adventus ; nam, fretus bona conscientia, pre-

Ἢ καὶ ἄλλως· ἀριστερὰ, ἡ κενοδοξία· δεξιὰ, ἡ ἐλεημοσύνη· μὴ γινωσκέτω οὖν ἡ κενοδοξία τὴν ἐλεημοσύνην.

« Ὅπως ᾖ σου ἡ ἐλεημοσύνη ἐν τῷ κρυπτῷ, καὶ ὁ Πατήρ σου ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ, αὐτὸς ἀποδώσει σοι ἐν τῷ φανερῷ. » Πότε; Ὅτε γυμνὰ καὶ φανερὰ πάντα παρίστανται, καὶ τότε δοξασθήσῃ μᾶλλον.

« Καὶ ὅταν προσεύχῃ, οὐκ ἔσῃ ὥσπερ οἱ ὑποκριταὶ, ὅτι φιλοῦσιν ἐν ταῖς συναγωγαῖς καὶ ἐν ταῖς γωνίαις τῶν πλατειῶν ἑστῶτες προσεύχεσθαι, ὅπως ἂν φανῶσι τοῖς ἀνθρώποις. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν. » Ὑποκριτὰς καὶ τούτους ὀνομάζει, ὡς δοκοῦντας μὲν Θεῷ προσέχειν, ἀνθρώποις δὲ προσέχοντας· παρ' ὧν ἀπέχουσι, τουτέστιν, ἀπολαμβάνουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν.

« Σὺ δὲ ὅταν προσεύχῃ, εἴσελθε εἰς τὸ ταμεῖόν σου, καὶ κλείσας τὴν θύραν σου, πρόσευξαι τῷ Πατρί σου τῷ ἐν τῷ κρυπτῷ, καὶ ὁ Πατήρ σου ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ, ἀποδώσει σοι ἐν τῷ φανερῷ. » Τί οὖν; ἐν ἐκκλησίᾳ μὴ προσεύξωμαι; Καὶ πάνυ· ἀλλὰ μετὰ γνώμης ὀρθῆς, καὶ ὥστε μὴ ἐπιδείκνυσθαι, ἐπεὶ ὁ τόπος οὐ βλάπτει, ἀλλ' ὁ τρόπος καὶ ὁ σκοπός. Πολλοὶ γοῦν ἐν τῷ κρυπτῷ εὐχόμενοι, πρὸς ἀνθρωπαρεσκίαν τοῦτο ποιοῦσιν.

« Προσευχόμενοι δὲ, μὴ βαττολογήσητε, ὥσπερ οἱ ἐθνικοί. » Βαττολογία ἐστὶν ἡ φλυαρία· οἷον, τὸ αἰτεῖν τι τῶν γηΐνων, δόξαν, πλοῦτον, νίκην. Βατταρισμὸς δέ ἐστιν ἡ ἀναρθρος φωνὴ, ὡς ἡ τῶν παιδίων· σὺ τοίνυν μὴ φλύαρος ἴσο. Δοκοῦσι γὰρ, ὅτι ἐν τῇ πολυλογίᾳ αὐτῶν εἰσακουσθήσονται. Οὐ δεῖ μακρὰς ποιεῖσθαι τὰς εὐχὰς, ἀλλὰ βραχείας μὲν, συχνάκις δὲ, καὶ ὀλίγα φθεγγομένους, προσκαρτερεῖν τῇ εὐχῇ.

« Μὴ οὖν ὁμοιωθῆτε αὐτοῖς, οἶδε γὰρ ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὧν χρείαν ἔχετε πρὸ τοῦ ὑμᾶς αἰτῆσαι αὐτόν. » Οὐ γὰρ ἵνα διδάξωμεν αἰτοῦμεν, ἀλλ' ἵνα ἑαυτοὺς ἀπασχολήσαντες τῶν βιωτικῶν, ὠφεληθῶμεν ὁμιλοῦντες αὐτῷ.

« Οὕτως οὖν προσεύχεσθε ὑμεῖς· Πάτερ ἡμῶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. » Εὐχὴ ἄλλο, καὶ προσευχὴ ἄλλο. Εὐχὴ μὲν γάρ ἐστιν ὑπόσχεσις πρὸς Θεόν· ὡς ὅταν ὑπισχνῆταί τις ἀποσχέσθαι οἴνου ἢ ἄλλου τινός· προσευχὴ δὲ, ἀγαθῶν αἴτησις. Πάτερ δὲ εἰπὼν, δείκνυσί σοι τίνων ἀγαθῶν ἠξιώθης, υἱὸς Θεοῦ γεγονώς· ἐν δὲ τῷ εἰπεῖν, ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἔδειξέ σοι τὴν πατρίδα σου καὶ τὸν οἶκον τὸν πατρικόν· ἐὰν γὰρ θέλῃς ἔχειν Πατέρα τὸν Θεὸν, πρὸς τοὺς οὐρανοὺς βλέπε, καὶ μὴ πρὸς γῆν· οὐ λέγεις δὲ, Πάτερ μου, ἀλλὰ, Πάτερ ἡμῶν, ὡς ἂν ἔχοις πάντας ὡς ἀδελφοὺς ἑνὸς Πατρός. « Ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου. » Τουτέστι, Ποίησον ἡμᾶς ἁγίους, ἵνα καὶ σὺ δι' ἡμᾶς δοξάζῃ· ὡς γὰρ βλασφημεῖται δι' ἐμὲ, οὕτω καὶ ἁγιάζεται δι' ἐμὲ ὁ Θεὸς, τουτέστιν, ὡς ἅγιος δοξάζεται.

« Ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου. » Τουτέστιν, ἡ δευτέρα παρουσία· ὁ γὰρ συνειδὸς ἔχων πεπαῤῥησιασμένον,

Digitized by Google

εὔχεται ἐλθεῖν τὴν ἀνάστασιν καὶ τὴν κρίσιν. « Γενηθήτω τὸ θέλημά σου ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. » Ὥσπερ, φησὶν, οἱ ἄγγελοι ποιοῦσιν τὸ θέλημά σου, οὕτω καὶ ἡμῖν δὸς ποιεῖν αὐτό.

« Τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον. » Ἐπιούσιον, τὸν ἐπὶ τῇ οὐσίᾳ καὶ συστάσει ἡμῶν αὐτάρκη, φησίν· ἀναιρεῖ δὲ τὴν περὶ τῆς αὔριον μέριμναν, καὶ τὸ σῶμα δὲ τοῦ Χριστοῦ ἄρτος ἐστὶν ἐπιούσιος· οὗ μεταλαμβάνειν ἀκαταχρίτως εὐχόμεθα.

« Καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν. » Ἐπειδὴ καὶ μετὰ τὸ βάπτισμα ἁμαρτάνομεν, ἱκετεύομεν ἵνα ἀφῇ ἡμῖν· οὕτω δὲ ἀφήσει ὡς καὶ ἡμεῖς. Ἐὰν γὰρ μνησικακῶμεν, οὐκ ἀφήσει ἡμῖν· ἐμὲ γὰρ ἔχει ὁ Θεὸς παράδειγμα· καὶ ὃ ποιῶ ἐπ' ἄλλῳ, ποιεῖ ἐπ' ἐμοί.

« Καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν. » Ἀσθενεῖς ἐσμεν οἱ ἄνθρωποι, διὸ οὐ δεῖ ἐπιῤῥίπτειν ἑαυτοὺς τοῖς πειρασμοῖς· ἀλλ' ἐμπεσόντας εὔχεσθαι μὴ καταποθῆναι ὑπὸ τοῦ πειρασμοῦ. Ὁ γὰρ καταποθεὶς καὶ νικηθεὶς, ἐκεῖνος εἰσηνέχθη εἰς τὸν βόθρον τοῦ πειρασμοῦ, ἀλλ' οὐχ ὁ ἐμπεσὼν μὲν, νικήσας δέ. « Ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. » Οὐκ εἶπεν, ἀπὸ τῶν πονηρῶν ἀνθρώπων· οὐ γὰρ ἐκεῖνοι ἀδικοῦσιν ἡμᾶς, ἀλλ' ὁ πονηρός. « Ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία καὶ ἡ δύναμις καὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν. » Θαρσύνει ἡμᾶς ἐνταῦθα. Εἰ γὰρ βασιλεύς ἐστι, καὶ δυνατὸς ὁ Πατὴρ καὶ ἔνδοξος, πάντως καὶ ἡμεῖς νικήσομεν τὸν πονηρὸν, καὶ δοξασθησόμεθα ὕστερον.

« Ἐὰν γὰρ ἀφῆτε τοῖς ἀνθρώποις τὰ παραπτώματα αὐτῶν, ἀφήσει καὶ ὑμῖν ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος. » Πάλιν ἀμνησικάκους ἡμᾶς εἶναι διδάσκει. Ἀναμιμήσκει δὲ ἡμᾶς τοῦ Πατρὸς, ἵνα αἰδεσθῶμεν αὐτὸν, καὶ μὴ ἐκθηριώμεθα, τοιούτου παῖδες ὄντες.

« Ἐὰν δὲ μὴ ἀφῆτε τοῖς ἀνθρώποις τὰ παραπτώματα αὐτῶν, οὐδὲ ὁ Πατὴρ ὑμῶν ἀφήσει τὰ παραπτώματα ὑμῶν. » Οὐδὲν οὕτω μισεῖ ὁ πρᾶος Θεὸς, ὡς τὴν ὠμότητα.

« Ὅταν δὲ νηστεύητε, μὴ γίνεσθε ὥσπερ οἱ ὑποκριταὶ, σκυθρωποί· ἀφανίζουσι γὰρ τὰ πρόσωπα αὐτῶν, ὅπως φανῶσι τοῖς ἀνθρώποις νηστεύοντες. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν. » Ἀφανισμὸς προσώπου ἐστὶν ἡ ὠχρότης, ὅταν οὐχ οἷός ἐστί τις φαίνηται, ἀλλὰ προσποιῆται στυγνότητα.

« Σὺ δὲ νηστεύων, ἄλειψαί σου τὴν κεφαλὴν, καὶ τὸ πρόσωπόν σου νίψαι, ὅπως μὴ φανῇς τοῖς ἀνθρώποις νηστεύων, ἀλλὰ τῷ Πατρί σου τῷ ἐν τῷ κρυπτῷ· καὶ ὁ Πατήρ σου ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ, ἀποδώσει σοι. » Οἱ παλαιοὶ χαρᾶς εἶχον σημεῖον τὸ ἀλείφεσθαι ἐλαίῳ μετὰ τὸ λοῦτρόν· καὶ σὺ οὖν οὕτω χαίρων φαίνου. Ἔλαιον δὲ νοεῖται καὶ ἡ ἐλεημοσύνη. Κεφαλὴ δὲ ἡμῶν ὁ Χριστὸς, ὃν δεῖ ἀλείφειν ταῖς ἐλεημοσύναις· καὶ τὸ πρόσωπον, ἤτοι τὰς αἰσθήσεις, νίπτειν διὰ δακρύων.

« Μὴ θησαυρίζετε ὑμῖν θησαυροὺς ἐπὶ τῆς γῆς,

A catur ut veniat resurrectio et judicium. « Fiat voluntas tua sicut in cœlo et in terra. » Sicut, inquit, angeli faciunt voluntatem tuam, ita et nos da eam facere.

Vers. 11. « Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie. » Supersubstantialem dicit, qui substantiæ et constitutioni nostræ sufficit, tollit autem curam de crastino. Quin et corpus Christi panis est supersubstantialis : cujus esse participes citra condemnationem precamur.

Vers. 12. « Et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. » Quia et post baptisma peccamus, precamur ut dimittat nobis, sic autem dimittet, quemadmodum et nos : nam si vindictæ avidi et memores fuerimus, non B remittet. Habet me Deus ut exemplar : et quod facio alii, facit et mihi.

Vers. 13. « Et ne inducas nos in tentationem. » Imbecilles sumus homines, ideo non debemus nos ipsos in tentationes injicere : sed si inciderimus, orandum ne absorbeamur a tentatione. Absorptus enim et victus, ille in profundum tentationis inductus est, at non item qui incidit, et vincit. « Sed libera nos a malo ». Non dixit, a malis hominibus : non enim illi nos injuria afficiunt, sed malignus. « Quoniam tuum est regnum, et potentia, et gloria in sæcula, Amen. » Animat nos hoc loco. Nam si Rex est, et potens Pater et gloriosus, omnino et nos vincemus malignum, et glorificabimur posthac.

C

Vers. 14. « Etenim si remiseritis hominibus delicta sua, remittet etiam vobis Pater vester cœlestis. » Iterum nos docet esse alienos a vindicandi cupiditate. Memoriam autem patris inculcat, ut reveream ur eum : et cum ejus simus filii, non exasperemur.

Vers. 15. « Quod si non remiseritis hominibus delicta sua, neque Pater vester remittet vobis delicta vestra. » Nihil enim ita odit benignus Deus, ut crudelitatem.

Vers. 16. « Porro cum jejunaveritis, ne sitis sicut hypocritæ, vultuosi. Obscurant enim facies suas, ut videantur hominibus jejunantes. Amen D dico vobis, quod habent mercedem suam. » Obscuratio faciei est pallor : quando quis non est qualis apparet, sed simulat tristitiam.

Vers. 17, 18. « Tu autem jejunans, unge caput tuum, et faciem tuam lava, ne videaris hominibus jejunans, sed Patri tuo qui est in abscondito : et Pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi. » Prisci in gaudii signum habebant, oleo ungi post lotionem : 33 et tu quoque sic lætus appare. Per oleum autem et eleemosyna intelligitur. Porro caput nostrum, hoc est, Christum, oportet eleemosyna inungi : faicem autem, hoc est, sensum, lacrymis lavare.

Vers. 18, 19. « Ne thesaurizetis vobis thesau-

Digitized by Google

ros super terram, ubi ærugo et tinea corrumpit : et ubi fures perfodiunt et furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in cœlo, ubi neque ærugo, neque tinea corrumpit, et ubi fures non perfodiunt, neque furantur. » Postquam inanis gloriæ morbum ejecit, consequenter de inopia loquitur. Homines enim propter vanam gloriam multa possident. Ostendit quam sit inutile thesauros habere super terram : quia ærugo et tinea corrumpunt cibos et vestes, fures autem aurum et argentum. Deinde ne quis dicat ei : Sed non omnia furto pereunt, inquit. Quamvis nihil horum sit, attamen sic addictum esse divitiarum sollicitudini, quomodo non miserum? ideo dicit :

VERS. 21-23. « Ubi enim est thesaurus vester, ibi erit et cor vestrum. Lucerna corporis est oculus : si igitur oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit : si autem oculus tuus malus fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit. Si igitur lux quæ in te est, tenebræ sunt, tenebræ ipsæ quantæ? » Hoc dicit, quod si adjeceris animum opum sollicitudini, exstinxisti lucernam, obtenebrasti tuam animam. Sicut enim oculus si simplex, hoc est, sanus fuerit, illuminat corpus : si autem malus, hoc est morbidus, obtenebrat : ita et mens excæcatur præ sollicitudine. Quod si mens obtenebrata fuerit, ait et anima tenebrosa, et multo magis corpus.

VERS. 24. « Nullus potest duobus dominis servire. » Duos dominos dicit contraria præcipientes, exempli gratia, ut Deus et Mammon. Nos autem facimus dominum nostrum diabolum, sicut et ventrem deum. Natura enim est vere Dominus, Deus, mammona autem est injustitia. « Aut enim unum odio habebit et alterum diliget : aut uni adhærebit et alterum contemnet. Non potestis Deo servire et mammonæ. » Vides quod non potest dives et injustus Deo servire! Abjicit enim divitiarum amor a Deo.

VERS. 25. « Propterea dico vobis, ne solliciti sitis animæ vestræ quid esuri sitis aut bibituri : neque corpori vestro quibus indumentis usuri. » Quod est hoc, propterea : A Deo ejici propter opes? Non comedit autem anima, incorporea enim est, sed juxta communem consuetudinem locutus est. Videtur autem anima non posse esse in corpore, nisi pascatur caro. Non explodit autem operari, sed seipsos totos curis tradere et negligere Deum, hoc est quod prohibet, quoniam et agros colere oportet, et animæ curam habere. « Nonne anima pluris est quam cibus, et corpus quam indumentum? Hoc est, qui majus dedit nempe animam et corpus ipsum 34 formavit, non dabit et alimentum et indumentum?

VERS. 26. « Aspicite ad volatilia cœli, quia non serunt, neque metunt, neque congregant in horreum, et Pater vester cœlestis pascit ea : nonne vos longe præcellitis illa? » Potuisset afferre in exemplum Heliam et Joannem, et meminit avium : ut nos

A ὅπου σὴς καὶ βρῶσις ἀφανίζει · καὶ ὅπου κλέπται διορύσσουσι καὶ κλέπτουσι. Θησαυρίζετε δὲ ὑμῖν θησαυροὺς ἐν οὐρανῷ, ὅπου οὔτε σὴς οὔτε βρῶσις ἀφανίζει, καὶ ὅπου κλέπται οὐ διορύσσουσιν, οὐδὲ κλέπτουσιν· ὅπου γάρ ἐστιν ὁ θησαυρὸς ὑμῶν, ἐκεῖ ἔσται καὶ ἡ καρδία ὑμῶν. » Ἐπεὶ τὸ τῆς κενοδοξίας ἐξέβαλε νόσημα, περὶ ἀκτημοσύνης λοιπὸν λέγει. Οἱ γὰρ ἄνθρωποι διὰ κενοδοξίαν κτῶνται τὰ πλείω, δείκνυσι δὲ τοῦ ἐπὶ γῆς θησαυροῦ τὸ ἀκερδές· ὅτι σὴς μὲν καὶ βρῶσις ἀφανίζει βρώματα καὶ ἱμάτια, κλέπται δὲ, χρυσίον καὶ ἀργύριον. Εἶτα ἵνα μὴ εἴπῃ τις αὐτῷ, ὅτι Ἀλλ' οὐ πάντες κλέπτονται, φησίν· Εἰ καὶ μηδὲν τούτων ἐστὶν, ἀλλ' οὖν γε αὐτὸ τοῦτο τὸ προσηλῶσθαί σε τῇ περὶ τοῦ πλούτου μερίμνῃ, πῶς οὐκ ἄθλιον; διὸ λέγει·

B « Ὅπου γὰρ ὁ θησαυρὸς ὑμῶν, ἐκεῖ καὶ ἡ καρδία ὑμῶν. Ὁ λύχνος τοῦ σώματός ἐστιν ὁ ὀφθαλμός· ἐὰν οὖν ὁ ὀφθαλμός σου ἁπλοῦς ᾖ, ὅλον τὸ σῶμά σου φωτεινόν· ἐὰν δὲ ὁ ὀφθαλμός σου πονηρὸς ᾖ, ὅλον τὸ σῶμά σου σκοτεινὸν ἔσται· εἰ οὖν τὸ φῶς τὸ ἐν σοὶ σκότος ἐστὶ, τὸ σκότος πόσον; » Τοῦτό φησιν, ὅτι Ἐὰν προσηλώσῃς τὸν νοῦν σου τῇ τῶν χρημάτων φροντίδι, ἔσβεσας τὸν λύχνον, ἐσκότισάς σου τὴν ψυχήν. Ὥσπερ γὰρ ὁ ὀφθαλμὸς ἁπλοῦς, τουτέστιν ὑγιὴς ὤν, φωτίζει τὸ σῶμα, ἐὰν δὲ πονηρὸς ᾖ, τουτέστι νοσώδης, σκοτίζει, οὕτω καὶ ὁ νοῦς τυφλοῦται ὑπὸ τῆς φροντίδος. Εἰ δὲ ὁ νοῦς σκοτισθείη, ἡ ψυχὴ σκότος γίνεται, καὶ πολλῷ μᾶλλον τὸ σῶμα.

« Οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν. » Δύο κυρίους λέγει τοὺς τὰ ἐναντία ἐπιτάττοντας, οἷον C Θεὸν καὶ Μαμμωνᾶν. Ἡμεῖς δὲ ποιοῦμεν κύριον ἡμῶν τὸν διάβολον, ὥσπερ καὶ τὴν κοιλίαν θεόν· φύσει δὲ καὶ ἀληθῶς Κύριος, ὁ Θεός· Μαμμωνᾶς δέ ἐστιν ἡ ἀδικία. « Ἢ γὰρ τὸν ἕνα μισήσει, καὶ τὸν ἕτερον ἀγαπήσει, ἢ τοῦ ἑνὸς ἀνθέξεται, καὶ τοῦ ἑτέρου καταφρονήσει. Οὐ δύνασθε Θεῷ δουλεύειν καὶ μαμμωνᾷ. » Ὁρᾷς ὅτι οὐκ ἔστι δυνατὸν τὸν πλούσιον καὶ ἄδικον Θεῷ δουλεύειν; Ἐκβάλλει γὰρ αὐτὸν ἡ φιλοχρηματία ἀπὸ Θεοῦ.

« Διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν, μὴ μεριμνᾶτε τῇ ψυχῇ ὑμῶν τί φάγητε καὶ τί πίητε, μηδὲ τῷ σώματι ὑμῶν τί ἐνδύσησθε. » Διὰ τοῦτο, ποῖον; Διὰ τὸ ἀπὸ Θεοῦ ἐκβάλλεσθαι ὑπὸ τῶν χρημάτων· Οὐχ ἡ ψυχὴ δὲ ἐσθίει, ἀσώματον γάρ, ἀλλὰ κατὰ τὴν κοινὴν συνή- D θειαν τοῦτο εἶπε. Δοκεῖ γὰρ ἡ ψυχὴ μὴ ἀνέχεσθαι εἶναι ἐν τῷ σώματι, εἰ μὴ τρέφοιτο ἡ σάρξ. Οὐκ ἐκβάλλει δὲ τὸ ἐργάζεσθαι, ἀλλὰ τὸ μὴ διδόναι ὅλως ἑαυτοὺς ταῖς φροντίσι, καὶ ἀμελεῖν Θεοῦ, τοῦτο κωλύει. Ἐπεὶ καὶ γεωργεῖν δεῖ, ἀλλὰ καὶ ψυχῆς φροντίζειν. « Οὐχὶ ἡ ψυχὴ πλείόν ἐστι τῆς τροφῆς, καὶ τὸ σῶμα τοῦ ἐνδύματος; » Τουτέστιν, Ὁ τὸ μεῖζον δοὺς, τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα διαπλάσας, οὐ δώσει καὶ τροφὴν καὶ ἐνδύματα;

« Ἐμβλέψατε εἰς τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, ὅτι οὐ σπείρουσιν, οὐδὲ θερίζουσιν, οὐδὲ συνάγουσιν εἰς ἀποθήκας, καὶ ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος τρέφει αὐτά. Οὐχ ὑμεῖς μᾶλλον διαφέρετε αὐτῶν; » Δυνάμενος παρενεγκεῖν εἰς παράδειγμα τὸν Ἠλίαν, τὸν

Digitized by Google

Ἰωάννην, μέμνηται τῶν πετεινῶν· ἵνα ἡμᾶς ἐντρέψῃ, ὅτι καὶ τούτων ἀλογώτεροί ἐσμεν. Τρέφει δὲ αὐτὰ ὁ Θεὸς, ἐνθεὶς αὐτοῖς φυσικὴν γνῶσιν πρὸς τὸ τροφὰς συλλέγειν.

« Τίς δὲ ἐξ ὑμῶν μεριμνῶν, δύναται προσθεῖναι ἐπὶ τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ πῆχυν ἕνα; » Τοῦτό φησιν, ὅτι Κἂν μεριμνᾷς, οὐδὲν ποιεῖς μὴ θέλοντος τοῦ Θεοῦ. Τί τοίνυν περιττῶς κατακόπτεις σεαυτόν;

« Καὶ περὶ ἐνδύματος τί μεριμνᾶτε; Καταμάθετε τὰ κρίνα τοῦ ἀγροῦ, πῶς αὐξάνει· οὐ κοπιᾷ, οὐδὲ νήθει. Λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι οὐδὲ Σολομὼν ἐν πάσῃ τῇ δόξῃ αὐτοῦ περιεβάλετο ὡς ἓν τούτων. » Οὐ μόνον ἀπὸ τῶν ἀλόγων πτηνῶν ἐντρέπει ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν κρίνων τῶν μαραινομένων. Εἰ γὰρ ὁ Θεὸς ἐκεῖνα οὕτως ἐκαλλώπισε, καίτοι μηδεμιᾶς χρείας οὔσης, πόσῳ μᾶλλον τὴν χρείαν τῶν ἡμετέρων ἐνδυμάτων ἀποπληρώσει; Δείκνυσι δὲ, ὅτι, κἂν πολλὰ μεριμνήσῃς, οὐ δυνήσῃ καλλωπισθῆναι ὡς τὰ κρίνα· ὅπου γε Σολομὼν ὁ φρονιμώτατος καὶ τρυφηλότατος διὰ πάσης αὐτοῦ τῆς βασιλείας οὐκ ἴσχυσε περιβαλέσθαι τι τοιοῦτον.

« Εἰ δὲ τὸν χόρτον τοῦ ἀγροῦ σήμερον ὄντα καὶ αὔριον εἰς κλίβανον βαλλόμενον ὁ Θεὸς οὕτως ἀμφιέννυσιν, οὐ πολλῷ μᾶλλον ὑμᾶς, ὀλιγόπιστοι; » Μανθάνομεν ἐντεῦθεν, ὅτι οὐ δεῖ φροντίζειν καλλωπισμοῦ. Τοῦτο γὰρ τῶν προσκαίρων ἀνθέων ἐστίν. Ὥστε πᾶς καλλωπιζόμενος, χόρτος ἐστίν. Ὑμᾶς δὲ εἶπε, τοὺς λογικοὺς, οἷς ψυχὴν καὶ σῶμα διέπλασεν· ὀλιγόπιστοι δὲ πάντες οἱ μεριμνῶντες. Εἰ γὰρ τελείαν εἶχον εἰς Θεὸν πίστιν, οὐκ ἂν ἐμερίμνων οὕτως ἐνενδότως.

« Μὴ οὖν μεριμνήσητε, λέγοντες· Τί φάγωμεν, ἢ τί πίωμεν, ἢ τί περιβαλώμεθα; Πάντα γὰρ ταῦτα τὰ ἔθνη ἐπιζητεῖ. » Τὸ μὲν φαγεῖν οὐ κωλύει. Τὸ δὲ λέγειν, Τί φάγωμεν; κωλύει. Ὃ λέγουσιν οἱ πλούσιοι ἀφ' ἑσπέρας· Τί φάγωμεν αὔριον; ὁρᾷς ὅτι τὴν τρυφὴν καὶ τὴν ὕβριν κωλύει.

« Οἶδε γὰρ ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος ὅτι χρῄζετε τούτων ἁπάντων. Ζητεῖτε δὲ πρῶτον τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν. » Βασιλεία τοῦ Θεοῦ, ἡ ἀπόλαυσις τῶν ἀγαθῶν· αὕτη δὲ διὰ δικαιοσύνης προσγίνεται. Ὅστις οὖν ζητεῖ τὰ πνευματικὰ, προστίθεται τούτῳ καὶ τὰ σωματικὰ κατὰ φιλοτιμίαν Θεοῦ.

« Μὴ οὖν μεριμνήσητε εἰς τὴν αὔριον· ἡ γὰρ αὔριον μεριμνήσει τὰ ἑαυτῆς· ἀρκετὸν τῇ ἡμέρᾳ ἡ κακία αὐτῆς. » Κακίαν ἡμέρας τὴν συντριβὴν καὶ τὴν κάκωσιν λέγει· οἷον, Ἀρκετόν σοι ὅτι συντρίβῃ ὑπὲρ τῆς σήμερον, εἰ δὲ καὶ ὑπὲρ τῆς αὔριον μεριμνήσεις, πότε σχολάσεις τῷ Θεῷ, ἀεὶ συντριβὼν σεαυτὸν ὑπὲρ τῶν σωματικῶν;

A pudore afficiat, quod nos magis etiam quam illa ratione destituamur. Pascit autem eas Deus, qui indidit eis naturalem scientiam ad colligendas escas.

Vers. 27. « Quis autem ex vobis sollicitus potest apponere ad staturam suam cubitum unum? » Hoc inquit, quod, licet sollicitus sis, nihil poteris non volente Deo. Cur igitur in vanum crucias teipsum?

Vers. 28, 29. « Et de vestimento quid solliciti estis? Considerate lilia agri, quomodo crescant: non laborant, neque nent. Dico autem vobis, quod neque Salomon in omni gloria sua amictus fuit ut unum ex his. » Non solum per aves ratione carentes nos admonet, sed et per lilia quæ marcescunt. Nam si Deus illa sic ornavit, quamvis nulla necessitas B exigat, quanto magis penuriam nostram in vestibus supplebit? Ostendit autem quod licet multum sollicitus sis, non poteris tamen ornari sicut lilia: quandoquidem neque Salomon prudentissimus et delicatissimus in omni regno suo potuit ornari ut unum ex illis.

Vers. 30. « Quod si gramen agri, quod hodie cum sit, cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit, an non multo magis vobis id faciet, parum fidentes? » Discimus hoc loco quod nullus curare debet ornatum. Hoc enim caducorum florum est: quicunque ergo ornatur, fenum est. Vos autem dixit, rationales, quibus Deus animam et corpus formavit. Parum fidunt autem omnes solliciti. Nam si perfectam in Deum haberent fidem, non tam enixe solliciti essent. C

A ad eum cæcum. Non erat autem pura adducentium fides, unde et Dominus educit cæcum e pago, et sic sanat illum. Expuit vero in oculos cæci, et manus imponit, ut discamus nos quod sermo divinus et operatio illum subsequens ad miracula facienda efficax sit. Manus enim, operationis symbolum est: sputum autem sermonis, eo quod ex ore sit. Et quia neque cæcus ille perfectam habuit fidem, idcirco non statim ipsum resipiscere facit, sed sensim, utpote integra carentem fide. Juxta fidei enim magnitudinem et sanitas datur. Prohibet autem ne ingrediatur in pagum suum, eo quod, sicut dixi, increduli erant homines Bethsaidæ, et animæ ejus nocuissent. Sed neque Christus hoc de se alicui dici vult, ut ne in incredulitate sua 212 perseverantes
B illi, in gravius inciderent judicium. Et nos sæpenumero quandiu in hoc pago, id est, mundo agimus, anima sumus cæci: educti autem e mundo et sæcularibus negotiis, a Christo sanamur. Postquam autem sanati fuerimus, dicit nobis ne ultra revertamur in pagum, sed in domum. Domus autem uniuscujusque nostrum cœlum, et mansiones illic sunt.

Vers. 27-30. « Et egressus est Jesus et discipuli illius in vicos Cæsareæ quæ cognominatur Philippi: et in via interrogavit discipulos suos, dicens: Quem me dicunt homines esse? Illi vero responderunt, Joannem Baptistam, et alii, Eliam, alii rursus
C unum de numero prophetarum. Et ipse dicit illis: At vos quem me dicitis esse? Respondens autem Petrus dicit illi: Tu es ille Christus. Et interminatus est eis ne cui dicerent de se. » Cum abduxisset eos procul a Judæis, tunc interrogat de se, ut nullum timentes, veritatem faterentur. Respondent igitur: Alii quidem Joannem Baptistam te suspicantur, alii vero Eliam. Multi enim Joannem resurrexisse credebant, sicut etiam Herodes opinatus est, quod propter resurrectionem accessisset ei virtus illa qua miracula faciebat; Joannes enim cum viveret, non faciebat miracula. Ubi igitur interrogavit eos de aliorum opinionibus, rogat ex eis et suam ipsorum sententiam, quasi diceret: Illi errantes sic de me sentiunt, vos autem aliud quiddam
D dicite. Quid igitur Petrus? Confitetur eum esse Christum illum qui a prophetis prædictus est. Quid autem ad confessionem Petri dixerit Dominus, et quomodo beatificarit illum, Marcus quidem prætermisit, ne videretur ad gratiam Petri præceptoris sui hæc dixisse: Matthæus autem non omisit. Interminatus est autem illis ut nulli de se dicant. Volebat enim adumbrari gloriam suam, ne postea multi in se scandalizarentur, et propterea ob incredulitatem suam majori supplicio fierent obnoxii.

Vers. 31-33. « Et cœpit docere eos, quod oporteret Filium hominis multa pati, et reprobari a senioribus summisque sacerdotibus ac Scribis, et occidi, et post tres dies resurgere· et aperte ser-

Digitized by Google

monem loquebatur. Et apprehendit illum Petrus, cœpitque increpare eum. At ille conversus, et intuitus discipulos suos, increpavit Petrum, dicens: Abi post me, Satana, quoniam non sapis quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominum. » Quando deprehendit eos confessos se esse verum illum Christum, tunc tandem et crucis sacramentum eis manifestat, tametsi non omnino nude: neque enim sic quid diceret intellexissent, neque intelligebant quid esset resurgere. Sed putabant melius esse omnino non pati. Quare et Petrus incepit eum increpare, quod temere in mortem se offerret: potuisset enim non pati. **213** At Dominus monstrans ad salutem suam passionem pertinere, et solum Satanam eum nolle pati, ne salventur homines: Satanam nominat Petrum, tanquam idem cum Satana sentientem, nolentemque eum pati, sed magis se opponentem. Satanas enim idem est quod *adversarius*. Vade autem post me, inquit, hoc est, Sequere voluntatem meam, et non oblucteris, neque ex adverso mihi stes, sed post me sequaris. Humana dicebat sapere Petrum, eo quod humilia quædam et carnalia sapiebat, volens quiete agere, et non crucifigi, nec in tentationes incidere Dominum propter mundi salutem.

A ἀναστῆναι. Καὶ παῤῥησίᾳ τὸν λόγον ἐλάλει, καὶ προσλαβόμενος αὐτὸν ὁ Πέτρος, ἤρξατο ἐπιτιμᾶν αὐτῷ. Ὁ δὲ ἐπιστραφεὶς καὶ ἰδὼν τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, ἐπετίμησε τῷ Πέτρῳ, λέγων· Ὕπαγε ὀπίσω μου, Σατανᾶ, ὅτι οὐ φρονεῖς τὰ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων. » Ὅτε κατέσχεν αὐτοὺς ὁμολογήσαντας, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ ἀληθινὸς Χριστὸς, τότε αὐτοῖς ἐκκαλύπτει καὶ τὸ τοῦ σταυροῦ μυστήριον, εἰ καὶ μὴ γυμνῶς πάντη· οὐδὲ γὰρ, οὐδὲ οὕτω συνίεσαν τί λέγει, οὐδὲ ἐνόουν τί ἐστι τὸ ἀναστῆναι, ἀλλ' ἐνόμιζον κρεῖττον εἶναι τὸ μηδ' ὅλως παθεῖν. Διὸ καὶ ὁ Πέτρος ἄρχεται μέμφεσθαι αὐτῷ, ὡς εἰς θάνατον ῥίπτοντι ἑαυτὸν, ἐξὸν μηδὲν παθεῖν. Ὁ δὲ Κύριος δεικνύων, ὅτι ἐπὶ σωτηρίᾳ τὸ αὐτοῦ πάθος γενήσεται, καὶ ὅτι ὁ Σατανᾶς μόνος οὐ θέλει αὐτὸν παθεῖν, ἵνα μὴ σώσῃ τοὺς ἀνθρώπους, Σατανᾶν ὀνομάζει τὸν Πέτρον, ὡς τὰ τοῦ Σατανᾶ φρονοῦντα, καὶ μὴ θέλοντα αὐτὸν παθεῖν, ἀλλ' ἀντικείμενον αὐτῷ. (Σατανᾶς γὰρ, *ἀντικείμενος* ἑρμηνεύεται.) Ὕπαγε δὲ ὀπίσω μου, φησί, τουτέστιν, Ἀκολούθει τῷ θελήματί μου, καὶ μὴ ἀντιτάττου, μηδὲ ἐναντίος ἔρχου ἐμοὶ, ἀλλ' ὀπίσω μου ἀκολούθει. Τὰ τῶν ἀνθρώπων δὲ ἔφησε φρονεῖν τὸν Πέτρον, καθὸ ταπεινά τινα φρονῶν καὶ σαρκικὰ, ἤθελεν ἐν ἀνέσει εἶναι τὸν Κύριον, καὶ μὴ σταυρωθῆναι καὶ πειρασμῷ ἐμπεσεῖν ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου σωτηρίας.

B

Vers. 34-37. « Et cum ad se vocasset turbam una cum discipulis suis, dixit illis: Quicunque vult sequi me, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me. Nam quisquis voluerit animam suam servare, perdet eam. Quisquis autem perdiderit animam suam causa mea et Evangelii, hic servabit eam. Quid autem profuerit homini si lucratus fuerit mundum universum et animæ suæ jacturam fecerit? Aut quid daturus est homo quo repenset animam suam. » Postquam Petrus increparat eum volentem crucifigi, advocat turbam, et audientibus omnibus, Petrum acrius alloquitur: Tu me, inquit, reprehendis, Petre, quod crucem tollo? ego autem dico tibi, quod neque tu neque quisquam salvabitur, nisi moriatur pro bono et veritate. Cæterum vide quod non dixit, Etiamsi non velit quis, moriatur, sed, Quicunque vult. Nullum enim, inquit, cogo. Ad bona voco, non ad mala, ut et compellam: et ita si quis non vult, non est his dignus. Quid sit autem abnegare semetipsum, discemus, si didicerimus quid sit abnegare alium. Qui enim abnegat alium, fratrem fortassis, vel familiarem, vel patrem, etiamsi flagellari illum viderit et occidi, non advertit, non dolet, non compatitur semel ab eo alienatus: sic quoque et nos vult corpus nostrum despicere, ut sive flagella, sive aliud quid patiatur, ne illi parcamus. Tollat autem crucem, hoc est, ignominiosam mortem. Ignominiosa enim tunc videbatur crux. Præterea quia multi in crucem agebantur latrones, addit quod cum crucifixione etiam omnem aliam virtutem habeat. Hoc enim est, Et sequatur me. At quoniam grave hoc esse videbatur et crudele quod imperat ut nos morti exponeremus,

C

« Καὶ προσκαλεσάμενος τὸν ὄχλον σὺν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, εἶπεν αὐτοῖς· Ὅστις θέλει ὀπίσω μου ἀκολουθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθείτω μοι. Ὃς γὰρ ἂν θέλῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι, ἀπολέσει αὐτήν· ὃς δ' ἂν ἀπολέσῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ καὶ τοῦ Εὐαγγελίου, οὗτος σώσει αὐτήν. Τί γὰρ ὠφελήσει ἄνθρωπον ἐὰν κερδήσῃ τὸν κόσμον ὅλον, καὶ ζημιωθῇ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ; ἢ τί δώσει ἄνθρωπος ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ; » Ἐπειδήπερ ὁ Πέτρος ἐπετίμησεν αὐτῷ ὡς θέλοντι σταυρωθῆναι, προσκαλεῖται τὸν ὄχλον, καὶ ἐν ἐπηκόῳ πάντων, πρὸς τὸν Πέτρον τὸ πλέον ἀποτεινόμενος, φησί· Σύ μοι μέμφῃ, ὦ Πέτρε, ὅτι τὸν σταυρὸν αἴρομαι; ἐγὼ δέ σοι λέγω, ὅτι οὐδὲ σὺ οὐδὲ ἄλλος τις σωθήσεται, ἐὰν μὴ ἀποθάνῃ ὑπὲρ τοῦ καλοῦ καὶ τῆς ἀληθείας. Ὅρα δὲ ὅτι οὐκ εἶπεν ὡς, Κἂν μὴ θέλῃ τις, ἀποθνησκέτω, ἀλλ', Ὅστις θέλει. Οὐδένα γὰρ, φησὶ, βιάζομαι. Ἐπὶ γὰρ ἀγαθὰ καλῶ, οὐκ ἐπὶ κακά, ἵνα καὶ ἀναγκάσω· ὥστε εἴ τις οὐ θέλει, οὐδὲ ἄξιός ἐστι τούτων. Τί δέ ἐστι τὸ ἀπαρνήσασθαι ἑαυτὸν, οὕτως ἂν μάθοιμεν, ἐὰν γνῶμεν τί ἐστι τὸ ἀρνήσασθαι ἕτερον. Ὁ ἀρνούμενος ἕτερον, ἀδελφὸν τυχὸν, ἢ οἰκέτην, ἢ πατέρα, κἂν μαστιζόμενον ἴδοι, κἂν φονευόμενον, οὐκ ἐπιστρέφεται, οὐ συμπάσχει, ἅτε ἅπαξ ἀλλοτριωθείς. Οὕτως οὖν καὶ ἡμᾶς βούλεται τοῦ ἡμετέρου σώματος ἀφειδεῖν, ἵνα κἂν μαστίζωσι, κἂν ὅτιοῦν ποιῶσι, μὴ φειδώμεθα. Ἀράτω δὲ τὸν σταυρὸν, τουτέστι, τὸν ἐπονειδιστον θάνατον· ἐπονειδιστος γὰρ ἐδόκει τότε ὁ σταυρός. Ἐπεὶ δὲ πολλοὶ σταυροῦνται διὰ τὸ λῃσταὶ εἶναι, προστίθησιν ὅτι μετὰ τοῦ σταυρωθῆναι, καὶ τὴν ἄλλην ἀρετὴν δεῖ ἔχειν. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ, Καὶ ἀκολουθείτω μοι. Ἐπεὶ δὲ ἐδόκει βαρὺ εἶναι τοῦτο καὶ ἀπηνὲς, ὃ προσ-

D

Digitized by Google

ἑαυτὸν, τὸ εἰς θάνατον ἐκδιδόναι ἑαυτοὺς, φησὶν, A dicit quod hoc modo plus habeat misericordiæ. Nam
ὅτι τοὐναντίον μᾶλλον φιλάνθρωπόν ἐστι τοῦτο. Ὃς quisquis perdiderit animam suam propter me, non
γὰρ ἂν ἀπολέσῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, ἀλλ' ἕνεκεν ἐμοῦ, tanquam latro qui occiditur, vel tanquam is qui
μὴ ὡς λῃστὴς φονευόμενος ἢ ἀπάγχων ἑαυτὸν (τοῦτο seipsum suffocat (hoc enim non est propter me),
γὰρ οὐκ ἔστιν ἕνεκεν ἐμοῦ), ὁ τοιοῦτος οὖν εὑρήσει talis inveniet animam suam : sicut contra si quis
τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν· ὥσπερ αὖθις ὁ δοκῶν κερδᾶναι, videatur lucrari, perdet eam, si in tempore martyrii
ἀπολέσει αὐτὴν, ὁ ἐν καιρῷ μαρτυρίου μὴ ἀντιστάς. non restiterit. Ne mihi dixeris quod lucratus sit
Μὴ γάρ μοι λέγε, ὅτι Ἀλλ' ἐκέρδησε τὴν ζωήν. Ἂν vitam. 2146 Nam si præterea additeris, quod uni-
γὰρ μετὰ τούτου θήσεις, ὅτι καὶ τὸν κόσμον ὅλον versum etiam mundum lucratus fuerit, nihil pro-
ἐκέρδησεν, οὐδὲν τὸ ὄφελος. Μὴ γὰρ χρημάτων ἐστὶν fuerit. Neque enim divitiis salus repensari potest,
ἀνταλλάξασθαι τὴν σωτηρίαν· ὡς εἴγε τοῦτο ἦν, ὁ siquidem enim hoc esset, is qui lucratus esset mun-
κερδάνας τὸν κόσμον, τὴν δὲ ψυχὴν ἀπολέσας, ἴδωκεν dum, animam vero perdidisset, tunc utique daret
ἂν τότε ἐν τῇ φλογὶ τηγανιζόμενος, καὶ ἐβασάνι- eum in flamma cruciaretur, et a supplicio liberaretur.
σθη. Ἀλλ' οὐκ ἔστι τότε τοιοῦτόν τι ἐκεῖ ἀντάλ- At non est tunc talis quædam commutatio illic.
λαγμα. Καὶ ἐντεῦθεν οὖν ἐπιστομίσωμεν τοὺς ἀπὸ Proinde et hoc loco confutabimus Origenistas di-
Ὠριγένους, λέγοντας, ὅτι ἀποκατάστασις ἔσται τῶν B centes quod futura sit quædam animarum reparatio,
ψυχῶν μετὰ τὸ κολασθῆναι κατὰ ἀναλογίαν τῶν postquam punitæ fuerint juxta peccatorum suorum
ἁμαρτιῶν. Ἀκουσάτωσαν γὰρ ὅτι οὐκ ἔστιν ἐκεῖ rationem. Audiant enim quod illic non repensetur
δοῦναι ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς. Οὐκοῦν οὐδὲ κολα- quippiam pro anima. Proinde neque tantum subire
σθῆναι ἔστι τοσοῦτον, ὅσον ἀντισηκωθῆναι τοῖς licet supplicium, quantum pro peccatis rependen-
ἁμαρτήμασιν. dum est.

« Ὃς γὰρ ἂν ἐπαισχυνθῇ με, καὶ τοὺς ἐμοὺς λό- Vers. 38, 39. « Quemcunque enim puduerit mei
γους, ἐν τῇ γενεᾷ ταύτῃ τῇ μοιχαλίδι καὶ ἁμαρτωλῷ, ac meorum sermonum in generatione hac adultera
καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπαισχυνθήσεται αὐτὸν, et peccatrice, pudebit illius et Filium hominis, ubi
ὅταν ἔλθῃ ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ μετὰ τῶν venerit in gloria Patris sui cum angelis sanctis.
ἀγγέλων τῶν ἁγίων. Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς· Ἀμὴν λέγω Et dicebat illis : Amen dico vobis, sunt quidam in-
ὑμῖν, ὅτι εἰσί τινες τῶν ὧδε ἑστηκότων, οἵτινες οὐ ter eos qui hic stant, qui non gustabunt mortem,
μὴ γεύσωνται θανάτου, ἕως ἂν ἴδωσι τὴν βασιλείαν donec viderint regnum Dei venisse cum virtute. »
τοῦ Θεοῦ ἐληλυθυῖαν ἐν δυνάμει. » Οὐκ ἀρκεῖται τῇ Non sufficit mentalis fides, sed etiam oris confessio
κατὰ διάνοιαν πίστει, ἀλλὰ καὶ τὴν διὰ στόματος C exigitur. Nam quia duplex est homo, duplex fiat et
ὁμολογίαν ἀπαιτεῖ. Ἐπεὶ γὰρ διπλοῦς ὁ ἄνθρωπος, sanctificatio. Sanctificatur quidem anima per fi-
διπλοῦς γενέσθω καὶ ὁ ἁγιασμός· ἁγιαζομένης μὲν dem, corpus autem per confessionem. Quem igitur
τῆς ψυχῆς διὰ τῆς πίστεως, ἁγιαζομένου δὲ καὶ τοῦ puduerit crucifixum confiteri Deum suum, illius et
σώματος διὰ τῆς ὁμολογίας. Ὅστις οὖν ἐπαισχυνθῇ ipsum pudebit. Indignum se illius servum judica-
τὸν ἐσταυρωμένον ὁμολογῆσαι Θεὸν ἑαυτοῦ, τοῦτον bit cum venerit, non tunc humilis, neque, sicut hic
καὶ αὐτὸς ἐπαισχυνθήσεται, ἀνάξιον ἑαυτοῦ δοῦλον apparebat, contemptus ita ut quem ejus tunc pu-
κρίνων, ὅταν ἔλθῃ, οὐκ ἔτι ταπεινὸς, οὐδὲ οἷος ἐν- dere debeat : sed in gloria, et cum comitatu ange-
ταῦθα ἐφαίνετο εὐτελὴς, ὥστε ἐπ' αὐτῷ αἰσχύνεσθαί lorum. Quia autem de gloria sua dicebat, volens eis
τινας, ἀλλ' ἐν δόξῃ καὶ μετὰ τῆς ὑπερφορίας τῶν ἀγ- declarare quod non hoc in vanum per arrogantiam
γέλων (65). Ἐπεὶ δὲ περὶ τῆς δόξης αὐτοῦ εἶπε, loqueretur, dicit quod Sunt quidam ex hic stantibus,
θέλων δεῖξαι αὐτοῖς, ὅτι οὐ μάτην κομπάζει, φησὶν, nempe Petrus, Jacobus, et Joannes, qui non mo-
ὅτι Εἰσί τινες τῶν ὧδε ἑστηκότων, τουτέστι, Πέτρος rientur donec ostendero eis in transfiguratione
καὶ Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης, οἵτινες οὐ μὴ ἀποθά- quanta cum gloria venturus sim in secundo adventu.
νωσιν, ἕως ἂν δείξω αὐτοῖς ἐν τῇ μεταμορφώσει Nihil enim aliud erat transformatio, quam secundi
μετὰ ποίας δόξης μέλλω παραγενέσθαι ἐν τῇ δευτέρᾳ D adventus significatio. Sic enim tunc et ipse fulgebit
παρουσίᾳ. Οὐδὲν γὰρ ἕτερον ἡ μεταμόρφωσις ἦν, et sancti ejus.
ἀλλ' ἢ τῆς δευτέρας παρουσίας προμήνυμα. Οὕτω
γὰρ καὶ αὐτὸς ἐκλάμψει τότε, καὶ οἱ δίκαιοι (66).

Ex collatione codd. Venet. S. Marci.

(65) Cod. 26 addit : *Μοιχαλίδα* τὴν τῶν τότε ἀνθρώπων γενεὰν ὠνόμασεν, ὡς καταλείψασαν τὸν ἀληθινὸν νυμφίον Χριστὸν, καὶ ἑτέρῳ ἑαυτὴν ὑποστρώσασαν, καὶ τὰ τῆς ἀσεβείας ὑποδεξαμένην σπέρματα· διὰ δὲ τὴν αὐτὴν αἰτίαν καὶ *ἁμαρτωλὸν* ταύτην ἐκάλεσεν. Ἢ μᾶλλον τὴν τῶν Ἑβραίων γενεὰν *μοιχαλίδα* καλεῖ καὶ *ἁμαρτωλὸν* (διὸ καὶ δεικτικῶς λέγει ταύτην), ὡς ἀσεβήσασαν πρὸς Θεὸν, καὶ τοῖς εἰδώλοις τὴν αὐτῷ προσήκουσαν τιμὴν ἀπογαλμασαν. Ἐπεὶ δὲ, κ. τ. λ. « *Adulteram* hominum ejus temporis *generationem* appellavit; utpote quæ eorum sponsum Christum reliquerat, alteri sese prostituens; atque impietatis semina in se susceperat : ob quam causam eam itidem *peccatricem* vocavit. Vel potius Hebræorum generationem *adulteram* ac *peccatricem* nominat (unde et pronomine demonstrativo utitur) quoniam impie agebat in Deum, atque idolis honorem soli Deo debitum tribuebat. Quia autem, » etc.

(66) Idem cod. pergit : Τὸ δὲ *ἐν δυνάμει* δηλοῖ, ὅτι ἡ μεταμόρφωσις γενήσεται, οὐκ ἐν αἰνίγματι, οὐδὲ ἐν σκιαῖς καὶ τύπῳ δι' ἀγγέλων ἢ ἀρχαγγέ-

Digitized by Google

CAPUT IX.

De Transfiguratione Jesu. De Lunatico. De sermocinantibus, Quis major. De vitando scandalo.

Vers. 1-2. « Et post dies sex assumit Jesus Petrum et Jacobum, ac Joannem, et subducit eos in montem excelsum seorsum solos, et transformatus fuit coram illis, et vestimenta illius facta sunt splendida et candida valde velut nix, quam candida facere non potest fullo super terram. » Lucas autem post octo dies dicit, non dissidens a Marco, sed plane consonans. Ille enim et diem quo locutus erat, et diem quo ascendit, dixit : Marcus autem 215 intermedios duntaxat. Assumptos igitur præcipuos secum subducit in montem excelsum : Petrum quidem, tanquam eum qui confessus erat, et diligebat ; Joannem, ut cum qui diligebatur, et Jacobum, ut et ipsum theologum vocalissimum. Nam ita molestus erat Judæis, ut etiam Herodes Judæis placere volens ipsum occiderit[88]. In montem autem excelsum subduxit, quo gloriosius fiat miraculum. Et seorsum : sacramentum enim seorsum demonstraturus erat. Per transformationem intellige non characteris et lineamentorum immutationem, sed manente charactere qualis prius erat, ineffabilis lucis factum esse augmentum.

Vers. 3-7. « Et conspectus est illis Elias cum Mose, colloquebanturque cum Jesu. Et respondens Petrus dicit Jesu : Rabbi, bonum est nos hic esse : et faciamus tabernacula tria, tibi unum, Mosi unum, et Eliæ unum. Non enim noverat quid loqueretur, erant enim expavefacti. Et facta est nubes quæ obumbravit illos : et venit vox e nube, dicens : Hic est Filius meus dilectus, ipsum audite. Et repente cum circumspexissent, non amplius viderunt quemquam, sed solum Jesum esse secum. » Elias et Moses videntur loquentes multis de causis, sed duæ sufficiunt. Quia enim dixerant discipuli populum dicere quod Christus sit vel Elias, vel alius ex prophetarum numero[88] : ostendit eis prophetarum præcipuos, ut et inde discant quantum inter servum et Dominum intersit. Una quidem causa hæc est. Alia autem, quia multi eum putabant adversarium Deo, et quod solveret Sabbatum, ac legem prævaricaretur, ostendit in monte prophetas, quorum unus legislator, alter æmulator fuerat. Neque enim colloquium habuissent tales prophetæ cum eo, qui visus fuisset solvere legem, nisi ipsis placuissent ea quæ

[88] Act. XII, 2. [88] Joan. IX, 17.

ΚΕΦΑΛ. Θ'.

Περὶ τῆς μεταμορφώσεως τοῦ Ἰησοῦ. Περὶ τοῦ σεληνιαζομένου. Περὶ τῶν διαλογιζομένων, Τίς μείζων. Περὶ τοῦ ἀφελεῖν τὸ σκάνδαλον.

« Καὶ μεθ' ἡμέρας ἓξ, παραλαμβάνει ὁ Ἰησοῦς τὸν Πέτρον καὶ τὸν Ἰάκωβον καὶ τὸν Ἰωάννην, καὶ ἀναφέρει αὐτοὺς εἰς ὄρος ὑψηλὸν κατ' ἰδίαν μόνους, καὶ μετεμορφώθη ἔμπροσθεν αὐτῶν, καὶ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ ἐγένοντο στίλβοντα, λευκὰ λίαν ὡς χιών, οἷα κναφεὺς ἐπὶ τῆς γῆς οὐ δύναται λευκᾶναι. » Λουκᾶς δὲ, μετὰ ὀκτὼ ἡμέρας, φησὶν, οὐκ ἐναντιούμενος τούτῳ, ἀλλὰ καὶ σφόδρα συνᾴδων. Ὁ μὲν γὰρ, καὶ αὐτὴν τὴν ἡμέραν καθ' ἣν ἐφθέγξατο, κἀκείνην καθ' ἣν ἀνήγαγεν, εἶπεν· ὁ δὲ Μάρκος τὰς μεταξὺ τούτων μόνας. Λαβὼν τοίνυν τοὺς κορυφαίους, ἀναφέρει αὐτοὺς εἰς ὄρος ὑψηλόν· Πέτρον μὲν, ὡς ὁμολογήσαντα καὶ ὡς ἀγαπῶντα· Ἰωάννην δὲ, ὡς ἀγαπώμενον· καὶ Ἰάκωβον, ὡς καὶ αὐτὸν μεγαλοφωνότατον καὶ θεολογικώτατον. Οὕτω γὰρ ἦν βαρὺς τοῖς Ἰουδαίοις, ὥστε καὶ Ἡρῴδης ἀρέσαι βουλόμενος τοῖς Ἰουδαίοις, ἀπέκτεινεν αὐτόν. Εἰς ὄρος δὲ ὑψηλὸν ἀναφέρει, ἵνα μᾶλλον ἐνδοξότερον εἴη τὸ θαῦμα. Καὶ κατ' ἰδίαν· μυστήριον γὰρ ἔμελλεν ὑποδείξαι. Τὴν μεταμόρφωσιν δὲ νόει, οὐχὶ τοῦ χαρακτῆρος ἐξαλλαγὴν, ἀλλ' ὅτι μένοντος τοῦ χαρακτῆρος οἷος καὶ πρώην ἦν, φωτὸς προσθήκη ἀῤῥήτου ἐπεγένετο.

« Καὶ ὤφθη αὐτοῖς Ἠλίας σὺν Μωϋσεῖ. Καὶ ἦσαν συλλαλοῦντες τῷ Ἰησοῦ. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Πέτρος λέγει τῷ Ἰησοῦ· Ῥαββὶ, καλόν ἐστιν ἡμᾶς ὧδε εἶναι, καὶ ποιήσωμεν σκηνὰς τρεῖς, σοὶ μίαν, καὶ Μωσῇ μίαν, καὶ Ἠλίᾳ μίαν. Οὐ γὰρ ᾔδει τί λαλήσῃ· ἦσαν γὰρ ἔκφοβοι. Καὶ ἐγένετο νεφέλη ἐπισκιάζουσα αὐτοῖς, καὶ ἦλθε φωνὴ ἐκ τῆς νεφέλης· Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός· αὐτοῦ ἀκούετε. Καὶ ἐξάπινα περιβλεψάμενοι, οὐκ ἔτι οὐδένα εἶδον, ἀλλὰ τὸν Ἰησοῦν μόνον μεθ' ἑαυτῶν. » Ἠλίας καὶ Μωσῆς φαίνονται συλλαλοῦντες, διὰ πολλὰς αἰτίας· δύο δὲ ἀρκοῦσιν. Ἐπειδὴ γὰρ ἔφησαν οἱ μαθηταὶ, ὅτι οἱ ὄχλοι, οἱ μὲν Ἠλίαν αὐτὸν λέγουσιν, οἱ δὲ, ἕνα τῶν προφητῶν, δείκνυσιν αὐτοῖς τοὺς κορυφαίους τῶν προφητῶν, ἵνα κἀντεῦθεν μάθωσι τὸ μέσον τῶν δούλων καὶ τοῦ Δεσπότου· μία μὲν αὕτη αἰτία. Ἑτέρα δὲ, ἐπειδὴ ἀντίθεον οἱ πολλοὶ αὐτὸν ἐνόμιζον, ὡς λύοντα τὸ Σάββατον, καὶ τὸν νόμον παραβαίνοντα, δείκνυσιν ἐν τῷ ὄρει τοὺς προφήτας· ὧν ὁ μὲν νομοθέτης ἦν, ὁ δὲ ζηλωτής. Οὐκ ἂν οὖν ὡμίλουν οἱ τοιοῦτοι προφῆται τῷ τὸν νόμον λύειν δοκοῦντι, εἰ μὴ ἤρεσκεν αὐτοῖς ἃ λέγει. Ὁ δὲ Πέτρος, φοβούμενος

Ex collatione codd. Venet. S. Marci.

λων μηνυομένη, ἀλλ' ἐν ἰσοδυνάμῳ τῷ Πατρικῷ, ἢ ἀντὶ τοῦ καθ' ὅσον ἡ δύναμις αὐτῶν χωρεῖ, ἢ ἐπειδὴ τῇ οἰκείᾳ δυνάμει ἔμελλεν ἐπιδείξαι ταύτην, καὶ οὐκ ἐν ἀλλοτρίᾳ καὶ ἐξουσιαστικῇ, ἀλλ' οὐ μετοχικῇ, τούτου χάριν τὸ *ἐν δυνάμει* προσέθηκεν. Ἢ καὶ οὕτως· Ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ δυνάμει μὲν ἐντὸς ἡμῶν ἐστιν, ἐνεργείᾳ δὲ καὶ οὐκ ἐν δυνάμει ἐντὸς τῶν τελείων μόνων. Καὶ μεθ' ἡμέρας ἓξ, κ. τ. λ. « Illud autem *cum virtute*, significat quod transformatio facienda sit non in ænigmate, neque in umbra, aut figura per angelos vel archangelos ostensa ; sed in æquali virtute cum Patre. Vel id perinde valet ac, quantum virtus ipsorum capax est : vel, quoniam propria virtute illud exhibiturus erat, non aliena ; seu ut causa principalis, non facultate aliunde accepta : idcirco addidit *cum virtute*. Vel etiam sic : Regnum Dei potentia quidem intra nos omnes est : at actu, seu operatione, et non sola potentia, est intra solos perfectos. Et post dies sex, » etc.

Digitized by Google

καταβῆναι ἀπὸ τοῦ ὄρους (ἐδεδοίκει γὰρ τὸ σταυρωθῆναι τὸν Κύριον) φησί· Καλόν ἐστιν ἡμᾶς ὧδε εἶναι, καὶ μὴ ἐκεῖ κατελθεῖν εἰς τὸ μέσον τῶν Ἰουδαίων. Εἰ γὰρ καὶ ἐνταῦθα ἦλθόν σοι κατὰ σοῦ λυττῶντες, ἔχομεν Μωσῆν τὸν τοὺς Αἰγυπτίους προπωσάμενον· ἔχομεν Ἠλίαν τὸν πῦρ κατενεγκόντα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τοὺς πεντηκοντάρχους διαφθείραντα. Τί δὲ συνελάλουν αὐτῷ οἱ προφῆται; τὰ περὶ τοῦ σταυροῦ καὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ. Ἔλεγε δὲ ἃ ἔλεγεν ὁ Πέτρος, μὴ εἰδὼς τί λαλεῖ· ἐκφοβοι γὰρ ἐγένοντο ἀπὸ τοῦ ἀῤῥήτου φωτὸς καὶ τῆς δόξης. Οὐ γὰρ ἦν ὄντως ἐν τῷ ἰδίῳ νοΐ, μὴ θέλων καταβῆναι τὸν Ἰησοῦν εἰς τὸ σταυρωθῆναι πρὸς σωτηρίαν ἡμῶν, ἀλλὰ μένειν ἀεὶ ἐν τῷ ὄρει. Ἀνακτέον δὲ καὶ εἰς θεωρίαν τὸν λόγον. Μετὰ τὴν συντέλειαν τοῦ κόσμου τούτου, τοῦ ἐν ἓξ ἡμέραις δημιουργηθέντος, ἀναβιβάσει καὶ ἡμᾶς ὁ Ἰησοῦς, εἴγε μαθηταὶ αὐτοῦ ἐσμεν, εἰς τὸ ὄρος τὸ ὑψηλόν, τὸν οὐρανὸν λέγω, καὶ ἐμφανίσει ἡμῖν ἑαυτὸν λαμπρότερον. Νῦν μὲν γὰρ ἐν ἀδοξίᾳ ἐφάνη, ὡς ἐσταυρωμένος καὶ τέκτονος υἱός· τότε δὲ ὀψόμεθα τὴν ὡς Μονογενοῦς αὐτοῦ δόξαν. Ὀψόμεθα δὲ καὶ τὸν νόμον καὶ τοὺς προφήτας αὐτῷ συλλαλοῦντας, τουτέστι, τὰ περὶ αὐτοῦ εἰρημένα παρά τε Μωϋσέως καὶ τῶν προφητῶν, τότε νοήσομεν καὶ εὑρήσομεν σύμφωνα τοῖς πράγμασι, καὶ τότε ἀκούσομεν ὄντως τῆς Πατρικῆς φωνῆς, ἀποκαλύπτοντος ἡμῖν τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱὸν, καὶ διδάσκοντος, ὅτι « Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου.» Πῶς δὲ διδάξει ἡμᾶς; Τῆς νεφέλης ἐπισκιαζούσης, τουτέστι, τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου· ἐκείνη γάρ ἐστιν ἡ πηγὴ τῆς σοφίας.

« Καταβαινόντων δὲ αὐτῶν ἀπὸ τοῦ ὄρους, διεστείλατο αὐτοῖς ἵνα μηδενὶ διηγήσωνται ἃ εἶδον, εἰ μὴ ὅταν ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ. Καὶ τὸν λόγον ἐκράτησαν πρὸς ἑαυτοὺς, συζητοῦντες τί ἐστι τὸ ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι. » Τίνος ἕνεκεν ὁ Κύριος παραγγέλλει τοῖς μαθηταῖς, μηδενὶ εἰπεῖν περὶ τῆς μεταμορφώσεως; Ἵνα μὴ σκανδαλισθῶσιν οἱ ἄνθρωποι, τοιαῦτα μὲν ἀκούοντες περὶ τοῦ Χριστοῦ ἔνδοξα, εἶθ' ὕστερον ὁρῶντες αὐτὸν σταυρούμενον. Μεθὸ μέντοι ἐκ νεκρῶν ἀνέστη, εὔκαιρον ἦν τὸ περὶ τοῦ Χριστοῦ τοιαῦτα λέγειν ἔνδοξα πρὸ τοῦ σταυροῦ γενόμενα. Ἐκράτησαν οὖν οἱ ἀπόστολοι τὸν λόγον πρὸς ἑαυτοὺς (67), συζητοῦντες τί ἐστι τὸ ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι. Οὐδέπω γὰρ ᾔδεισαν, φησὶν, ὅτι δεῖ αὐτὸν ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι.

« Καὶ ἐπηρώτων αὐτὸν, λέγοντες, ὅτι, Λέγουσιν οἱ Γραμματεῖς, ὅτι Ἠλίαν δεῖ ἐλθεῖν πρῶτον; Ὁ δὲ

A diceret. At Petrus timebat descendere a monte, timebat enim ne crucifigeretur Dominus : et dicit : Bonum est nos hic esse, et non illuc descendere in medium Judæorum. Nam si huc venirent qui adversum te sæviunt, haberemus Mosen, qui de Ægyptiis triumphavit : haberemus item Eliam, qui ignem de cœlo deduxit, quinquagenarios consumentem. Quid autem colloquebantur cum eo prophetæ? De cruce et de morte ejus. Porro de Petro dicit quod nescierit quid loqueretur. Territi enim facti sunt ob ineffabilem lucem et gloriam. Non enim vere animi sui compos erat, nolens descendere Jesum ut crucifigeretur pro salute nostra, sed in monte semper manere. Nunc etiam sermonem ad anagogiam subducamus. Post consummationem mundi, qui sex
B diebus est conditus [66], et nos ascendere faciet Dominus, si quidem discipuli ejus fuerimus, in montem excelsum, cœlum dico, et ostendet nobis semetipsum **216** fulgidiorem. Nunc quidem quasi in ignobilitate apparuit, crucifixus, et fabri filius : tunc autem videbimus velut Unigeniti illius gloriam ; videbimus etiam legem et prophetas cum ipso colloquentes, id est, ea quæ de ipso dicta sunt tam a Mose, quam a cæteris prophetis, et tunc comperiemus ac videbimus quod cum suis operibus consonent : ac tunc audiemus re vera Paternam vocem, quæ revelat nobis Patris Filium et docet : « Hic est Filius meus. » Quomodo docebit nos? Nube obumbrante, id est, Spiritu sancto, qui est fons sa-
C pientiæ

Vers. 8, 9. « Porro cum descenderet de monte, præcepit illis ne cui dicerent ea quæ viderant, donec Filius hominis a mortuis resurrexisset. Ac verbum hoc tenuerunt apud sese, inter sese disputantes quid esset hoc quod dixerat e mortuis resurgere. » Quam ob causam interdicit Dominus discipulis ne quid dicant cuipiam de transfiguratione? Ut ne scandalizarentur homines, si cum tam honorifica de Christo audissent, postea viderent ipsum crucifigi. Igitur postquam a mortuis surrexit, tempestivum erat de Christo dicere gloriosa quæ ante crucem erant facta. Tenuerunt itaque apostoli apud se sermonem, disputantes inter sese quid esset ex mortuis resurgere. Nundum enim sciebant, inquit, quod
D oportebat ipsum e mortuis resurgere.

Vers. 10-12. « Et interrogabant illum, dicentes : Quid est quod Scribæ dicunt, Eliam oportere venire

[66] Gen. I, 31.

Ex collatione codd. Venet. S. Marci.

(67) Cod. 26 : Ἐκράτησαν οὖν οἱ ἀπόστολοι τὸν λόγον πρὸς ἑαυτοὺς, τὸν περὶ τοῦ ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι αὐτὸν, πρὸς μηδένα ἕτερον τοῦτον ἐξειπόντες· ἢ τὸν λόγον τὸν περὶ τῆς μεταμορφώσεως, συζητοῦντες τί ἐστι τὸ, ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι· *Οὐδέπω γὰρ ᾔδεισαν*, φησὶν, *ὅτι δεῖ αὐτὸν ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι.* Μήτε γὰρ ἰδόντες τινὰ ἀναστήσαντα ἑαυτὸν ἐν νεκροῖς, μηδὲ μὴν ἀκούσαντες, ᾤοντο παραβολήν εἶναι καὶ τοῦτο, καὶ συνεζήτουν τί δηλοῖ, καὶ ἐπηρώτων αὐτὸν λέγοντες, κ. τ. λ. — « Tenuerunt igitur apostoli apud se sermonem, cum videlicet, qui habitus fuerat de resurrectione ipsius a mortuis, quem nemini dicebant ; vel sermonem de transformatione, quærentes quid esset a mortuis resurgere. *Nondum* enim *sciebant*, inquit, *quod oportebat ipsum a mortuis resurgere.* Cum enim neminem vidissent, qui se ipsum a morte suscitasset, neque id audiissent unquam, putabant hoc parabolam quamdam esse, et interrogabant ipsum dicentes, etc. »

Digitized by Google

prius? ille vero respondens dixit illis: Elias quidem ubi advenerit prius, restituet omnia; et quomodo scriptum est de Filio hominis, ut multa patiatur, et condemnetur? Verum dico vobis Eliam venisse: et fecerunt illi quæcunque voluerunt, sicut scriptum erat de illo. » De Elia rumor quidam erat apud Hebræos quod venturus esset ante Christum. Verumtamen Pharisæi non ut oportebat interpretabantur de Elia, sed spontanea malitia veritatem occultabant. Duo enim sunt adventus Christi, is scilicet qui præteriit et is qui futurus est. Prioris præcursor fuit Joannes, posterioris autem erit Elias. Proinde Christus vocat Joannem Eliam, et quod acriter reprehendebat ac æmulabatur, et quod solitudinem amabat. Urget itaque Christus contra Pharisæorum opinionem, suspicantium quod prioris adventus Christi præcursor sit Elias. Et quomodo urget? « Elias quidem cum venerit restituet omnia, et quomodo scriptum est de Filio hominis ut multa patiatur? » Semens autem dictorum is est: Elias Thesbites quando veniet, facturus est pacem Judæis qui non credunt, et adducturus est illos ad fidem: et ita secundi adventus præcursor futurus est. Nam si primi adventus præcursor fuisset Thesbites restituturus omnia, quomodo scripta essent de Filio hominis quod hæc et illa debeat pati? **217** Igitur e duobus alterum colligitur: vel non esse Eliam prioris adventus præcursorem, si quidem vere dicunt Scripturæ quod pati debeat Christus: vel non vere dicere Scripturas dicentes quod patietur Christus, si quidem crediderimus quod juxta Pharisæorum mentem prioris adventus præcursor erit Elias Thesbites. Elias enim restituturus est omnia, et non erit ultra incredulus Judæus, sed omnes credent prædicationi quotquot Eliam audierint. Itaque Dominus opinionem Pharisæorum evertens, dicit quod Elias jam venerit, hoc est, Joannes, et fecerunt quæcunque voluerunt in eo. Non enim crediderunt ipsi, et laudem capite truncatus, factus est ludi apud Herodem præmium.

VERS. 13-17. « Et cum venisset ad discipulos suos, vidit turbam multam circa illos, et Scribas disceptantes cum illis. Et protinus universa turba cum vidisset eum, obstupuit, et accurrentes salutaverunt eum; et interrogavit Scribas: Quid disceptatis cum illis? Et respondens unus e turba, dixit: Præceptor, adduxi filium meum ad te, habentem spiritum mutum: et quandocunque eum corripuerit, lacerat eum, atque ille spumat ac stridet dentibus suis et arescit: et dixi discipulis tuis ut ejicerent illum, et non potuerunt. » Cum venisset ad discipulos, novem videlicet qui non ascenderant secum, vidit disceptantes eos cum Pharisæis. Pharisæi autem freti absentia Jesu, conabantur subvertere discipulos. At turbæ repente viso illo, desiderabant enim illum videre, quasi a longinqua peregrinatione adventantem salutant. Quidam autem dicunt quod facies ejus facta a luce transfigurationis formosior,

A ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς· Ἠλίας μὲν ἐλθὼν πρῶτον, ἀποκαθιστᾷ πάντα· καὶ πῶς γέγραπται ἐπὶ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, ἵνα πολλὰ πάθῃ καὶ ἐξουδενωθῇ; Ἀλλὰ λέγω ὑμῖν, ὅτι καὶ Ἠλίας ἐλήλυθε, καὶ ἐποίησαν αὐτῷ ὅσα ἠθέλησαν, καθὼς γέγραπται ἐπ' αὐτόν. » Περὶ τοῦ Ἠλιοῦ φήμη τις ἐκράτει παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις, ὅτι Ἠλίας ἐλεύσεται πρὸ τοῦ Χριστοῦ. Πλὴν οἱ Φαρισαῖοι, οὐχ ὡς δεῖ ἡρμήνευον τὰ περὶ τοῦ Ἠλιοῦ, ἀλλ' ἐθελοκάκως ἀπέκρυπτον τὸ ἀληθές. Δύο γάρ εἰσι τοῦ Χριστοῦ παρουσίαι, αὕτη τε ἡ γεγενημένη, καὶ ἡ μέλλουσα. Τῆς μὲν οὖν προτέρας Ἰωάννης ἐγένετο πρόδρομος· τῆς δὲ δευτέρας, μέλλει γενέσθαι Ἠλίας. Ἠλίαν οὖν καλεῖ ὁ Χριστὸς τὸν Ἰωάννην, ὡς ἐλεγκτικόν τε ὄντα καὶ ζηλωτὴν καὶ ἐρημίτην. Ἐνίσταται τοίνυν ὁ Κύριος πρὸς τὴν τῶν B Φαρισαίων δόξαν, τῶν ὑπολαμβανόντων, ὅτι τῆς προτέρας παρουσίας τοῦ Χριστοῦ πρόδρομός ἐστιν ὁ Ἠλίας. Πῶς δὲ ἐνίσταται; « Ἠλίας μὲν ἐλθὼν, ἀποκαθιστᾷ πάντα· καὶ πῶς γέγραπται ἐπὶ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, ἵνα πολλὰ πάθῃ; » Ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· Ὁ Θεσβίτης Ἠλίας ὅταν μέλλῃ ἐλθεῖν, εἰρήνην μέλλει ποιήσειν τοῖς ἀπειθοῦσιν Ἰουδαίοις, καὶ εἰς πίστιν τούτους ἀγαγεῖν· ὥστε τῆς δευτέρας παρουσίας πρόδρομος ἔσται. Εἰ γὰρ τῆς πρώτης παρουσίας πρόδρομος ἦν ὁ Θεσβίτης, ὁ μέλλων ἀποκαταστήσειν πάντα, πῶς λοιπὸν γέγραπται, ὅτι ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου τάδε καὶ τάδε μέλλει παθεῖν; Ἐκ τῶν δύο οὖν τὸ ἕτερον λείπεται, ἢ μὴ εἶναι τὸν Ἠλίαν τῆς πρώτης παρουσίας πρόδρομον, εἴπερ ἀληθεύουσιν αἱ Γραφαὶ, ὅτι δεῖ παθεῖν τὸν Χριστόν, C ἢ μὴ ἀληθεύειν τὰς Γραφὰς τὰς λεγούσας, ὅτι πείσεται ὁ Χριστὸς, εἴπερ πιστεύσομεν κατὰ τὸν λόγον τῶν Φαρισαίων, ὅτι τῆς προτέρας παρουσίας ἔσται ὁ Θεσβίτης πρόδρομος. Ὁ γὰρ Ἠλίας ἀποκαταστήσειν μέλλει πάντα, καὶ οὐκ ἔσται τότε ἀπειθὴς τις Ἑβραῖος, ἀλλὰ πάντες πιστεύσουσι τῷ κηρύγματι ὅσοι ἂν ἀκούσωσι τοῦ Ἠλιοῦ. Τὴν οὖν ὑπόληψιν τῶν Φαρισαίων ἀνατρέπων ὁ Κύριος, φησὶν ὅτι Ἠλίας ἤδη ἦλθε, τουτέστιν, ὁ Ἰωάννης, καὶ ἐποίησαν ὅσα ἠθέλησαν ἐπ' αὐτῷ. Ἠπείθησαν γὰρ αὐτῷ, καὶ τέλος ἀπεκεφαλίσθη, παιγνίου ἔπαθλον γενόμενος.

« Καὶ ἐλθὼν πρὸς τοὺς μαθητὰς, εἶδεν ὄχλον πολὺν περὶ αὐτοὺς καὶ Γραμματεῖς συζητοῦντας αὐτοῖς. Καὶ εὐθέως πᾶς ὁ ὄχλος ἰδὼν αὐτὸν ἐξεθαμβήθη, καὶ προστρέχοντες ἠσπάζοντο αὐτόν. Καὶ ἐπηρώτησε τοὺς Γραμματεῖς· Τί συζητεῖτε πρὸς αὐτούς; Καὶ ἀποκριθεὶς εἷς ἐκ τοῦ ὄχλου, εἶπε· Διδάσκαλε, ἤνεγκα τὸν υἱόν μου πρὸς σὲ, ἔχοντα πνεῦμα ἄλαλον. Καὶ ὅπου ἂν αὐτὸν καταλάβῃ, ῥήσσει αὐτὸν, καὶ ἀφρίζει καὶ τρίζει τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ καὶ ξηραίνεται. Καὶ εἶπον τοῖς μαθηταῖς σου, ἵνα αὐτὸ ἐκβάλλωσι, καὶ οὐκ ἴσχυσαν. » Ἐλθὼν πρὸς τοὺς μαθητὰς, τοὺς ἐννέα δηλαδὴ τοὺς μὴ συναναβάντας αὐτῷ, εἶδεν αὐτοὺς ἐρωτωμένους παρὰ τῶν Φαρισαίων. Δραξάμενοι γὰρ οἱ Φαρισαῖοι τῆς ἀπουσίας τοῦ Ἰησοῦ, ἐπειρῶντο περιτρέπειν τοὺς μαθητάς. Ὁ μέντοι ὄχλος ἐξαίφνης ἰδὼν αὐτὸν, ἠσπάζετο. ἐπόθουν γὰρ αὐτὸν ἰδεῖν, καὶ ὥσπερ ἀπὸ μακρᾶς ἀποδημίας ἰδόντες, ἠσπάζοντο. Τινὲς δέ φασιν, ὅτι καὶ ἡ ὄψις αὐ-

Digitized by Google

τοῦ ὡραιοτέρα γενομένη ἀπὸ τοῦ φωτὸς τῆς μεταμορφώσεως, ἐφείλκετο τοὺς ὄχλους πρὸς τὸ ἀσπάζεσθαι. Ἀποκριθεὶς δὲ εἷς ἐκ τοῦ ὄχλου, εἶπεν· Ἀσθενὴς ἦν οὗτος ὁ ἄνθρωπος περὶ τὴν πίστιν (68), ὥσπερ καὶ ὁ Κύριος μαρτυρεῖ λέγων, Ὦ γενεὰ ἄπιστος, καὶ πάλιν, Τῷ πιστεύοντι πάντα δυνατά· κἀκεῖνος αὐτὸς, Βοήθει μου τῇ ἀπιστίᾳ. Κατηγορεῖ δὲ τῶν μαθητῶν, ὡς ἄπιστος πάντως. Ἔδει γὰρ αὐτὸν μὴ ἔμπροσθεν πάντων ἐλθόντα κατηγορῆσαι, ἀλλὰ κατ' ἰδίαν.

« Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς αὐτῷ, λέγει· Ὦ γενεὰ ἄπιστος, ἕως πότε πρὸς ὑμᾶς ἔσομαι; Ἕως πότε ἀνέξομαι ὑμῶν; Φέρετε αὐτὸν πρός με. Καὶ ἤνεγκαν αὐτὸν πρὸς αὐτόν. Καὶ ἰδὼν αὐτὸν, εὐθέως τὸ πνεῦμα ἐσπάραξεν αὐτόν. Καὶ πεσὼν ἐπὶ τῆς γῆς, ἐκυλίετο ἀφρίζων. Καὶ ἐπηρώτησε τὸν πατέρα αὐτοῦ· Πόσος χρόνος ἐστὶν, ὡς τοῦτο γέγονεν αὐτῷ; Ὁ δὲ εἶπε· Παιδιόθεν, καὶ πολλάκις αὐτὸν καὶ εἰς πῦρ ἔβαλε καὶ εἰς ὕδατα, ἵνα ἀπολέσῃ αὐτόν. Ἀλλ' εἴ τι δύνασαι, βοήθησον ἡμῖν, σπλαγχνισθεὶς ἐφ' ἡμᾶς. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ τὸ, Εἰ δύνασαι πιστεῦσαι, πάντα δυνατὰ τῷ πιστεύοντι. Καὶ εὐθέως κράξας ὁ πατὴρ τοῦ παιδίου μετὰ δακρύων ἔλεγε· Πιστεύω, Κύριε, βοήθει μου τῇ ἀπιστίᾳ. Ἰδὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς ὅτι ἐπισυντρέχει ὁ ὄχλος, ἐπετίμησε τῷ πνεύματι τῷ ἀκαθάρτῳ, λέγων αὐτῷ· Τὸ πνεῦμα τὸ ἄλαλον καὶ κωφὸν, ἐγώ σοι ἐπιτάσσω, ἔξελθε ἐξ αὐτοῦ καὶ μηκέτι εἰσέλθῃς εἰς αὐτόν. Καὶ κράξαν καὶ πολλὰ σπαράξαν αὐτὸν, ἐξῆλθε, καὶ ἐγένετο ὡσεὶ νεκρὸς, ὥστε πολλοὺς λέγειν ὅτι Ἀπέθανεν. Ὁ δὲ Ἰησοῦς κρατήσας αὐτὸν τῆς χειρὸς, ἤγειρεν αὐτὸν, καὶ ἀνέστη. » Ὁ μὲν προσελθὼν ἐκεῖνος, τοὺς μαθητὰς ἠτιᾶτο ὡς μὴ ἰσχύσαντας θεραπεῦσαι. Ὁ δὲ Χριστὸς εἰς ἐκεῖνον αὐτὸν περιτρέπει τὸ ἔγκλημα, μονονουχὶ τοῦτο λέγων, ὅτι, Ἄπιστος ὢν σὺ, αἴτιος ἐγένου τοῦ μὴ θεραπευθῆναί σου τὸν υἱόν. Οὐ πρὸς ἐκεῖνον δὲ μόνον τοῦτο λέγει, ἀλλὰ κοινὸν ποιεῖται τὸν λόγον, ὥσπερ πάντας κοινῶς τοὺς Ἰουδαίους ὀνειδίζων εἰς ἀπιστίαν. Εἰκὸς γὰρ ἦν πολλοὺς τῶν παρεστώτων σκανδαλισθῆναι. Δείκνυσι δὲ ποθητὸν αὐτῷ ὄντα τὸν θάνατον, ἐκ τοῦ λέγειν· Ἕως πότε ἔσομαι μεθ' ὑμῶν τῶν ἀπίστων διάγων. Οὐ μὴν ἵσταται ἄχρι τοῦ μέμψασθαι αὐτοὺς,

A ad salutationem populum invitarit. Porro respondens unus e turba dixit : Infirmæ fidei homo ille erat, sicut et Dominus testatur dicens : O generatio incredula ; et iterum : Credenti omnia sunt possibilia. Et ille ipse : Succurre incredulitati meæ. Taxat autem discipulos tanquam plane incredulus. Etenim oportebat ipsum non coram omnibus illos accusasse, sed seorsim.

Vers. 18-26. « At ille respondens ei dicit : O natio incredula, quousque apud vos ero? quousque patiar vos? adducite illum ad me. Et adduxerunt illum ad eum. At viso illo, continuo spiritus discerpebat eum et prolapsus in terra volvebatur spumans. B Et interrogavit patrem illius : Quantum temporis est quod hoc accidit ei? Ac ille dixit : A puero, et frequenter illum in ignem abjecit, et in aquas, quo perderet eum. Age si quid potes, subveni nobis misertus nostri. Jesus autem dixit illi : Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti. Et confestim exclamans pater pueri cum lacrymis dixit : Credo, Domine, succurre incredulitati meæ. Cum vidisset autem Jesus quod turba simul accurreret, increpavit spiritum immundum, dicens illi : Spiritus mute et 218 surde, ego tibi impero, exi ab eo, et ne posthac ingrediaris in illum. Et cum clamasset spiritus, multumque discerpsisset eum, exivit et factus est tanquam mortuus, adeo ut multi dicerent, C Mortuus est. At Jesus correpta manu illius erexit eum, et ille surrexit. » Ille quidem qui accesserat ad Dominum, arguit discipulos quod non possent sanare ; Christus autem in ipsum crimen regerit quasi ita dicens : Tu quia incredulus es, in causa fuisti quod non sanatus sit filius tuus. Verum hoc non illi soli dicit, sed generalem ad omnes sermonem vertit, et Judæos omnes simul ob incredulitatem objurgat. Verisimile enim erat multos ex astantibus fuisse scandalizatos. Ostendit autem desiderabilem sibi esse mortem, eo quod dicit : Usquequo ero vobiscum? hoc est, affligor versans cum vobis incredulis. Non tamen substitit in hoc quod eos reprehendit, sed etiam medicinam addit, non ut se

Ex collatione codd. Venet. S. Marci.

(68) Cod. 32 : Ἀσθένης ἦν οὗτος ὁ ἄνθρωπος περὶ τὴν πίστιν, ὡς ἐκ πολλῶν τοῦτο δῆλον, ἔκ τε τοῦ εἰπεῖν τὸν Χριστὸν, *Ὦ γενεὰ ἄπιστος!* καὶ ἐκ τοῦ εἰπεῖν, *Εἰ δύνασαι πιστεῦσαι, πάντα δυνατὰ τῷ πιστεύοντι*· ἔκ τε τοῦ εἰπεῖν αὐτὸν τὸν προσελθόντα, *Βοήθει μου τῇ ἀπιστίᾳ*· καὶ ἐκ τοῦ κελεῦσαι τῷ δαίμονι μηκέτι εἰσελθεῖν εἰς αὐτόν. Καὶ εἰ ἡ ἀπιστία αὐτοῦ γέγονεν αἰτία τοῦ μὴ ἐξελασθῆναι τὸν δαίμονα, τί τοῖς μαθηταῖς ἐγκαλεῖ, δεικνὺς, ὅτι καὶ χωρὶς τῶν προσαγόντων μετὰ πίστεως πολλαχοῦ θεραπεῦσαι. Ὥσπερ γὰρ ἀρκεῖ πολλάκις ἡ τοῦ προσαγοντος πίστις εἰς τὸ καὶ παρ' ἐλαττόνων λαβεῖν ἴασιν, οὕτω τῶν ποιούντων πολλάκις ἤρκεσεν ἡ δυναμις, καὶ μὴ πιστευόντων τῶν προσελθόντων εἰς τὸ θεραπευθῆναι. Ἔδει δὲ αὐτὸν μὴ ἔμπροσθεν πάντων ἐλθόντα κατηγορῆσαι τῶν μαθητῶν, ἀλλὰ κατ' ἰδίαν· ὥστε καὶ κατὰ τοῦτο ἄπιστος ἦν. *Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς αὐτῷ λέγει*,, » κ. τ. λ. — « Infirmus fide

D homo ille erat ; quod ex pluribus manifestum est. Nempe, et ex eo quod Christus dixit : *O generatio incredula!* et ex eo quod addidit : *Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti* : et ex eo quod ipse, qui supplicabat, ait : *Adjuva incredulitatem meam* : et ex eo quod Dominus dæmoni præceperit, ne amplius introiret in eum. At vero si incredulitas ipsius in causa fuit, ut expulsus non fuerit dæmon, cur arguit discipulos? Nempe, significare voluit, etiam absque offerentium fide sanitatem restitui posse. Quemadmodum enim sola offerentium fides sæpe sufficit ad curationem etiam a minoribus obtinendam, ita frequenter operantium virtus satis est, etiam non credentibus iis qui ob sanitatem obtinendam accedunt. Debebat vero ille non coram omnibus discipulos accusare, sed seorsim : quare in hoc etiam infidelis fuit. *At ille respondit ei et dixit*, » etc.

Digitized by Google

ostentaret, sed magis ut cum summa modestia sanaret puerum. Vide autem quomodo non suæ virtuti, sed illius fidei sanitatem tribuat, dicens : Omnia possibilia credenti. Sed et aliud, cum vidisset congregari turbam, increpavit spiritum : nolebat enim coram turba sanare, et ostentare se ut arrogantem. Cum increpasset autem et dixisset : Egredere, et ne ultra ingrediaris : insinuat quod propter incredulitatem hominis ingressurum iterum fuisset dæmonium, nisi suo prohibitum fuisset præcepto. Permittit autem discerpi filium; ut omnes sciant dæmonis insidias, et quod occidisset hominem, nisi divina manu refrenatus et retractus fuisset. Sæpe enim in ignem quis a dæmone projicitur concupiscentiæ et iræ, et in aquam sæcularium negotiorum procellis undantem. Porro dæmon hic mutus erat et surdus. Surdus quidem, ut audire nolens divina eloquia : mutus vero, ut neque alios docere valens quod oportebat. At ubi Jesus, hoc est sermo Evangelicus, manum apprehenderit, operativam dico virtutem, tunc liberamur ab hoc dæmone. Vide autem quod Deus quidem adjuvat nos, deinde a nobis opera exignntur. Dicit enim, Erexit illum Jesus, hoc erat Dei adjutorium; et surrexit, hoc est illius in bonis studium.

A ἀλλὰ καὶ τὴν ἴασιν ἐπιτίθησιν, οὐκ ἐπιδεικτικῶς θεραπεῦσαι τὸν παῖδα ἐπιβαλλόμενος, ἀλλὰ μᾶλλον μετὰ μετριοφροσύνης πολλῆς. Ὅρα γὰρ πῶς οὐ τῇ οἰκείᾳ δυνάμει, ἀλλὰ τῇ ἐκείνου πίστει ἀνατίθησι τὴν θεραπείαν, λέγων, ὅτι, Πάντα δυνατὰ τῷ πιστεύοντι. Ἀλλὰ καὶ ἕτερον· ἰδὼν γὰρ ἐπισυναγόμενον τὸν ὄχλον, ἐπετίμησε τῷ πνεύματι· οὐκ ἤθελε γὰρ ἔμπροσθεν ὄχλου θεραπεύειν, ὡς φανητιῶν καὶ ἐπιδεικτικός. Ἐπιτιμήσας δὲ καὶ εἰπών, Ἔξελθε καὶ μηκέτι εἰσέλθῃς· τοῦτο αἰνίττεται, ὅτι διὰ τὴν ἀπιστίαν τοῦ ἀνθρώπου εἰσῆλθεν ἂν καὶ πάλιν τὸ δαιμόνιον, εἰ μὴ τῷ προστάγματι αὐτοῦ ἐκωλύετο. Συγχωρεῖ δὲ σπαράξαι τὸν παῖδα, ἵνα γνῶσι πάντες τὴν τοῦ δαίμονος ἐπήρειαν, καὶ ὅτι ἐθανάτωσεν ἂν τὸν ἄνθρωπον, εἰ μὴ ὑπὸ τῆς θείας ἀνεχαιτίζετο χειρός.

B Ῥίπτεται δέ τις ὑπὸ δαίμονος εἰς πῦρ τὸ τοῦ θυμοῦ καὶ τὸ τῆς ἐπιθυμίας, καὶ εἰς ὕδωρ, τὸ τῶν βιωτικῶν πραγμάτων κλυδώνιον. Ὁ δαίμων δὲ οὗτος ἄλαλός ἐστι καὶ κωφός. Κωφὸς μὲν, ὡς μὴ ἀκούειν θέλων τῶν τοῦ Θεοῦ λόγων· ἄλαλος δὲ, ὡς μηδὲ ἑτέρους δυνάμενος διδάσκειν τὸ δέον· ἀλλ' ἐὰν ὁ Ἰησοῦς, τουτέστιν, ὁ Εὐαγγελικὸς λόγος, κρατήσῃ τῆς χειρὸς, τῆς πρακτικῆς λέγω δυνάμεως, τότε ἐλευθερωθησόμεθα τοῦ δαίμονος. Ὅρα δὲ ὅτι ὁ μὲν Θεὸς βοηθεῖ ἡμῖν, εἶτα ἡμεῖς αὐτοὶ τὸ ἀγαθὸν ἀπαιτούμεθα ἐργάζεσθαι. Φησὶ γάρ· Ἤγειρεν αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς· τοῦτο ἡ τοῦ Θεοῦ βοήθεια, καὶ ἀνέστη, τοῦτο ἡ ἐκείνου αὐτοῦ πρὸς τὸ ἀγαθὸν σπουδή.

Vers. 27, 28. « Et cum esset ingressus domum, discipuli illius interrogabant eum seorsum : Cur nos non potuimus ejicere illum? Et dixit illis : Hoc genus nulla re potest exire, nisi per orationem et jejunium. » Timebant discipuli ne forte amisissent gratiam quam eis dederat Dominus, et propterea non potuissent ejicere dæmonium. Vide autem et reverentiam eorum quomodo seorsum ad illum accedunt. Hoc autem genus. Quale? Vel lunaticorum, vel omne dæmoniorum genus non egreditur alio quodam modo, nisi precatione et jejunio. Oportet enim jejunare eum qui dæmonem **219** patitur, et qui sanaturus est : et utrisque necessarium est jejunium, magis autem illius qui dæmonem patitur, jejunium exigit ratio. Oportet autem non jejunare solum, sed et orare : neque solum orare, sed et jejunare. Sic enim veræ preces fiunt, si non solum oretur, sed et jejunetur : ut ne gravetur qui orat, D ciborum vaporibus, sed expeditus sit et levis.

« Καὶ εἰσελθόντα αὐτὸν εἰς οἶκον, οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἐπηρώτων αὐτὸν κατ' ἰδίαν· Τί ὅτι ἡμεῖς οὐκ ἠδυνήθημεν ἐκβαλεῖν αὐτό; Καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Τοῦτο τὸ γένος ἐν οὐδενὶ δύναται ἐξελθεῖν, εἰ μὴ ἐν προσευχῇ καὶ νηστείᾳ. » Ἐφοβήθησαν οἱ μαθηταὶ μήπως ἀπέβαλον τὴν χάριν, ἣν δέδωκεν αὐτοῖς ὁ Κύριος, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἠδυνήθησαν ἐκβαλεῖν τὸν δαίμονα. Ὅρα δὲ καὶ τὴν εὐλάβειαν αὐτῶν, πῶς κατ' ἰδίαν αὐτῷ προσέρχονται. Τοῦτο δὲ τὸ γένος. Ποῖον; Εἰ τὸ τῶν σεληνιαζομένων, ἢ ἁπλῶς πᾶν τὸ τῶν δαιμόνων γένος οὐκ ἐξέρχεται ἄλλῳ τινὶ τρόπῳ, εἰ μὴ ἐν προσευχῇ καὶ νηστείᾳ· δεῖ γὰρ καὶ τὸν πάσχοντα νηστεύειν, καὶ τὸν μέλλοντα θεραπεῦσαι. Ἀμφοτέρων γὰρ χρεία· μάλιστα δὲ τὴν τοῦ πάσχοντος νηστείαν ἀπαιτεῖ ὁ λόγος. Δεῖ καὶ μὴ νηστεύειν μόνον, ἀλλὰ καὶ προσεύχεσθαι· μηδὲ μόνον προσεύχεσθαι, ἀλλὰ καὶ νηστεύειν. Οὕτω γὰρ ἡ ἀληθινὴ προσευχὴ τελεῖται, ἐὰν καὶ νηστείαν ἔχῃ συνεζευγμένην. Ὅτε οὐ βαρεῖται ὁ προσευχόμενος τοῖς ἐκ τῶν βρωμάτων ἀτμοῖς, ἀλλὰ κοῦφός ἐστι καὶ ἀβαρής.

Vers. 29, 30. « Et illinc digressi iter fecerunt per Galilæam, nec volebat ut quisquam sciret. Docebat enim discipulos suos, et dicebat illis : Filius hominis traditur in manus hominum, et occident eum, et occisus tertio die resurget. At illi ignorabant quod dixerat, et timebant eum interrogare. » Ubique miraculorum operationibus interserit sermonem de passione, ut ne putent ipsum propter impotentiam pati. Dixit igitur quod durum erat, quia occident eum : subdit et quod jucundum, quia tertio die resurrecturus esset : ut discamus quod semper læta sequun-

« Καὶ ἐκεῖθεν ἐξελθόντες, παρεπορεύοντο διὰ τῆς Γαλιλαίας, καὶ οὐκ ἤθελεν, ἵνα τις γνῷ. Ἐδίδασκε γὰρ τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς, ὅτι, Ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται εἰς χεῖρας ἀνθρώπων, καὶ ἀποκτενοῦσιν αὐτόν. Καὶ ἀποκτανθεὶς, τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσεται. Οἱ δὲ ἠγνόουν τὸ ῥῆμα, καὶ ἐφοβοῦντο αὐτὸν ἐπερωτῆσαι. » Πανταχοῦ ταῖς θαυματουργίαις παρεμβάλλει τὸν περὶ τοῦ πάθους λόγον, ἵνα μὴ νομισθῇ ὅτι δι' ἀδυναμίαν ἔπαθεν. Εἰπὼν οὖν τὸ σκυθρωπὸν, ὅτι ἀποκτενοῦσιν αὐτὸν, ἐπάγει καὶ τὸ χαρμόσυνον, ὅτι τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀνα-

Digitized by Google

στήσεται, ἵνα μάθωμεν ὅτι ἀεὶ τοῖς σκυθρωποῖς ἐπακολουθεῖ τὰ εὐφρόσυνα, καὶ μὴ μάτην ἀνιώμεθα ἐπὶ τοῖς λυπηροῖς, ἀλλ' ἐλπίζωμεν καὶ τὰ χρηστότερα.

« Καὶ ἦλθεν εἰς Καπερναούμ· καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ γενόμενος, ἐπηρώτα αὐτούς· Τί ἐν τῇ ὁδῷ πρὸς ἑαυτοὺς διελογίζεσθε; Οἱ δὲ ἐσιώπων. Πρὸς ἀλλήλους γὰρ διελέχθησαν ἐν τῇ ὁδῷ, τίς μείζων. Καὶ καθίσας, ἐφώνησε τοὺς δώδεκα, καὶ λέγει αὐτοῖς· Εἴ τις θέλει πρῶτος εἶναι, ἔσται πάντων ἔσχατος, καὶ πάντων διάκονος. Καὶ λαβὼν παιδίον, ἔστησεν αὐτὸ ἐν μέσῳ αὐτῶν, καὶ ἐναγκαλισάμενος αὐτό, εἶπεν αὐτοῖς· Ὃς ἐὰν ἓν τῶν τοιούτων παιδίων δέξηται ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, ἐμὲ δέχεται, καὶ ὃς ἐὰν ἐμὲ δέξηται, οὐκ ἐμὲ δέχεται, ἀλλὰ τὸν ἀποστείλαντά με.» Οἱ μαθηταὶ ἔτι ἀνθρωπικώτερα φρονοῦντες, διεφιλονείκουν πρὸς ἀλλήλους περὶ τοῦ, τίνος αὐτῶν μείζων ἐστὶ καὶ προτιμότερος παρὰ τῷ Χριστῷ. Ὁ δὲ Κύριος τὴν μὲν ἐπιθυμίαν τὴν τῆς προτιμήσεως οὐ κωλύει. Θέλει γὰρ ἡμᾶς ἐπιθυμεῖν τοῦ ὑψηλοτέρου βαθμοῦ. Οὐ μέντοι ἁρπάζειν ἡμᾶς βούλεται τὰ πρωτεῖα, ἀλλὰ διὰ τῆς ταπεινώσεως μᾶλλον κατακτᾶσθαι τὸ ὑψηλόν. Παιδίον γὰρ ἔστησεν εἰς τὸ μέσον, καὶ κατ' ἐκεῖνο γενέσθαι καὶ ἡμᾶς βούλεται. Τὸ γὰρ παιδίον· οὔτε δόξης ἐφίεται, οὔτε φθονεῖ, οὔτε μνησικακεῖ. Καὶ οὐ μόνον, φησὶν, ἐὰν αὐτοὶ τοιοῦτοι γενήσεσθε, μισθὸν λήψεσθε μέγαν, ἀλλὰ κἂν ἑτέρους τοιούτους τιμήσητε δι' ἐμὲ, βασιλείαν οὐρανῶν ἀντιλάβοιτε. Ἐμὲ γὰρ δέχεσθε· ἐμὲ δὲ δεχόμενοι, δέχεσθε τὸν ἀποστείλαντά με. Ὁρᾷς οὖν πόσα δύναται ἡ ταπείνωσις, καὶ τὸ ἁπλαστον τοῦ τρόπου καὶ ἄδολον. Τὸν Υἱὸν γὰρ καὶ τὸν Πατέρα ἐνοικίζει ἐν ἡμῖν. Πρόδηλον δὲ ὅτι καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.

« Ἀπεκρίθη δὲ αὐτῷ ὁ Ἰωάννης, λέγων· Διδάσκαλε, εἴδομέν τινα ἐν τῷ ὀνόματί σου ἐκβάλλοντα δαιμόνια, ὃς οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν· καὶ ἐκωλύσαμεν αὐτὸν, ὅτι οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπε· Μὴ κωλύετε αὐτόν. Οὐδεὶς γάρ ἐστιν ὃς ποιήσει δύναμιν ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, καὶ δυνήσεται ταχὺ κακολογῆσαί με. Ὃς γὰρ οὐκ ἔστι καθ' ἡμῶν, ὑπὲρ ἡμῶν ἐστιν. » Οὐ ζηλοτυπίᾳ τινὶ καὶ φθόνῳ ὑπαγόμενος ὁ τῆς βροντῆς υἱὸς κωλύει ἐκεῖνον τὸν τὰ δαιμόνια ἐκβάλλοντα, ἀλλὰ θέλων πάντας τοὺς ἐπικαλουμένους τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ καὶ ἀκολουθεῖν αὐτῷ, καὶ ἓν εἶναι σῶμα πάντας τοὺς μαθητάς. Ἐν γὰρ τῇ ἀρχῇ τοῦ κηρύγματος, τινὲς φιλοδοξίᾳ ἕρωτι κρατούμενοι, ἤθελον καὶ αὐτοὶ σημεῖα δεῖξαι ἐργάζεσθαι. Ὁρῶντες δὲ τὸ ὄνομα τοῦ Ἰησοῦ πολλὰ δυνάμενον, ἐπέλεγον τοῦτο, καὶ δὴ σημεῖα ἐποίουν, ἄλλως ἀνάξιοι ὄντες τῆς θείας χάριτος (69). Ἠβούλετο γὰρ ὁ Κύριος πλατύνεσθαι τὸ κήρυγμα, καὶ διὰ τῶν ἀναξίων. Τί οὖν ὁ Σωτήρ; Οὐ συγχωρεῖ τῷ Ἰωάννῃ κωλύειν τὸν τὰ σημεῖα ποιοῦντα, ἀλλ', Ἄφετε

tur ad tristia, et in tristibus non frustra mœreamus, sed speremus meliora.

Vers. 31-36. « Et venit in Capernaum : et cum venisset in domum, interrogavit illos : Quid in itinere inter vos disputabatis? At illi siluerunt. Nam inter se disputaverant inter viam quis esset major. Et cum consedisset, accersivit duodecim, et dicit illis : Si quis vult primus esse, is erit omnium postremus et omnium minister. Atque arreptum puerum statuit in medio illorum : et cum cepisset illum in ulnas suas, dixit illis : Quisquis unum ex talibus pueris receperit in nomine meo, me recipit : et quicunque me recipit, non me recipit, sed eum qui me misit. » Discipuli adhuc humanum quiddam sapientes, contendebant inter se, quis eorum major et dignior esset apud Christum. Dominus autem non prohibet prælationis cupiditatem : vult enim nos aspirare ad sublimiorem gradum : at non rapere nos vult primas dignitates, sed potius per humilitatem acquirere sublimitatem. Puerum enim statuit in medium, et illi similes nos vult fieri. Puer enim neque gloriam desiderat, neque invidet, neque vindictæ cupidus est. Et non solum, inquit, si ipsi tales fueritis, mercedem accipietis magnam, sed et si alios tales venerabimini propter me, regnum cœlorum accipietis : me enim accipitis : me autem qui suscipit, suscipit eum qui me misit. Vides igitur quanta potest humilitas, simplicesque et absque fraude mores. Filium enim et Patrem in nobis habitare facit. Manifestum autem quod et Spiritum sanctum.

Vers. 37-39. « Respondit autem ei Joannes, dicens : Præceptor, vidimus quemdam in nomine tuo ejicere dæmonia, nec sequitur nos, et prohibuimus illum, propterea quod non sequitur nos. At Jesus ait : Ne prohibeatis illum. Nullus enim est, qui si fecerit virtutem per nomen meum, possit cito male loqui de me. **220** Qui enim non est adversus nos, pro nobis est. » Non zelotypia quadam vel invidia ductus tonitrui filius prohibet illum qui dæmonia ejicit, sed volens omnes qui invocant nomen Domini nostri Jesu Christi, etiam sequi ipsum, et unum esse corpus omnes discipulos. Nam in principio prædicationis quidam, vanæ gloriæ studio capti, voluerunt et ipsi signa facere. Videntes autem nomen Jesu multum valere, super infirmos hoc dicebant, signaque faciebant, alioqui gratia divina indigni. Volebat enim Christus dilatari prædicationem etiam per indignos. Quid igitur Salvator? Non permittit Joannem prohibere signa facientem. Omittite, inquit ; nullus enim qui fecerit virtutem in

Ex collatione codd. Venet. S. Marci.

(69) Cod. 26 : Ἄλλως τῆς θείας χάριτος ὄντες ἀνάξιοι· διὸ οὐδὲ συνηκολούθουν αὐτοῖς διὰ τὴν ἐγκράτειαν καὶ σκληραγωγίαν τῶν ἀποστόλων, καὶ διὰ τὸ θέλειν αὐτοὺς οἰκείοις θελήμασιν ἄγεσθαι, καὶ ἀδιαφορώτερον ζῆν. *Τί οὖν ὁ Σωτήρ*; κ. τ. λ.

« Alioqui gratia divina indigni ; eo quod non sese adjungebant apostolis propter ipsorum abstinentiam atque in vivendo austeritatem : et qui volebant juxta propriam voluntatem ac liberius vivere. *Quid igitur Salvator* ? etc. »

Digitized by Google

nomine meo, statim poterit de me male loqui. Nam quo pacto male loqueretur de me, qui nomen meum in occasionem gloriæ prætexit, et invocando illud operatur mira? Videtur autem Dominus sibi contradicere. Dixerat enim alibi : « Qui non est mecum, contra me est : » nunc dicit : « Qui non est contra nos, pro nobis est. » Videntur quidem hæc diversa, non sunt autem. Nam cum dicit, « Qui non est mecum, contra me est [67], de dæmonibus est dictum, qui student a divinis abstrahere, et quæ Dei sunt, dispergere. Quod autem nunc, dictum de hominibus, qui ad Deum quosdam adducunt per miraculorum operationem.

VERS. 40, 41. « Quisquis enim ad bibendum de 'erit vobis calicem aquæ in nomine meo, quod sitis Christi : amen dico vobis, nequaquam perditurus est mercedem suam. Et quisquis offenderit unum ex pusillis qui confidunt in me, melius foret illi si circumdaretur saxum molare circa cervicem ejus, et abjiceretur in mare. » Non solum, inquit, facientes virtutem in nomine meo, non prohibeo : sed si quis minimum quiddam dederit vobis propter nomen meum, et susceperit vos propter me, non propter humanam gratiam, vel mundanam, neutiquam perdet mercedem suam. Dixit autem calicem aquæ, propter eos qui paupertatem prætexunt. Etiam si calicem, inquit, aquæ dederis contemptibilem, neque illum perdes. Quemadmodum autem si unum ex parvis honoraveris, gratus eris Deo, sic si unum ex parvis scandalizaveris, hoc est, despexeris, offenderis, expediret tibi si mola asinaria de collo tuo suspenderetur, graviorem enim pœnam sustinebimus. Sensibile autem supplicium dixit, terrens nos per hoc sensibile exemplar.

Digitized by Google

καὶ ἕως οὗ ἐτελέσθησαν αἱ ἡμέραι τῆς λειτουργίας αὐτοῦ, οὐκ ἀπῆλθεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, ἀλλὰ προσήδρευε τῷ ναῷ· ἀπῴκιστο μὲν γὰρ ἡ ὀρεινὴ ἀληθῶς καὶ ἀπεῖχε τῆς Ἱερουσαλήμ· πλὴν ἀλλ' εἰ καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς Ἱεροσολύμοις εἶχε τὸν οἶκον ὁ ἱερεύς, οὐκ ἐξῆν αὐτῷ ἔξω τῆς αὐλῆς τοῦ ναοῦ ἀπελθεῖν κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἐφημερίας αὐτοῦ· ἡμεῖς δὲ, φεῦ! πῶς καταφρονοῦμεν τῶν θείων ὑπηρεσιῶν! Τὸ δὲ μὴ δύνασθαι μὲν λαλεῖν τὸν Ζαχαρίαν, διανεύειν δὲ τῷ λαῷ, τὴν τῶν Ἰουδαίων ἄλογον πολιτείαν δηλοῖ· ἀποκτείναντες γὰρ τὸν Λόγον, οὐ δύνανται λόγον ἀποδοῦναι περὶ ὧν πράττουσιν ἢ λέγουσιν, ἀλλὰ κἂν προφητικόν τι αὐτοὺς ἐρωτᾷς, ἐπιστομίζονται, καὶ οὐ δύνανται σοι λόγον καὶ ἀπόκρισιν ἀποδοῦναι.

A suam, donec impleti essent dies ministerii sui, assedit-que templo. Aberat enim vere a Jerusalem montana regio. Quamvis autem et Hierosolymis domum habuisset, non licuisset tamen ei extra ambitum templi per tempus vicis suæ exire. Nos autem, proh pudor! quam contemnimus divina ministeria! Cæterum quod Zacharias non potest loqui, sed innuit populo, significat irrationalem Judæorum vitam: quia ubi occiderunt Verbum, non possunt rationem reddere de his quæ vel dicunt vel faciunt. Et si quid propheticum interrogaveris, obmutescunt, et non possunt tibi vel sermonem vel responsum dare.

« Μετὰ δὲ ταύτας τὰς ἡμέρας συνέλαβεν Ἐλισάβετ ἡ γυνὴ αὐτοῦ, καὶ περιέκρυβεν ἑαυτὴν μῆνας πέντε, λέγουσα ὅτι, Οὕτω μοι πεποίηκεν ὁ Κύριος ἐν ἡμέραις αἷς ἐπεῖδεν ἀφελεῖν τὸ ὄνειδός μου ἐν ἀνθρώποις. » Σώφρων οὖσα ἡ Ἐλισάβετ, ᾐδεῖτο, καὶ διὰ τοῦτο περιέκρυπτεν ἑαυτὴν, διὰ τὸ ἐν γήρᾳ συλλαβεῖν· ἐπὶ μῆνα; δὲ πέντε περιέκρυπτεν ἑαυτὴν, ἕως οὗ καὶ ἡ Μαρία συλλάβοι· ἀφ' οὗ δὲ καὶ ἐκείνη συνέλαβε, καὶ ἐσκίρτησε τὸ βρέφος ἐν τῇ κοιλίᾳ αὐτῆς, οὐκ ἔτι ἐκρυπτεν ἑαυτὴν, ἀλλὰ καὶ ἐπαῤῥησιάσατο ἄν, ὡς τοιούτου παιδὸς μήτηρ, καὶ πρὶν ἢ γεννηθῆναι προφητικῇ ἀξίᾳ τετιμημένου.

B Vers. 24, 25. « Post hos autem dies concepit Elisabeth uxor ejus, et occultabat se mensibus quinque, dicens: Sic fecit mihi Dominus in diebus quibus me respexit, ut auferret probrum meum inter homines. » Elisabeth, quoniam casta erat, erubescebat, et propterea occultabat se, eo quod senex concepisset. Mensibus autem quinque occultavit se, donec Maria conciperet. Ubi autem illa concepit, et exsultavit infans in utero, non ultra se occultavit, sed libere ivit, utpote tanti pueri mater, qui etiam antequam nasceretur, prophetarum dignitate fuit honoratus.

« Ἐν δὲ τῷ μηνὶ τῷ ἕκτῳ ἀπεστάλη ὁ ἄγγελος Γαβριὴλ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ εἰς πόλιν τῆς Γαλιλαίας, ᾗ ὄνομα Ναζαρὲτ, πρὸς παρθένον μεμνηστευμένην ἀνδρὶ, ᾧ ὄνομα Ἰωσὴφ, ἐξ οἴκου Δαβίδ. Καὶ τὸ ὄνομα τῆς παρθένου, Μαριάμ. Καὶ εἰσελθὼν ὁ ἄγγελος πρὸς αὐτὴν, εἶπε· Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ, εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξίν. Ἡ δὲ ἰδοῦσα, διεταράχθη ἐπὶ τῷ λόγῳ αὐτοῦ, καὶ διελογίζετο ποταπὸς εἴη ὁ ἀσπασμὸς οὗτος· καὶ εἶπεν ὁ ἄγγελος αὐτῇ· Μὴ φοβοῦ, Μαριάμ· εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ. » Μῆνα ἕκτον λέγει τὸν ἀπὸ τῆς συλλήψεως Ἰωάννου. Λέγει δὲ μεμνηστεῦθαι τὴν παρθένον ἀνδρὶ ἐξ οἴκου Δαβὶδ, ἵνα δείξῃ, ὅτι καὶ αὐτὴ ἐκ τοῦ γένους τοῦ Δαβὶδ κατήγετο· ἐκ γὰρ τοῦ αὐτοῦ γένους καὶ τῆς αὐτῆς σειρᾶς εἶναι ἀμφότερα τὰ μέρη, νόμος ἦν. Ἐπειδὴ δὲ τῇ Εὔᾳ ὁ Κύριος εἶπεν, Ἐν λύπαις τέξῃ τέκνα, λύει τὴν λύπη ταύτην ἡ χαρὰ, ἣν ὁ ἄγγελος προσφέρει τῇ Παρθένῳ, λέγων· Χαῖρε, κεχαριτωμένη· ἐπεὶ δὲ κεκατήρατο ἡ Εὔα, εὐλογημένη αὕτη ἀκούει· διελογίζετο δὲ περὶ τοῦ ἀσπασμοῦ ποταπὸς εἴη οὗτος, μὴ ἄρα ἄτοπός τις καὶ πορνικὸς, ὡς ἐξ ἀνδρὸς πρὸς κόρην, ἡ θεῖος; ἐπειδὴ καὶ Θεοῦ μνήμη σύνεστι τῷ ἀσπασμῷ, τὸ, Ὁ Κύριος μετὰ σοῦ. Πρῶτον δὲ καταστέλλει τὴν καρδίαν αὐτῆς ἀπὸ τοῦ φόβου· ὡς ἂν ἐν ἀταραξίᾳ γενομένη, δέξηται τὴν θείαν ἀπόκρισιν· οὐ γὰρ ἐνεδέχετο ταραττομένην αὐτὴν, ἀκριβῶς ἀκούειν τὰ συμβησόμενα· ὅπερ δὲ ἄνω εἶπε, κεχαριτωμένη, ὥσπερ ἑρμηνεύων φησίν· Εὗρες γὰρ χάριν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ κεχαριτῶσθαι, τὸ εὑρεῖν χάριν παρὰ τῷ Θεῷ, τουτέστιν, ἀρέσαι Θεῷ· ἀλλὰ τοῦτο μὲν κοινόν· πολ-

C Vers. 26-30. « In mense autem sexto missus est angelus 275 Gabriel a Deo in civitatem Galilææ cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro cui nomen erat Joseph, de domo David, ac nomen virginis Maria. Et ingressus angelus ad eam dixit: Gaude, gratiosa, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Illa vero cum vidisset, turbata est super sermone ejus, et cogitabat qualis esset illa salutatio. Et dixit angelus ei: Ne timeas, Maria, invenisti enim gratiam apud Deum. » Mensem sextum dicit a tempore quo conceptus fuit Joannes. Dicit autem desponsatam virginem viro qui erat de domo David, ut ostenderet et ipsam ex genere David descendisse; juxta legem enim conjuges ex eodem genere et eadem cognationis catena prognatos esse oportebat. Quia autem Evæ dictum erat a Domino, ut in tristitiis pariat filios [69], solvit tristitiam illam in gaudium, quod angelus Virgini afferens dicit: Gaude, gratiosa. Et quia maledicta fuit Eva, hæc dicitur benedicta. Considerabat autem de salutatione, qualisnam esset, num absurda et procatrix, ac qualis viri ad puellam, an divina: quia et Dei mentio inter salutandum facta, cum diceretur, Dominus tecum. Primum autem timorem a corde ipsius repellit, ut in quiete constituta divinum responsum accipiat. Neque enim fieri potest ut turbata diligenter audiat quæ eventura sunt. Porro id quod supra dixit, gratiosa, quasi interpretans dicit: Invenisti enim gratiam coram Domino. Hoc enim est gratiosam esse, vel gratificatam, quod invenerit gratiam apud Deum, hoc est, placuerit Deo. Verum

[69] Gen. III, 16.

Digitized by Google

hoc commune habet cum multis. Multæ enim et aliæ inveneruut gratiam coram Deo, non autem id quod infertur.

Vers. 31-33. « Ecce concipies in utero, et paries filium, et vocabis nomen ejus Jesum. Is erit magnus, et Filius Altissimi vocabitur. Et dabit illi Dominus Deus sedem David patris ipsius, regnabitque super domum Jacob in æternum : et regni ejus non erit finis. » Ecce concipies, hoc singulare, quod nulli alteri concessum. In utero autem dixit, ut ostendat Dominum ex ipsius virginis utero incarnatum susbtantialiter. Bene autem dictus est Jesus, quia ob salutem nostri generis venit. Nomen enim hoc in Græcam linguam conversum, dicitur salus. Jesus igitur Σωτήρ est, hoc est salvator : quia et ἰαώ salus dicitur. Erit autem, inquit, magnus, et Filius Altissimi vocabitur. Magnus quidem fuit et Joannes, sed non ad hoc Altissimi Filius. Jesus vero magnus quidem, eo quod docuit : Filius autem Altissimi, et propter istuc ipsum : docebat enim sicut auctoritatem habens : et propter mirabilium miraculorum operationem. Vocatur autem Filius Altissimi, qui apparebat homo. Nam quia una fuit hypostasis, revera Filius Altissimi fuit Filius virginis. Et fuit quidem **276** ante sæcula Filius Altissimi Verbum, sed non vocabatur neque cognoscebatur ; postquam autem incarnatum est et apparuit in carne, tunc et vocatum est Filius Altissimi, qui apparebat et miracula faciebat. Audiens vero thronum vel sedem David, ne putes sensibile quoddam regnum, sed divinum, quo regnavit super omnes gentes per divinam prædicationem. Domus enim Jacob sunt hi qui ex Hebræis crediderunt, atque etiam qui ex aliis gentibus. Illi enim proprie Jacob et Israel. Et quomodo dicitur sedere super sedem David? Audi. David parvus erat inter fratres suos, et Dominus quoque contemptus et taxatus ut ebrx et vini potor, et fabri filius, et a fratribus suis filiis Joseph despiciebatur. Neque enim fratres ejus, inquit, credebant in eum. Ille cum benefaceret, persecutionem patiebatur : et Dominus quoque miracula faciens accusabatur et lapidabatur. Ille per mansuetudinem vicit et regnavit, et Dominus per mansuetudinem suscepta cruce regnavit. Vides quomodo dicatur sedere super sedem David? Nam sicut David sensibile regnum suscepit, ita et Dominus spirituale, cujus regni non erit finis. Non enim finis regni Christi, hoc est, agnitionis Dei et Christianismi. Nam et cum persecutionem patimur, gratia Christi floremus.

Vers. 34, 35. « Dixit autem Maria ad angelum : Quomodo erit istud, quandoquidem virum non cognosco? Et respondens angelus, dixit ei : Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi : quapropter et quod nascetur sanctum, vocabitur Filius Dei. » Non quasi discredens Virgo dixit : Quomodo erit mihi istud? sed ut prudens et intelligens, ut discat, modum inquirit. Non enim

A καὶ γὰρ καὶ ἄλλαι εὗρον χάριν παρὰ τῷ Θεῷ, τὸ δὲ ἐπιφερόμενον οὐκ ἔτι.

« Καὶ ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· οὗτος ἔσται μέγας καὶ Υἱὸς Ὑψίστου κληθήσεται. Καὶ δώσει αὐτῷ Κύριος ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. Καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακὼβ εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος. » Ἰδοὺ συλλήψῃ· τοῦτο τὸ ἐξαίσιον, οὗ οὐδεμία ἄλλη κατηξιώθη· ἐν γαστρὶ δὲ εἶπεν, ἵνα δείξῃ τὸν Κύριον ἐξ αὐτῆς τῆς νηδύος τῆς Παρθένου σαρκωθέντα οὐσιωδῶς· δικαίως δὲ ἐκλήθη Ἰησοῦς ὁ ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ ἡμετέρου γένους ἐλθών· τὸ γὰρ ὄνομα τοῦτο, εἰς τὴν Ἑλλάδα γλῶσσαν μεταβαλλόμενον, Θεοῦ λέ-
B γεται *σωτηρία*· Ἰησοῦς οὖν *Σωτὴρ* ἑρμηνεύεται, ὅτι καὶ ἰαὼ ἡ *σωτηρία* λέγεται. Ἔσται δὲ, φησὶ, μέγας, καὶ Υἱὸς Ὑψίστου κληθήσεται. Μέγας μὲν ἦν καὶ ὁ Ἰωάννης, ἀλλ' οὐκ ἔτι καὶ Υἱὸς Ὑψίστου· ὁ δέ γε Σωτὴρ, μέγας μὲν, καθὸ ἐδίδασκεν. Υἱὸς δὲ Ὑψίστου, διά τε τοῦτο αὐτὸ (ἐδίδασκε γὰρ ὡς ἐξουσίαν ἔχων), καὶ διὰ τὴν τῶν θαυμάτων παραδοξοποιίαν· καλεῖται δὲ Υἱὸς Ὑψίστου ὁ φαινόμενος ἄνθρωπος· ἐπεὶ γὰρ μία ἦν ὑπόστασις, τῷ ὄντι Υἱὸς Ὑψίστου ἦν ὁ ἄνθρωπος ὁ Υἱὸς τῆς Παρθένου. Ἦν μὲν γὰρ καὶ πρὸ τῶν αἰώνων Υἱὸς Ὑψίστου ὁ Λόγος, ἀλλ' οὐκ ἐκαλεῖτο, οὐδὲ ἐγνωρίζετο· ἐπεὶ δὲ ἐσαρκώθη καὶ ἐφανερώθη ἐν σαρκὶ, τότε δὴ καὶ ἐκλήθη Υἱὸς Ὑψίστου, ὁ φαινόμενος καὶ τὰ θαύματα ποιῶν.
C Θρόνον δὲ Δαυὶδ ἀκούων, μὴ αἰσθητὴν βασιλείαν νόμιζε, ἀλλὰ θείαν· ἣν ἐβασίλευσεν ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη διὰ τοῦ θείου κηρύγματος· οἶκος γὰρ Ἰακὼβ, καὶ οἱ ἐξ Ἑβραίων πιστεύσαντες· ναὶ μὴν καὶ οἱ ἀπὸ τῶν ἄλλων ἐθνῶν· οὗτοι γὰρ κυρίως, Ἰακὼβ καὶ Ἰσραήλ. Πῶς δὲ λέγεται καθίσαι ἐπὶ τὸν θρόνον Δαυὶδ; Ἄκουε· Ὁ Δαυὶδ, μικρὸς ἐν τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ· καὶ ὁ Κύριος ἐξουθενημένος, καὶ διαβεβλημένος ὡς φάγος καὶ οἰνοπότης καὶ τέκτονος υἱὸς, καὶ παρὰ τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ, τοῖς υἱοῖς Ἰωσὴφ, ἀτιμαζόμενος· οὐδὲ γὰρ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, φησὶν, ἐπίστευον εἰς αὐτόν· ἐκεῖνος εὐεργετῶν ἐδιώκετο· καὶ ὁ Κύριος, θαύματα ποιῶν διεβάλλετο, καὶ ἐλιθάζετο. Ἐκεῖνος διὰ πραότητος ἐνίκησε καὶ ἐβασίλευσε· καὶ ὁ Κύριος, διὰ πραότητα σταυρὸν καταδεξάμενος,
D ἐβασίλευσεν. Ὁρᾷς πῶς λέγεται καθίσαι ἐπὶ τὸν θρόνον Δαυὶδ; Ὡς γὰρ ὁ Δαυὶδ τὴν αἰσθητὴν βασιλείαν ἔλαβεν, οὕτω καὶ ὁ Κύριος τὴν νοητήν· ἧς οὐκ ἔσται τέλος· οὐκ ἔσται γὰρ τέλος τῆς βασιλείας τοῦ Χριστοῦ, τουτέστι, τῆς θεογνωσίας καὶ τοῦ Χριστιανισμοῦ. Καὶ διωκόμενοι γὰρ, λάμπομεν χάριτι Χριστοῦ.

« Εἶπε δὲ Μαριὰμ πρὸς τὸν ἄγγελον· Πῶς ἔσται τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ ἄγγελος, εἶπεν αὐτῇ· Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι, διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον, κληθήσεται Υἱὸς Θεοῦ. » Οὐχ ὡς ἀπιστήσασα ἡ Παρθένος, εἶπε τὸ, Πῶς ἔσται μοι τοῦτο; ἀλλ' ὡς σοφὴ καὶ συνετὴ, ἐπιζητοῦσα μαθεῖν τὸν τρόπον τοῦ πράγματος· οὐδὲ γὰρ γέγονέ

Digitized by Google

τι τοιοῦτον πρότερον, οὐδὲ μετὰ ταῦτα γενήσεται. Διὸ καὶ συγγινώσκει αὐτῇ ὁ ἄγγελος, καὶ οὐ κατακρίνει ὡς τὸν Ζαχαρίαν, ἀλλὰ μᾶλλον ἑρμηνεύει τὸν τρόπον. Ὁ μὲν γὰρ Ζαχαρίας εἰκότως καταδικάζεται. Εἶχε γὰρ πολλὰ παραδείγματα, ὅτι περ καὶ πολλαὶ στεῖραι ἔτεκον· ἡ δὲ Παρθένος οὐδὲν εἶχε παράδειγμα. Πνεῦμα οὖν, φησὶν, ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, γόνιμον παρασκευάζον τὴν μήτραν σου, καὶ δημιουργοῦν τὴν σάρκα τῷ ὁμοουσίῳ Λόγῳ· δύναμις δὲ Ὑψίστου, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, Χριστὸς γὰρ Θεοῦ δύναμις, ἐπισκιάσει σοι, τουτέστιν, ἐπισκεπάσει σε, πάντοθέν σε περικυκλώσει. Ὡς γὰρ ὄρνις ἐπισκιάζει τὰ νοσσία ἑαυτῆς ὅλα ταῖς πτέρυξιν αὐτῆς περιλαμβάνουσα, οὕτω καὶ ἡ τοῦ Θεοῦ δύναμις ὅλην περιέλαβε τὴν Παρθένον· καὶ τοῦτο ἔστι τὸ ἐπισκιάσαι. Ἄλλος δέ τις τυχὸν ἐρεῖ, ὅτι ὥσπερ ὁ ζωγράφος πρῶτον σκιάζει, εἶτα τέλειον χρωματουργεῖ, οὕτω καὶ ὁ Κύριος, αὐτὸς ἑαυτῷ τὴν σάρκα δημιουργῶν, καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ ἀνθρώπου διαπλάττων, πρῶτον ἐσκίασε ταύτην ἐν τῇ μήτρᾳ τῆς Παρθένου, ἐκ τῶν αἱμάτων τῆς ἀειπαρθένου σάρκα συμπήξας, εἶτα κατ' ὀλίγων μορφώσας αὐτήν. Ἀλλὰ τοῦτο ἀμφίβολον· οἱ μὲν γὰρ λέγουσιν, ὅτι ἅμα τῷ τὸν Κύριον ἐπισκιάσαι τῇ μήτρᾳ τῆς Παρθένου, εὐθὺς τέλειον ἦν τὸ βρέφος· οἱ δὲ οὐ παραδέχονται τοῦτο. Ἄκουε γὰρ τί φησι· Διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον, τουτέστι, τὸ κατὰ μέρος ἐν τῇ μήτρᾳ σου αὐξανόμενον, καὶ οὐκ εὐθὺς τέλειον ὑπάρξαν. Ἐμφράττεται δὲ καὶ ἐντεῦθεν τὸ στόμα τοῦ Νεστορίου· ἐκεῖνος γὰρ εἶπεν ὅτι, Οὐχ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐν τῇ μήτρᾳ τῆς Παρθένου οἰκήσας ἐσαρκώθη, ἀλλ' ἄνθρωπος ψιλὸς ἐκ τῆς Μαρίας γενηθεὶς, ὕστερον ἔσχε τὸν Θεὸν παρεπόμενον αὐτῷ. Ἀκουέτω οὖν ὅτι τὸ γεννώμενον ἐν τῇ μήτρᾳ, ἐκεῖνο ἦν Υἱὸς Θεοῦ· ἀλλ' οὐκ ἄλλο μὲν ἐκυοφορεῖτο ἐν τῇ μήτρᾳ, ἄλλος δὲ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ· ἀλλὰ εἷς καὶ ὁ αὐτὸς ἦν, ὁ τῆς Παρθένου τε καὶ τοῦ Θεοῦ Υἱός. Ὅρα δὲ πῶς τὴν ἁγίαν Τριάδα ἐξέφηνε, Πνεῦμα ἅγιον, δύναμιν τὸν Υἱὸν, Ὕψιστον, τὸν Πατέρα ὀνομάσας.

A prius tale quiddam factum est, neque posthac fiet. Ideo et ignoscit ei angelus, et non condemnat ut Zachariam, sed magis modum docet. Nam Zacharias merito condemnatur, habuit enim exempla multa, quandoquidem et multæ steriles peperunt: Virgini autem nullum exemplum erat. Spiritus itaque, dicit, sanctus veniet super te, fecundum reddens uterum tuum, et condens carnem consubstantiali Verbo. Virtus vero Altissimi Filius est Dei. Christus enim Dei virtus est. Obumbrabit tibi, hoc est conteget te, hoc est, undique te circumdabit. Sicut avis obumbrat pullos suos totos alis suis complectens, ita et divina virtus totam virginem apprehendit, et hoc est obumbrare. Alius autem quispiam fortassis dicet, quod sicut pictor primum delineat, et umbras inducit, et deinde perfectum colorem addit, ita et Dominus ipse sibi carnem condens, et imaginem hominis formans, primum delineavit illam in utero Virginis, compacta ex sanguinibus semper virginis carne, quam deinde paulatim figuravit: sed hoc dubium. Sunt enim qui dicunt quod ubi Dominus obumbravit **277** uterum virginis, statim perfectus fuerit infans; alii autem hoc non recipiunt. Audi enim quid dicat, Ideo et quod nascetur sanctum, hoc est, quod particulatim in utero crescit, et non statim perfectum exsistit. Confunditur autem et hoc loco Nestorius. Ille enim dixit quod non fuerit Filius Dei in utero virginis quiescens, incarnatus: sed nudus homo e virgine fuerit natus, posteaque habuerit Deum factum sibi comitem. Audiat igitur quod illud quod nascebatur in utero, erat Filius Dei. Et non alius quidem fœtus est uteri, alius autem Filius Dei, sed unus et idem fuit Filius Virginis, et Filius Dei. Vide item quomodo sanctam Trinitatem declaravit, dicens Spiritum sanctum, virtutem Filium, Altissimum, Patrem.

B

C

D

« Καὶ ἰδοὺ Ἐλισάβετ ἡ συγγενής σου, καὶ αὐτὴ συνειληφυῖα υἱὸν ἐν γήρᾳ αὐτῆς· καὶ οὗτος μὴν ἕκτος ἐστὶν αὐτῇ τῇ καλουμένῃ στείρᾳ, ὅτι οὐκ ἀδυνατήσει παρὰ τῷ Θεῷ πᾶν ῥῆμα. Εἶπε δὲ Μαριάμ· Ἰδοὺ ἡ δούλη Κυρίου, γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου· καὶ ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτῆς ὁ ἄγγελος. » Ἀπορήσειεν ἄν τις πῶς ἦν συγγενὴς τῆς Παρθένου ἡ Ἐλισάβετ· εἷς γε ἡ μὲν Παρθένος ἐκ τῆς Ἰούδα φυλῆς ἦν, ἡ δὲ Ἐλισάβετ, ἐκ τῶν θυγατέρων Ἀαρών· ὁ γὰρ νόμος ἐκέλευεν ἀπὸ τῆς αὐτῆς φυλῆς τοὺς γάμους γίνεσθαι· ὥστε καὶ αἱ συγγένειαι ἐν τοῖς ἀπὸ τῆς αὐτῆς φυλῆς οὖσιν εὑρίσκονται. Ἔστι μὲν οὖν εἰπεῖν καὶ ὅτι ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας συνεχέθησαν τὰ γένη· τὸ δὲ κρεῖττον, τοῦτο. Ἀαρὼν γυναῖκα ἠγάγετο Ἐλισάβετ, θυγατέρα οὖσαν τοῦ Ἀμιναδὰβ, ὃς ἦν ἐκ τῆς Ἰούδα φυλῆς. Ὁρᾷς ὅτι ἄνωθεν καὶ ἀπὸ Ἀαρὼν, συγγενὴς ἦν ἡ Θεοτόκος τῆς Ἐλισάβετ; Ἐπεὶ γὰρ ἡ τοῦ Ἀαρὼν γυνὴ ἐκ τῆς Ἰούδα κατήγετο φυλῆς, ἀφ' ἧς ἦν καὶ ἡ Θεοτόκος, ἡ δὲ Ἐλισάβετ ἐκ τῶν θυγατέρων Ἀαρὼν, εἰκότως συγγενὴς τῆς Θεοτόκου ἡ Ἐλισάβετ· ἡ γὰρ προμήτωρ αὐτῆς, τουτέστιν, ἡ

Vers. 36-38. « Atque ecce Elisabeth cognata tua et ipsa concepit filium in senectute sua, et hic mensis est sextus illi quæ dicebatur sterilis: quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Ac discessit ab illa angelus. » Dubitaverit fortasse quispiam quomodo Elisabeth cognata fuerit Mariæ. Virgo enim ipsa ex tribu Juda fuit, Elisabeth autem de filiabus Aaron. Nam lex præcepit conjuges ex eadem tribu esse: et ita cognationes ex una tribu erant. Dicendum igitur quod a captivitate confusa sunt genera. Et melius ita dicitur: Aaron uxorem duxit Elisabeth, quæ filia fuit Aminadab, qui fuit ex tribu Juda. Vides quod ab initio et ab Aaron cognata fuit Elisabeth Dei Genitrix? Quia enim uxor Aaron ex Juda descendit, e qua tribu fuit Dei Genitrix, et Elisabeth fuit ex filiabus Aaron, merito Dei Genitrix cognata dicitur Elisabeth, nam proava ejus, hoc est uxor Aaron, fuit ex tribu Juda. Considera autem et cognationis consequentiam. Elisabeth Aaron

Digitized by Google

uxor, Elisabeth etiam Zachariæ uxor, tanquam ex illa descendens. Sed videamus quid dicat Virgo : « Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. » Tabula sum pictoria, pingat pictor quod voluerit, faciat Deus quod voluerit. Atque ita etiam quod prius dixerat: Quomodo erit hoc? non fuit incredulitatis, sed desiderii addiscendi modum. Nam si discredidisset, neutiquam dixisset : « Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. » Disce autem quod Gabriel, siquis interpretatur, idem est quod homo Deus. Maria vero, domina, Nazareth autem, sanctificatio. Merito igitur cum nasci voluit Deus homo, missus est Gabriel, hoc est homo Dei. Sed in sancto loco fit salutatio, hoc est in Nazareth. Ubi enim Deus, ibi nihil impurum, nihil non sanctum.

Vers. 39-42. « Exsurgens autem Maria in diebus his, abiit in montana cum festinatione in civitatem Juda, et intravit in domum Zachariæ, ac salutavit Elisabeth. **278** Et factum est, ut audivit salutationem Mariæ Elisabeth, sallit infans in utero ejus, et repleta est Spiritu sancto Elisabeth, exclamavitque voce magna, et dixit : Benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui. » Cum audisset Virgo ab angelo quod concepisset Elisabeth, statim abiit ad illam, et gaudens de bono cognatæ, et volens ut prudentissima majore certitudine certior reddi num vera dixisset qui apparuerat ei, ut ex hoc nec de suo dubitaret. Prudens enim cum esset, timebat ne forte deciperetur, et non ut incredula, sed ut diligens rem explorare volebat. Zacharias itaque in montanis habitat, et propterea illuc abiit. At Joannes suscepto singulari supra reliquos homines dono vel munere, exsultat in utero matris : unde et major est prophetis. Nam alii quidem prædixerunt futura postquam nati sunt : ille autem cum adhuc esset in utero matris, gratiam talem assecutus fuit. Vide enim : salutavit Virgo Elisabetham, hoc est, prior allocuta est. Vox itaque Virginis vox erat incarnati in illa Dei, et idcirco etiam Præcursorem in utero gratia prosecutus est, et prophetam fecit. Quæcunque enim dixit Elisabeth prophetice ad Mariam, non verba fuerunt Elisabeth, sed infantis : os autem Elisabeth tantum ministravit, sicut et os Mariæ ministravit Filio Dei qui in utero ejus erat. Quippe cum exsultasset puer in utero, tunc impleta est Spiritu Elisabeth. Nisi enim puer exsultasset, non prophetasset illa. Itaque sicut dicunt prophetas primum mente excedere et divinum quid pati, ac tum denique prophetizare : ita et Joannes forte prius saltavit ut divinum quiddam patiens, postea per os matris prophetizavit. Quid autem prophetizavit? « Benedicta tu in mulieribus. » Deinde quia multæ sanctæ mulieres pepererunt improbos, ut Rebecca Esau, dicit : Sed et fructus ventris tui benedictus. Aliter quoque intelligi potest : Benedicta tu in mulieribus, deinde vel-

A τοῦ Ἀαρὼν γυνὴ, ἐκ τῆς Ἰούδα φυλῆς ἦν. Σκόπει δὲ καὶ τὸ τῆς συγγενείας παρακολούθημα· Ἐλισάβετ, ἡ τοῦ Ἀαρὼν γυνή· Ἐλισάβετ, καὶ ἡ τοῦ Ζαχαρίου, ὡς ἐξ ἐκείνης καταγομένη. Ἀλλ' ἴδωμεν τί φησιν ἡ Παρθένος· « Ἰδοὺ ἡ δούλη Κυρίου, γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου, » Πίναξ εἰμὶ ζωγραφικός· ὃ βούλεται ὁ γραφεὺς, γραφέτω ὃ θέλει, ποιείτω ὁ Κύριος· ὥστε καὶ ὃ εἶπε πρότερον, Πῶς ἔσται μοι τοῦτο; οὐκ ἀπιστίας ἦν, ἀλλ' ἐπιθυμίας τοῦ μαθεῖν τὸν τρόπον· εἰ γὰρ ἠπίστει, οὐκ ἂν εἶπεν, « Ἰδοὺ ἡ δούλη Κυρίου, γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου. » Μάνθανε δὲ ὅτι Γαβριὴλ μὲν ἑρμηνεύεται, *ἄνθρωπος Θεός*· Μαριὰμ δὲ, *κυρία*· Ναζαρὲτ δὲ, *ἁγιασμός*. Εἰκότως οὖν ὅταν ἔμελλε γενέσθαι ὁ Θεὸς ἄνθρωπος, ἀποστέλλεται ὁ Γαβριὴλ, ὃς ἑρμηνεύεται ἄνθρωπος
B Θεός· ἀλλὰ καὶ ἐν ἁγίῳ τόπῳ γίνεται ὁ ἁσπασμὸς, τουτέστιν, ἐν Ναζαρέτ· ὅπου γὰρ Θεὸς, οὐδὲν ἀκάθαρτον.

« Ἀναστᾶσα δὲ Μαριὰμ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις, ἐπορεύθη εἰς τὴν ὀρεινὴν μετὰ σπουδῆς, εἰς πόλιν Ἰούδα· καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον Ζαχαρίου, καὶ ἠσπάσατο τὴν Ἐλισάβετ. Καὶ ἐγένετο, ὡς ἤκουσεν ἡ Ἐλισάβετ τὸν ἀσπασμὸν τῆς Μαρίας, ἐσκίρτησε τὸ βρέφος ἐν τῇ κοιλίᾳ αὐτῆς· καὶ ἐπλήσθη Πνεύματος ἁγίου ἡ Ἐλισάβετ, καὶ ἀνεφώνησε φωνῇ μεγάλῃ καὶ εἶπεν· Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶ, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου. » Ἡ Παρθένος ἀκούσασα παρὰ τοῦ ἀγγέλου, ὅτι συνέλαβεν ἡ Ἐλισάβετ, ἔδραμε πρὸς ἐκείνην, ἅμα μὲν χαίρουσα ἐπὶ
C τῷ ἀγαθῷ τῆς συγγενοῦς, ἅμα δὲ καὶ ὡς συνετωτάτη, πληροφορηθῆναι θέλουσα τελείως, εἰ ἀληθῆ εἶπεν ὁ φανεὶς αὐτῇ, ἵνα ἐκ τούτου καὶ περὶ τοῦ οἰκείου μὴ ἀμφιβάλλῃ. Ἀσφαλὴς γὰρ οὖσα, ἐφοβεῖτο μήπως πλανηθῇ· καὶ οὐχ ὡς ἀπιστοῦσα, ἀλλ' ὡς ἀκριβέστερον μαθεῖν βουλομένη τὸ πρᾶγμα. Ἐν τῇ ὀρεινῇ οὖν ᾤκει ὁ Ζαχαρίας, καὶ διὰ τοῦτο ἔδραμεν ἐκεῖ· ὁ δὲ Ἰωάννης, ἐξαίρετόν τι χάρισμα παρὰ τοὺς λοιποὺς ἀνθρώπους λαβὼν, σκιρτᾷ ἐν τῇ κοιλίᾳ τῆς μητρὸς, ὅθεν καὶ μείζων τῶν προφητῶν. Οἱ μὲν γὰρ, μετὰ τὸ γεννηθῆναι προεφήτευσαν, ὁ δὲ ἔτι ἐν τῇ κοιλίᾳ τῆς μητρὸς ὢν, ἠξιώθη τοῦ τοσούτου χαρίσματος. Ὅρα γάρ· ἠσπάσατο ἡ Παρθένος τὴν Ἐλισάβετ, τουτέστι προσηγόρευσεν. Ἡ φωνὴ οὖν τῆς Παρθένου τοῦ ἐν αὐτῇ σαρκουμένου Θεοῦ
D φωνὴ ἦν· καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὸν Πρόδρομον ἐν τῇ μήτρᾳ ἐχαρίτωσε, καὶ ἐποίησε προφητεῦσαι· ὅσα γὰρ εἶπεν ἡ Ἐλισάβετ προφητικῶς πρὸς τὴν Μαρίαν, οὐ τῆς Ἐλισάβετ ἦσαν ῥήματα, ἀλλὰ τοῦ βρέφους· τὸ στόμα δὲ μόνον τῆς Ἐλισάβετ ὑπούργει, ὥσπερ καὶ τὸ στόμα τῆς Μαρίας ὑπούργησε τῷ ἐν τῇ μήτρᾳ αὐτῆς ὄντι Υἱῷ τοῦ Θεοῦ· σκιρτήσαντος γὰρ τοῦ βρέφους ἐν τῇ γαστρὶ, τότε ἐπλήσθη Πνεύματος ἡ Ἐλισάβετ. Εἰ μὴ γὰρ τὸ βρέφος ἐσκίρτησεν, οὐκ ἂν προεφήτευσεν αὐτή· ὥσπερ οὖν φασι τοὺς προφήτας πρότερον ἐξισταμένους καὶ ἐνθουσιῶντας, εἶτα προφητεύειν, οὕτω τάχα καὶ ὁ Ἰωάννης πρότερον ἐσκίρτησεν, οἷον ἐνθουσιῶν, εἶτα διὰ τοῦ στόματος τῆς μητρὸς προεφήτευσε· τί δὲ προεφήτευσεν; « Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξίν. » Εἶτα ἐπειδὴ πολλαὶ

Digitized by Google

γυναικὸς γιατὶ βεβήλου; Ἕτεκον, ὡς ἡ Ῥεβέκκα τὸν Ἡσαῦ, φησὶν ὅτι, Ἀλλὰ καὶ ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου εὐλογημένος· καὶ ἄλλως δὲ νοηθήσεται, Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξίν· εἶτα ὥσπερ ἐρωτησαντός τινος, διατί; λέγει τὴν αἰτίαν. Εὐλογημένος γὰρ ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου, τουτέστι, Θεὸς γὰρ ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου, εὐλογημένος· γὰρ μόνος ὁ Θεός· ὡς καὶ ὁ Δαυὶδ λέγει· Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος· εἰωθὸς γὰρ ἡ Γραφὴ τὸν, *καὶ*, σύνδεσμον ἀντὶ τοῦ, *γάρ*, παραλαμβάνειν· ὡς τὸ, Δὸς ἡμῖν βοήθειαν, καὶ ματαία σωτηρία ἀνθρώπου, ἀντὶ τοῦ, Ματαία γὰρ σωτηρία ἀνθρώπου· καὶ πάλιν, Σὺ ὠργίσθης, καὶ ἡμεῖς ἡμάρτομεν, ἀντὶ τοῦ, Ἡμεῖς γὰρ ἡμάρτομεν. Καρπὸν δὲ τῆς κοιλίας εἶπε τῆς Θεοτόκου τὸν Κύριον, διότι ἄνευ ἀνδρὸς ἡ κύησις· οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι παῖδες τῶν πατέρων εἰσὶ καρποί, ὁ δὲ Χριστὸς μόνης τῆς κοιλίας τῆς Θεοτόκου καρπός· μόνη γὰρ αὐτὸν ἐκυοφόρησεν.

A uti quispiam interroget quare? ipsam causam dicit : Benedictus enim fructus ventris tui, hoc est, Deus enim est fructus ille ventris tui. Benedictus enim solus Deus, sicut et David dicit, Benedictus qui venit. Consuevit enim Scriptura conjunctionem, *et*, pro, *enim*, accipere : ut, Da nobis auxilium, et vana salus hominis : hoc est, Vana enim salus hominis. Et iterum : Tu iratus fuisti, et nos peccavimus, hoc est, nos enim peccavimus. Fructum autem ventris Dei Genitricis dicit Dominum, et ideo sine viro conceptum. Pueri enim alii fructus sunt patrum : Christus vero solius ventris Mariæ fructus : ipsa enim sola hunc fructum protulit.

« Καὶ πόθεν μοι τοῦτο, ἵνα ἔλθῃ ἡ Μήτηρ τοῦ Κυρίου μου πρὸς μέ; Ἰδοὺ γὰρ ὡς ἐγένετο ἡ φωνὴ τοῦ ἀσπασμοῦ σου εἰς τὰ ὦτά μου, ἐσκίρτησε τὸ βρέφος ἐν ἀγαλλιάσει ἐν τῇ κοιλίᾳ μου. Καὶ μακαρία ἡ πιστεύσασα, ὅτι ἔσται τελείωσις τοῖς λελαλημένοις αὐτῇ παρὰ Κυρίου. » Ὥσπερ ὕστερον ἐλθόντα τὸν Χριστὸν εἰς τὸ βαπτισθῆναι ὁ Ἰωάννης ἐκώλυε δι' εὐλάβειαν, λέγων· Οὐκ εἰμὶ ἄξιος, οὕτω καὶ νῦν διὰ τῆς μητρὸς αὐτοῦ φθέγγεται· Πόθεν μοι τοῦτο, ἵνα ἔλθῃ ἡ Μήτηρ τοῦ Κυρίου μου πρὸς μέ; πρὶν ἢ τέκῃ τὸν Κύριον, μητέρα τὴν κυοφοροῦσαν ὀνομάζων. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ἄλλων, πρὶν ἢ τέκωσιν, οὐ χρὴ μητέρας ὀνομάζειν διὰ τὸν φόβον τῆς ἀμβλώσεως, τουτέστι τῆς ἀποβολῆς. Ἐπὶ δὲ τῆς Παρθένου οὐδὲν τοιοῦτον ὑπωπτεύετο. Διὰ τοῦτο καὶ πρὸ τοῦ τεκεῖν μήτηρ καὶ μακαρία ὑπάρχεις σὺ, ὦ Μαρία, ἡ πιστεύσασα ὅτι ἔσται τελείωσις τοῖς λελαλημένοις σοι παρὰ Κυρίου.

Vers. 43-45. « Et unde hoc mihi, ut veniat Mater Domini mei ad me? Ecce enim ut facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exsultavit præ gaudio infans **279** in utero meo. Et beata quæ credidit, quoniam perficientur ea quæ dicta sunt ei a Domino. » Sicut postea Joannes Christum, cum venisset ut baptizaretur, prohibuit propter reverentiam, dicens : Ego non sum dignus[7], sic et nunc per matrem suam loquitur : Unde mihi hoc, ut veniat mater Domini mei ad me? priusquam pariat Dominum, matrem vocans eam, quæ in utero gerebat. Alias enim priusquam pariant, non solemus matres vocare propter metum abortiendi : in virgine autem nihil tale suspicari oportebat. Et idcirco priusquam parias, mater et beata es tu, o Maria, quæ credidisti, quia implebuntur ea quæ a Domino tibi dicta sunt.

« Καὶ εἶπε Μαριάμ· Μεγαλύνει ἡ ψυχή μου τὸν Κύριον· καὶ ἠγαλλίασε τὸ πνεῦμά μου ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ Σωτῆρί μου, ὅτι ἐπέβλεψεν ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν τῆς δούλης αὐτοῦ· ἰδοὺ γὰρ ἀπὸ τοῦ νῦν μακαριοῦσί με πᾶσαι αἱ γενεαί, ὅτι ἐποίησέ μοι μεγαλεῖα ὁ ἰσχυρός· καὶ ἅγιον τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Καὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν τοῖς φοβουμένοις αὐτόν. » Ἡ Παρθένος τελειότερον πληροφορηθεῖσα, δοξολογεῖ τὸν Θεὸν, ἐκείνῳ ἐπιγράφουσα τὸ θαῦμα, οὐχ ἑαυτῇ. Ἐκεῖνος γὰρ, φησὶν, ἐπέβλεψεν ἐπ' ἐμὲ τὴν ταπεινὴν, οὐκ ἐγὼ πρὸς ἐκεῖνον ἀνέβλεψα· ἐκεῖνός με ἠλέησεν, οὐκ ἐγὼ αὐτὸν ἐζήτησα· καὶ ἀπὸ τοῦ νῦν μακαριοῦσί με πᾶσαι αἱ γενεαί· οὐ μόνη Ἐλισάβετ, ἀλλὰ καὶ αἱ τῶν πιστευσάντων γενεαί· διατί δὲ μακαριοῦσιν; Ἆρα διὰ τὴν ἐμὴν ἀρετήν; Οὐχί· ἀλλ' ὅτι ἐποίησε μετ' ἐμοῦ μεγαλεῖα ὁ Θεός. Δυνατὸν δὲ ὠνόμασεν αὐτὸν, ἵνα μηδεὶς ἀπιστήσῃ τοῖς λεγομένοις, λογισάμενος ὅτι οὐκ ἀδύνατός ἐστι ταῦτα ποιῆσαι ὁ Κύριος. Ἅγιον δὲ εἶπε τὸ ὄνομα αὐτοῦ, δηλοῦσα ὅτι οὐδὲν μολύνεται ἐν γυναικὸς μήτρᾳ συλλαμβανόμενος ὁ καθαρώτατος, ἀλλ' ἅγιος μένει. Οὐκ εἰς ἐμὲ δὲ μόνην τὸ ἔλεος αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ εἰς πάντας τοὺς φοβουμένους αὐτόν· οἱ γὰρ μὴ φοβούμενοι αὐτὸν, ἀλλὰ πάντη ἀνάξιοι, οὐκ

Vers. 46-50. « Et ait Maria : Magnificat anima mea Dominum, et exsultavit spiritus meus in Deo Servatore meo. Quia respexit ad humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magnifica qui potens est, et sanctum nomen ejus. Et misericordia ejus in progeniem et progeniem timentibus eum. » Virgo certior reddita de fœtu concepto glorificat Deum, illi miraculum attribuens, non sibiipsi. Ille enim, dicit, respexit in me humilem, non ego ad illum respexi. Ille me prosecutus est misericordia, ego illum non quæsivi. Et ex hoc tempore beatam me dicent omnes generationes : non sola Elisabeth, sed et eorum generatio qui crediderint. Quare autem beatam me dicent? Non propter meam virtutem, sed quia fecit mecum magna qui potens est. Potentem autem nominat Deum, ut ne quis discredat his quæ a se dicuntur, considerans quod Deus illa facere potens sit. Porro sanctum nomen ejus vocat, declarans quod non inquinetur mundissimus ille in utero conceptus, sed sanctus maneat. Neque in me sola est misericordia ejus, sed in omnes qui timent illum. Qui enim non timent ipsum, sed omnino indigni sunt, non assequuntur misericordiam. In

[7] Matth., III, 11.

Digitized by Google

generationem autem et generationem dicens esse misericordiam Dei, ostendit quod misericordiam assequentur et in præsenti sæculo, et in futuro, nempe æterno. Nam hic centuplum accipiunt, et illic longe amplius. Attende autem quod primum magnificat anima Dominum, et deinde spiritus exsultat : ut simile quid dicam, magnificat Deum, qui digne juxta Deum ambulat. Vocatus es Christianus, non attenuans nomen et dignitatem Christi faciendo quod non oportet, sed magnificans operando magna, cœlestiaque opera. Et tunc etiam spiritus tuus exsultabit, hoc est, spirituale donum quod accepisti per egregia opera, exsultabit et proficiet. Et non contrahetur, et, ut ita dicam, mortificabitur. Scias præterea videri Scripturam simpliciter idem dicere spiritum et animam [a], proprie tamen differt. Animalem enim **280** hominem dicit eum qui juxta naturam vivit, et humanis rationibus regitur, siquando esuriens comedat, odio habeat inimicum, et in summa, si nihil supra hominem appareat. Spiritualem vero, qui transcendit leges naturæ, et non humano more sapit. Et hæc est differentia animæ et spiritus in Scriptura. Medici forsitan hæc aliter discernunt, sed nobis Scriptura cordi est, medici vero valeant.

Vers. 51-56. « Fecit robur in brachio suo, dispersit superbos cogitatione cordis ipsorum. Detraxit potentes de sedibus, et exaltavit humiles. Esurientes implevit bonis, et divites dimisit inanes. Suscepit Israel puerum suum, ut memor esset misericordiæ. Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham, et semini ejus, in sæculum. Mansit autem Maria cum illa mensibus circiter tribus, et reversa est in domum suam. » Brachium patris, Filius. Fecit igitur robur et virtutem ac potentiam contra naturam Deus et Pater in Filio suo. Incarnato enim Filio, victa est natura, Virgine pariente, Deo homine facto : homine vero deificato. Et dispersit Dominus superbos dæmones, ejectis illis ex humanis animabus, et aliis quidem in abyssum missis, allis autem in porcos. Poterit autem et de Judæis intelligi, quos dispersit in omnem regionem : et nunc dispersi sunt. Porro detraxit etiam potentes de sedibus, dæmones dico, qui contra homines prævaluerant, et sedes in humanis habebant pectoribus, in illis requiescentes. Sunt et Pharisæi potentes, nimirum ea quæ pauperum, diripientes, et cathedras habent ut doctores, a quibus depositi sunt. Et exaltavit humiles, homines quos humiliarat peccatum, vel gentes. Exaltavit autem adoptatis illis in filios. Igitur sicut et esurientes dicere licet eosdem gentiles, utpote non habentes vel Scripturas, vel legem, vel mandata, quos implevit bonis Scripturarum : ita et Judæos divites et in lege, ac in mandatis, quos etiam emisit extra terrenam et cœlestem

[a] I Cor. II, 15.

A ἐλεοῦνται. Εἰς γενεὰν δὲ καὶ γενεὰν εἰποῦσα εἶναι τὸ ἔλεος τοῦ Θεοῦ, τοῦτο ἐδήλωσεν, ὅτι καὶ ἐν τῇ νῦν γενεᾷ ἐλεοῦνται, τουτέστι τῷ νῦν αἰῶνι· καὶ ἐν τῇ μελλούσῃ γενεᾷ, τῷ ἀπεράντῳ λέγω αἰῶνι· κάνταῦθα γὰρ ἑκατονταπλασίονα λαμβάνουσι, κἀκεῖσε πολλῷ πλείονα. Πρόσχες δὲ ὅτι πρότερον μεγαλύνει ἡ ψυχὴ τὸν Κύριον, εἶτα τὸ πνεῦμα ἀγαλλιᾶται· οἷόν τι λέγω· Μεγαλύνει τὸν Θεὸν ὁ ἀξίως τοῦ Θεοῦ πορευόμενος. Χριστιανὸς ἐκλήθης, μὴ σμικρύνῃς τὸ ἀξίωμα τοῦ Χριστοῦ καὶ τὸ ὄνομα, διὰ τοῦ πράττειν τὰ μὴ δέοντα, ἀλλὰ μεγάλυνον αὐτὸ, μεγάλας καὶ οὐρανίους πράξεις τελῶν· καὶ τότε καὶ τὸ πνεῦμά σου ἀγαλλιάσεται, τουτέστι τὸ πνευματικὸν χάρισμα, ὃ ἔλαβες διὰ τῶν μεγάλων πράξεων, σκιρτήσει καὶ προκόψει· ἀλλ' οὐ συστα-
B λήσεται καὶ, οἷον εἰπεῖν, νεκρωθήσεται. Γίνωσκε δὲ ὅτι ἡ Γραφὴ ἁπλῶς μὲν τὸ αὐτὸ δοκεῖ λέγειν πνεῦμα καὶ ψυχὴν, κυρίως δὲ διαστέλλει· ψυχικὸν μὲν γὰρ ἄνθρωπον λέγει τὸν κατὰ φύσιν ζῶντα, καὶ ἀνθρωπίνοις λογισμοῖς διοικούμενον, οἷον ὅταν πεινᾷ, ἐσθίοντα, τὸν ἐχθρὸν μισοῦντα, καὶ ἁπλῶς, μηδὲν ὑπὲρ φύσιν φανταζόμενον· πνευματικὸν δὲ, τὸν ὑπεραναβάντα τοὺς τῆς φύσεως νόμους, καὶ μηδὲν ἀνθρώπινον φρονοῦντα· καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ διαφορὰ ψυχῆς καὶ πνεύματος ἐν τῇ Γραφῇ· τάχα δὲ ἰατροὶ ἄλλως ταῦτα διακρίνουσιν· ἀλλ' ἡμῖν τῆς Γραφῆς μέλει· ἰατροὶ δὲ φθειρέσθωσαν.

« Ἐποίησε κράτος ἐν βραχίονι αὐτοῦ· διεσκόρπισεν ὑπερηφάνους διανοίᾳ καρδίας αὐτῶν· καθεῖλε
C δυνάστας ἀπὸ θρόνων, καὶ ὕψωσε ταπεινούς· πεινῶντας ἐνέπλησεν ἀγαθῶν, καὶ πλουτοῦντας ἐξαπέστειλε κενούς· ἀντελάβετο Ἰσραὴλ παιδὸς αὐτοῦ, μνησθῆναι ἐλέους, καθὼς ἐλάλησε πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν τῷ Ἀβραὰμ καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ, εἰς τὸν αἰῶνα. Ἔμεινε δὲ Μαριὰμ σὺν αὐτῇ ὡσεὶ μῆνας τρεῖς. Καὶ ὑπέστρεψεν εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς. » Βραχίων τοῦ Πατρὸς, ὁ Υἱός. Ἐποίησεν οὖν κράτος καὶ δύναμιν κατὰ τῆς φύσεως ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ ἐν τῷ Υἱῷ αὐτοῦ. Σαρκωθέντος γὰρ τοῦ Υἱοῦ, ἐνηκήθη ἡ φύσις, παρθένου τεκούσης, Θεοῦ ἀνθρωπισθέντος, ἀνθρώπου θεωθέντος· καὶ διεσκόρπισεν ὁ Κύριος τοὺς ὑπερηφάνους δαίμονας, ἐκβαλὼν αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν· καὶ οὓς μὲν εἰς τὴν ἄβυσσον πέμψας, οὓς δὲ εἰς τοὺς χοίρους. Δύναται
D δὲ καὶ περὶ τῶν Ἰουδαίων νοηθῆναι, οὓς διεσκόρπισεν εἰς πᾶσαν χώραν, καὶ νῦν διεσπαρμένοι εἰσί· καθεῖλε δὲ καὶ δυνάστας ἀπὸ θρόνων, τοὺς δαίμονας λέγω, οἳ κατεδυνάστευον τῶν ἀνθρώπων, καὶ θρόνους εἶχον τὰς ἀνθρωπίνας ψυχὰς, ἐν αὐταῖς ἀναπαυόμενοι· ἀλλὰ καὶ οἱ Φαρισαῖοι δυνάσται, ὡς τὰ τῶν πτωχῶν καθαρπάζοντες, θρόνους δὲ ἔχοντες, ὡς διδάσκαλοι, ἀφ' ὧν καθῃρέθησαν· καὶ ὕψωσε ταπεινοὺς τοὺς ἀνθρώπους, οὓς ἐταπείνωσεν ἡ ἁμαρτία, ἢ τὰ ἔθνη· ὕψωσε γὰρ ταῦτα, υἱοθεσίαν χαρισάμενος αὐτοῖς. Ὥσπερ οὖν καὶ πεινῶντας τοὺς αὐτοὺς, τοὺς ἐξ ἐθνῶν λέγω· οὐ γὰρ εἶχον Γραφὰς, ἢ νόμον, ἢ ἐντολάς· ἐνέπλησεν ἀγαθῶν τῶν Γραφικῶν, τοὺς δὲ

Digitized by Google

πλουτοῦντας Ἰουδαίους, ἔν τε νόμῳ καὶ ἐντολαῖς, ἐξαπέστειλεν ἔξω τῆς Ἱερουσαλὴμ, καὶ τῆς ἄνω καὶ τῆς κάτω, κενοὺς παντὸς ἀγαθοῦ· οὐδὲν γὰρ ἔχουσι νῦν οἱ Ἰουδαῖοι, κἂν δοκῶσιν ἔχειν· ἀντελάβετο δὲ Ἰσραὴλ παιδὸς αὐτοῦ, ἡ περὶ τῶν αἰσθητῶν Ἰσραηλιτῶν λέγει. Πολλαὶ γὰρ καὶ ἐκ τούτων ἐπίστευσαν μυριάδες, καὶ ἐπληρώθη ἡ πρὸς τὸν Ἀβραὰμ ἐπαγγελία, εἰπόντος πρὸς αὐτὸν τοῦ Θεοῦ, ὅτι Ἐν τῷ σπέρματί σου εὐλογηθήσονται πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς. Ἢ καὶ περὶ τοῦ νοητοῦ Ἰσραὴλ λέγει· πᾶς γὰρ ὁ ὁρῶν Θεὸν, Ἰσραὴλ λέγεται, οὕτω γὰρ ἑρμηνευόμενον τὸ ὄνομα δηλοῖ, Ὁρῶν Θεόν. Ἀντελάβετο οὖν τούτων τῶν ὁρώντων Θεὸν, εἰς τὴν οὐράνιον κληρονομίαν ἀναγαγών. Ἔμεινε δὲ Μαριὰμ σὺν τῇ Ἐλισάβετ ὡσεὶ μῆνας τρεῖς, εἶτα ὑπέστρεψεν. Ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλε τεκεῖν ἡ Ἐλισάβετ, ὑποχωρεῖ ἡ Παρθένος διὰ τὸ πλῆθος τῶν μελλόντων συνδραμεῖν εἰς τὸν τόκον· ἁρπεπὲς γὰρ παρθένῳ ἐν τοῖς τοιούτοις ἀναστρέφεσθαι· ὅτι δὲ μελλούσης τεκεῖν τῆς Ἐλισάβετ ὑπέστρεψεν ἡ παρθένος, δῆλον ἐντεῦθεν· τῷ μηνὶ τῷ ἕκτῳ τῆς συλλήψεως τοῦ Προδρόμου, ἦλθεν ὁ ἄγγελος πρὸς Μαριάμ· ἔμεινε δὲ ἡ Μαριὰμ μετὰ τῆς Ἐλισάβετ, ὡσεὶ μῆνας τρεῖς. Ἰδοὺ σχεδὸν ἐννέα.

A Jerusalem quovis bono inanes : nihil enim habent Judæi, etiam si quid habere videantur. Suscepit Israel puerum suum, vel carnales Israelitas dicit. Multa enim millia ex illis crediderunt, et impleta est promissio facta Abrahæ, ad quem dixerat Deus : In semine tuo benedicentur omnes tribus terræ [a]. Vel etiam de spirituali Israel dicit : Omnis enim qui videt Deum, Israel dicitur, juxta nominis interpretationem. Suscepit itaque eos qui vident Deum, in cœlestem hæreditatem adducens. Mansit autem Maria cum Elisabeth circiter mensibus tribus, deinde reversa est. Quia enim paritura erat Elisabeth, abscedit Virgo propter multitudinem qui ad partum conventuri erant. Indecens autem virgini in talibus versari. Quod autem cum paritura B esset Elisabeth, reversa sit Virgo, manifestum **281** hinc est quod mense sexto concepti Præcursoris venit angelus ad Mariam, et mansit illa cum Elizabeth tribus circiter mensibus. Ecce ferme novem menses.

« Τῇ δὲ Ἐλισάβετ ἐπλήσθη ὁ χρόνος τοῦ τεκεῖν αὐτὴν, καὶ ἐγέννησεν υἱόν. Καὶ ἤκουσαν οἱ περίοικοι καὶ οἱ συγγενεῖς αὐτῆς ὅτι ἐμεγάλυνε Κύριος τὸ ἔλεος αὐτοῦ μετ' αὐτῆς, καὶ συνέχαιρον αὐτῇ. Καὶ ἐγένετο ἐν τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ ἦλθον περιτεμεῖν τὸ παιδίον, καὶ ἐκάλουν αὐτὸ ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, Ζαχαρίαν. Καὶ ἀποκριθεῖσα ἡ μήτηρ αὐτοῦ, εἶπεν· Οὐχὶ, ἀλλὰ κληθήσεται Ἰωάννης. Καὶ εἶπον C πρὸς αὐτὴν, ὅτι Οὐδείς ἐστιν ἐν τῇ συγγενείᾳ σου ὃς καλεῖται ἐπὶ τῷ ὀνόματι τούτῳ. Ἐνένευον δὲ τῷ πατρὶ αὐτοῦ τὸ, τί ἂν θέλοι καλεῖσθαι αὐτόν. Καὶ αἰτήσας πινακίδιον, ἔγραψε, λέγων· Ἰωάννης ἐστὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Καὶ ἐθαύμασαν πάντες. Ἀνεῴχθη δὲ τὸ στόμα αὐτοῦ παραχρῆμα, καὶ ἡ γλῶσσα αὐτοῦ, καὶ ἐλάλει εὐλογῶν τὸν Θεόν. » Ἔμεινε μὲν ἡ Παρθένος ὡσεὶ μῆνας τρεῖς μετὰ τῆς Ἐλισάβετ, ἴσως ἐπὶ τῷ παραδόξῳ ἐκπληττομένη· καὶ δεομένη παραμυθίας τινὸς, ἣν ἔμελλεν ἕξειν ἀπὸ τοῦ συνεῖναι τῇ Ἐλισάβετ· ἐπεὶ δὲ ἐπλησίαζεν ὁ τόκος, ὑπεχώρησεν. Ὡς δὲ ἐπλήσθη τῇ Ἐλισάβετ ὁ χρόνος τοῦ τεκεῖν, παρατηρητέον ὅτι ἐπὶ τῶν ἁμαρτωλῶν οὐ λέγεται τὸ, Ἐπλήσθη ὁ χρόνος τοῦ τεκεῖν, ἀλλὰ μόνον ὅπου δίκαιός ἐστιν ὁ τικτόμενος, ἐκεῖ λέγεται· ὡς D ἔοικε γὰρ ἀτέλεστοι καὶ ἀπλήρωτοι τῶν ἁμαρτωλῶν οἱ τόκοι· κρεῖττον δὲ αὐτοῖς εἰ οὐκ ἐγεννήθησαν. Διὰ τί δὲ μετὰ τὴν περιτομὴν ἐτίθετο τὸ ὄνομα; Διότι πρότερον δεῖ τὴν ἐκ Θεοῦ σφραγῖδα δέξασθαι, καὶ τότε τὸ ἀνθρώπινον ὄνομα· ἄλλως τε, ἡ περιτομὴ τοῦτο σημαίνει, ἀποβολὴν τῶν σαρκικῶν. Οὐδεὶς οὖν εἰ μὴ πρότερον ἀπορρίψῃ καὶ περικόψῃ τὰ σαρκικὰ, ἄξιός ἐστιν ὀνομασθῆναι στρατιώτης Θεοῦ (97), καὶ ἐν τῇ βίβλῳ τῶν οὐρανῶν ἀπογραφῆναι αὐτοῦ τὸ ὄνομα. Ἡ δὲ Ἐλισάβετ, ὡς προφῆτις

Vers. 57-64. « Elisabethæ vero impletum est tempus pariendi, et peperit filium. Et audierunt vicini et cognati ejus, quod magnifice Dominus misericordia sua usus esset erga illam, et gratulabantur ei. Et factum est in die octavo, venerunt ad circumcidendum puerum, et vocabant eum nomine patris sui Zachariam. Et respondens mater ejus dixit : Nequaquam, sed vocabitur Joannes. Et dixerunt ad illam : Nemo est in cognatione tua qui vocetur isto nomine. Innuebant autem patri ejus, quid vellet vocari eum. Isque, postulatis tabellis, scripsit dicens : Joannes est nomen ejus. Et mirati sunt universi. Apertum est autem os ejus illico, et lingua ejus, et loquebatur laudans Deum. » Virgo quidem circiter tribus mensibus mansit apud Elisabeth, fortassis tanto attonita miraculo, et indigens consolatione quadam quam ex consuetudine Elisabeth habuit. Verum ubi appropinquavit partus, abscessit. Ubi autem impletum tempus Elisabeth ut pareret, observandum quod in peccatoribus non dicitur : Impletum est tempus pariendi; sed hoc duntaxat invenies ubi de justorum partu habetur mentio. Nam, ut apparet, imperfecti et non impleti peccatorum sunt partus, meliusque illis si nati non fuissent. Quare autem post circumcisionem imponitur nomen? Quia prius suscipiendum est signaculum Dei, et tunc humanum nomen. Vel aliter, circumcisio significat carnalium abjectionem. Nullus igitur nisi prius abjiciat et amputet carnalia, dignus est ut nominetur miles Dei, et ut in libro cœlorum scribatur nomen ejus. Elisabeth vero ut prophetissa indicavit nomen, dicens : Joannes est nomen ejus. Fortassis autem Joannes sibiipsi indidit nomen,

[a] Gen. XXII, 38.

Ex collatione codd. Venet. S. Marci.

(97) Cod. 32, υἱὸς Θεοῦ.

Digitized by Google

matrique suæ communicavit donum propheticum. Porro Zacharias cum non posset nutu manifestare nomen, petit tabellas. Et quia astipulatus est sententiæ uxoris in nomine pueri, obstupescunt omnes: non enim erat in cognatione eorum quispiam ejus nominis, ut quis dicere possit quod ante tempus de hoc ambo tractarint. Joannes juxta interpretationem est, Dei gratia: proinde et pater illius statim assecutus gratiam, primum de Christo, deinde de puero prophetizat.

VERS. 65-75. « Et factus est timor super omnes vicinos eorum, et in tota montana regione Judææ divulgabantur omnia verba hæc, et posuerunt omnes qui audierant in corde suo, dicentes: Quisnam puer hic erit? Et manus Domini erat cum illo. Et Zacharias pater ejus repletus est Spiritu sancto, prophetavitque dicens: Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitavit et fecit redemptionem populo suo. Et excitavit cornu salutis nobis in domo David pueri sui: sicut 282 locutus est per os sanctorum, qui a sæculo sunt prophetarum suorum. Salutem ex inimicis nostris, et de manu omnium qui oderunt nos. Ut faceret misericordiam cum patribus nostris, et memor esset testamenti sui sancti. Juxta jusjurandum quod juravit ad Abraham patrem nostrum, ut daret nobis. Ut citra timorem, de manu inimicorum nostrorum liberati, serviamus ipsi in sanctitate et justitia coram ipso, cunctis diebus vitæ nostræ. » Factus est timor super omnes, propter miraculum loquentis Zachariæ. Sicut enim prius cum obmutuisset, stupuerat populus, ita etiam nunc cum redditus est ei sermo. Propter duo igitur miracula hæc cogitabant de nato quod multos præcelleret. Facta autem sunt hæc omnia singulari quadam dispensatione, ut qui de Christo prophetizaturus esset, fide dignus haberetur, et omnes ex ipsa nativitate Joannis ceriores redderentur quod multis major esset. Benedicit autem Zacharias Deum, quia visitaverat Israelitas. Et profecto venerat ad oves quæ perditæ erant de domo Israel, sed plerique beneficium ejus suscipere noluerunt, unde veros Israelitas invisit. Et quinam sunt illi? Hi qui crediderunt. Excitavit autem cornu salutis, hoc est, virtutem et regnum salutare. Cornu enim vel potentiam significat, cornuta enim animantia in cornu robur habent, vel regnum: ex cornu enim reges inungebantur. Itaque Christus et potentia est et regnum Patris. Excitatum igitur est nobis cornu salutis, Christus. Videbatur enim dormire, contemnens multorum peccata, longanimitatem in simulacrorum insano cultu præ se ferens, sed in novissimis temporibus incarnatus excitatus est, et contrivit omnes qui oderunt nos dæmones, non jam ultra longanimis et dormiens. Porro in domo David excitatus est, hoc est, in Bethleem: illic enim natus est. Bethleem autem patria David erat, sicut locuti fuerunt prophetæ. Omnes enim

A ἐλάλησε περὶ τοῦ ὀνόματος, ὅτι Ἰωάννης ἐστὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ· τάχα δὲ καὶ ὁ Ἰωάννης αὐτὸς ἑαυτῷ περιέθηκε τὸ ὄνομα· τῇ γὰρ μητρὶ αὐτὸς μετέδωκε τοῦ προφητικοῦ χαρίσματος. Διὰ νεύματος δὲ μὴ δυνάμενος ὁ Ζαχαρίας δηλῶσαι τὸ ὄνομα, αἰτεῖ πινακίδιον· καὶ ἐπειδὴ ὡμοφώνησε τῇ γυναικὶ περὶ τὸ ὄνομα τοῦ παιδὸς, ἐκπλήττονται πάντες· οὐ γὰρ ἦν ἐν τῇ συγγενείᾳ αὐτῶν, ἵνα τις ἔχῃ εἰπεῖν, ὅτι πρὸ καιροῦ τοῦτο ἐμελέτων ἀμφότεροι. Ἰωάννης δὲ ἑρμηνεύεται Θεοῦ χάρις· διὸ καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ εὐθέως χαριτωθεὶς, προφητεύει περί τε τοῦ Χριστοῦ πρότερον, καὶ περὶ τοῦ παιδὸς ὕστερον.

« Καὶ ἐγένετο ἐπὶ πάντας φόβος τοὺς περιοικοῦντας αὐτούς· καὶ ἐν ὅλῃ τῇ ὀρεινῇ τῆς Ἰουδαίας διελαλεῖτο πάντα τὰ ῥήματα ταῦτα· καὶ ἔθεντο πάντες οἱ ἀκούσαντες ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν, λέγοντες· Τί ἄρα τὸ παιδίον τοῦτο ἔσται; Καὶ χεὶρ Κυρίου ἦν μετ' αὐτοῦ. Καὶ Ζαχαρίας ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἐπλήσθη Πνεύματος ἁγίου, καὶ προεφήτευσε, λέγων· Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ, ὅτι ἐπεσκέψατο καὶ ἐποίησε λύτρωσιν τῷ λαῷ αὐτοῦ· καὶ ἤγειρε κέρας σωτηρίας ἡμῖν ἐν τῷ οἴκῳ Δαβὶδ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ· καθὼς ἐλάλησε διὰ στόματος τῶν ἁγίων τῶν ἀπ' αἰῶνος προφητῶν αὐτοῦ· σωτηρίαν ἐξ ἐχθρῶν ἡμῶν, καὶ ἐκ χειρὸς πάντων τῶν μισούντων ἡμᾶς· ποιῆσαι ἔλεος μετὰ τῶν πατέρων ἡμῶν, καὶ μνησθῆναι διαθήκης ἁγίας αὐτοῦ. Ὅρκου οὗ ὤμοσε πρὸς Ἀβραὰμ τὸν πατέρα ἡμῶν, τοῦ δοῦναι ἡμῖν ἀφόβως, ἐκ χειρὸς τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν ῥυσθέντας, λατρεύειν αὐτῷ ἐν ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ ἐνώπιον αὐτοῦ πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς ἡμῶν. » Ἐγένετο ἐπὶ πάντας φόβος, διὰ τὸ παράδοξον τῆς τοῦ Ζαχαρίου ἐκλαλήσεως. Ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῇ σιωπῇ ἐξέστη ὁ λαὸς, οὕτω καὶ ἐπὶ τῷ λαλῆσαι αὐτόν· ὡς ἂν διὰ τῶν δύο τούτων θαυμάτων, συλλογίσωνται πάντες περὶ τοῦ τεχθέντος, ὡς ὑπὲρ τοὺς πολλούς ἐστε. Ταῦτα δὲ πάντα ἐγίνοντο οἰκονομικῶς, ἵνα ὁ περὶ τοῦ Χριστοῦ μέλλων μαρτυρήσειν, ἀξιόπιστος εἴη, καὶ πάντες πληροφορηθῶσιν ἐξ αὐτῆς τῆς τοῦ Ἰωάννου γεννήσεως, ὅτι ὑπὲρ τοὺς πολλούς ἐστιν. Εὐλογεῖ δὲ ὁ Ζαχαρίας τὸν Θεὸν, ὡς ἐπισκεψάμενον τοὺς Ἰσραηλίτας· τῷ ὄντι γὰρ εἰς τὰ πρόβατα ἦλθε τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραὴλ, ἀλλ' οὐκ ἠθέλησαν οἱ πλείονες αὐτῶν δέξασθαι τὴν χάριν· διὸ καὶ τοὺς ἀληθῶς Ἰσραηλίτας ἐπεσκέψατο, οἵτινές εἰσιν οἱ πιστεύσαντες. Ἤγειρε δὲ κέρας σωτηρίας, τουτέστι, δύναμιν καὶ βασιλείαν σωτήριον· τὸ γὰρ κέρας ἡ δύναμιν σημαίνει· τὰ γὰρ κερασφόρα ζῶα ἐν τοῖς κέρασι τὴν δύναμιν ἔχουσιν, ἢ βασιλείαν· τῷ γὰρ κέρατι ἐχρίοντο οἱ βασιλεῖς. Ὁ οὖν Χριστὸς καὶ δύναμίς ἐστι καὶ βασιλεία τοῦ Πατρός· ἐξηγέρθη οὖν ἡμῖν κέρας σωτηρίας ὁ Χριστός. Ἐδόκει γὰρ ὑπνώττειν, παραβλεπόμενος τὰς πολλὰς ἁμαρτίας, καὶ μακροθυμῶν ἐπὶ τῇ εἰδωλομανίᾳ· ἀλλ' ἐν τοῖς ἐσχάτοις σαρκωθεὶς καιροῖς, ἐξηγέρθη καὶ συνέτριψε πάντας τοὺς μισοῦντας ἡμᾶς δαίμονας. Μηκέτι ἐνα σχόμενος ὑπνοῦν καὶ μακροθυμεῖν· ἐν τῷ οἴκῳ δὲ Δαβὶδ ἐξηγέρθη, τουτέστιν ἐν Βηθλεέμ, ἐκεῖ γὰρ ἐγεννήθη· ἡ δὲ Βηθλεὲμ, πάντως πόλις τοῦ Δαβὶδ,

Digitized by Google

καθὼς ἐλάλησαν οἱ προφῆται. Πάντες γὰρ περὶ τῆς σαρκώσεως εἶπον. Ὁ δὲ Μιχαίας, καὶ τοῦ οἴκου τοῦ Δαβὶδ, τῆς Βηθλεὲμ λέγω, μέμνηται, λέγων· « Καὶ σὺ, Βηθλεὲμ, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ. Ἐκ σοῦ γὰρ ἐξελεύσεται ἡγούμενος. » Ἐποίησε δὲ ἔλεος, οὐ μετὰ τῶν ζώντων μόνον, ἀλλὰ καὶ μετὰ τῶν πατέρων ἡμῶν· τοῦ γὰρ Χριστοῦ ἡ χάρις, καὶ εἰς ἐκείνους ἀνέδραμε, τοὺς ἤδη τεθνηκότας· οἷόν τι λέγω· Δέδωκεν ἡμῖν τοῖς ζῶσιν ἐλπίδα ἀναστάσεως, καὶ ἀναστησόμεθα· ἀλλ' οὐ μόνοι ἡμεῖς ταύτης τῆς χάριτος ἀξιωθησόμεθα, ἀλλὰ καὶ οἱ προτετελευτηκότες· πᾶσα γὰρ ἡ φύσις ἔτυχε τοῦ ἀγαθοῦ· καὶ ἁλλῶς δὲ ἐποίησεν ἔλεος μετὰ τῶν πατέρων ἡμῶν, καθὸ τὰς ἐλπίδας ἐπλήρωσεν. Ὅσα γὰρ προσεδόκων, ἐπὶ τῷ Χριστῷ, εἶδον τελειωθέντα· ἀλλὰ δὴ καὶ τὰ τέκνα αὐτῶν, οἱ πατέρες βλέποντες ἀπολαύοντα τῶν τοσούτων ἀγαθῶν, χαίρουσι, καὶ κοινωνοὶ τῆς εὐφροσύνης γινόμενοι, εἰς ἑαυτοὺς τὸ ἔλεος ἀναδέχονται. Ποίας δὲ διαθήκης ἐμνήσθη, καὶ ποίου ὅρκου πρὸς τὸν Ἀβραὰμ γενομένου; Ἢ πάντως τοῦ, « Εὐλογῶν εὐλογήσω σε, καὶ πληθύνων πληθυνῶ σε. » Ἐπληθύνθη γὰρ ὄντως νῦν ὁ Ἀβραὰμ, πάντων ἐθνῶν υἱοθετηθέντων αὐτῷ διὰ τῆς πίστεως· ὡς γὰρ ἐκεῖνος ἐπίστευσεν, οὕτω καὶ ταῦτα διὰ τῆς πίστεως ᾠκειώθησαν· ἐρρύσατο δὲ ἡμᾶς ἐκ τῶν ἐχθρῶν ἀφόβως· πολλάκις γάρ τινες ῥύονται μὲν, ἀλλὰ μετὰ φόβου καὶ ἀγώνων πολλῶν καὶ πολέμου· ὁ δὲ Χριστὸς, μηδὲν ἡμῶν κοπιασάντων, ὑπὲρ ἡμῶν ἐσταυρώθη· καὶ ἐρρύσατο λοιπὸν ἡμᾶς ἀφόβως, τουτέστιν ἀκινδύνως. Διατί δὲ ἐρρύσατο ἡμᾶς, ἆρα διὰ τὸ τρυφᾶν; Οὐχί· ἀλλὰ τοῦ λατρεύειν αὐτῷ, οὐχ ἅπαξ, οὐδὲ δύο ἡμέρας, ἀλλὰ πάσας τὰς ἡμέρας· λατρεύειν δὲ, οὐ διὰ σωματικῆς μόνον προσκυνήσεως καὶ ὑπουργίας, ἀλλ' ἐν ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ· Ἔστι δὲ ὁσιότης μὲν, τὸ πρὸς Θεὸν δίκαιον· δικαιοσύνη δὲ, τὸ πρὸς ἀνθρώπους· οἷον, ἐάν τις ἀπέχηται μὲν τῶν ἱερῶν, καὶ οὐκ ἐπιχειρῇ τοῖς θείοις ἀθέως, ἀλλὰ πᾶσαν τιμὴν ἀποσώζῃ πρὸς τὰ τίμια, ὁ τοιοῦτος, ὅσιος· ὁμοίως καὶ ὁ τοὺς γονεῖς σεβόμενος, ὅσιος· καὶ οὗτοι γὰρ θεοῦ κατοικίδιοι· εἰ δέ τις οὐ πλεονέκτης εἴη, οὐχ ἅρπαξ, οὐ κλέπτης, οὐ μοιχὸς, οὐ πόρνος· ὁ τοιοῦτος, δίκαιος. Οὕτως οὖν δεῖ λατρεύειν Θεῷ, ἐν ὁσιότητι, τῇ πρὸς τὰ θεῖα λέγω εὐλαβείᾳ, καὶ δικαιοσύνῃ, τῇ πρὸς τὰ ἀνθρώπινα ἐπιεικείᾳ πολιτείᾳ· λατρεύειν δὲ ἐνώπιον αὐτοῦ, μὴ ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων, ὡς οἱ ἀνθρωπάρεσκοι καὶ ὑποκριταί.

A de incarnatione locuti sunt. Michæas etiam domus David, Bethleem dico, mentionem facit dicens: « Et tu Bethleem, neutiquam minima es, ex te enim egredietur dux [10]. » Fecit autem misericordiam non solum cum viventibus, sed et cum patribus nostris. Christi enim gratia etiam in illos qui olim mortui, pertingit, ut verbi gratia: Dedit nobis viventibus spem resurrectionis, et resurgemus: sed non soli nos hanc gratiam assequemur, sed et qui ante nos defuncti fuerant. Omnis enim natura boni particeps fuit. Vel aliter Fecit misericordiam cum patribus eo quod spem illorum implevit. Adimpleta enim viderunt quæcunque de Christo exspectarant. Sed et filios suos cum vident patres talibus bonis B frui, gaudent et participes sunt lætitiæ, perinde **283** ac si in se collata essent. Cujus autem testamenti et cujus jusjurandi quod Abraham factum, meminit? Vel omnino hujus: « Benedicens benedicam te, et multiplicans multiplicabo te [11]. » Vere nunc multiplicatus Abraham, cum ei filii ex omnibus gentibus adoptati sunt per fidem. Nam sicut ille credidit, ita isti per fidem appropiarunt ei [12]. Liberavit autem nos de inimicis sine timore. Sæpe liberant quidam, sed non sine nostro timore, agone et certamine: Christus vero, cum nos non laborassemus, pro nobis crucifixus est, et liberavit nos sine timore, hoc est, absque periculo. Quare autem liberavit nos? Num propter cibum et potum? Non: sed ut serviamus illi, non semel, neque duobus diebus, sed omnibus diebus. Serviamus C autem non sola corporali adoratione et ministerio, sed in sanctitate et justitia. Est autem sanctitas, justitia erga Deum: justitia vero, erga homines: ut exempli gratia, si quis abstineat a sacris et ad divina non accedit impie, sed venerabilibus omnem honorem exhibet, is sanctus est. Similliter et qui honorat parentes, sanctus est: nam et illi dii domestici. At si quis non fuerit avarus, non rapax, non fur, non adulter, non scortator, is justus dicetur. Itaque oportet servire Deo in sanctitate, hoc est, reverentia erga divina: et justitia, hoc est, laudata in rebus humanis vita. Serviendum denique est coram ipso, non coram hominibus, sicut hi qui hominibus placere volunt, ut hypocritæ faciunt.

« Καὶ σὺ, παιδίον, προφήτης Ὑψίστου κληθήσῃ· προπορεύσῃ γὰρ πρὸ προσώπου Κυρίου, ἑτοιμάσαι ὁδοὺς αὐτοῦ, τοῦ δοῦναι γνῶσιν σωτηρίας τῷ λαῷ αὐτοῦ, ἐν ἀφέσει ἁμαρτιῶν αὐτῶν. Διὰ σπλάγχνα ἐλέους Θεοῦ ἡμῶν, ἐν οἷς ἐπεσκέψατο ἡμᾶς ἀνατολὴ ἐξ ὕψους, ἐπιφᾶναι τοῖς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένοις, τοῦ κατευθῦναι τοὺς πόδας ἡμῶν εἰς ὁδὸν εἰρήνης. Τὸ δὲ παιδίον ηὔξανε καὶ ἐκραταιοῦτο πνεύματι, καὶ ἦν ἐν ταῖς ἐρήμοις ἕως ἡμέρας ἀναδείξεως αὐτοῦ πρὸς τὸν Ἰσραήλ. » Ξένον φαίνεται τὸ λέγειν τὸν Ζαχαρίαν πρὸς τὸ παιδίον, ἃ

D Vers. 76-80. « Et tu, puer, propheta Altissimi vocaberis, præibis enim ante faciem Domini ad parandum vias ejus; ad dandam scientiam salutis populo ipsius, per remissionem peccatorum ejus. Per viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitavit nos oriens ex alto. Ut illucesceret his qui in tenebris et umbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Puer autem crescebat, et corroborabatur spiritu, et erat in desertis donec veniret dies quo ostendendus erat apud Israelitas. » Mirum videtur quod Zacharias ad

[10] Mich. v, 2. [11] Gen. xxii, 17. [12] Rom. iv, 1.

Digitized by Google

Vers. 31-37. « Et descendit in Capernaum civitatem Galilææ, ibique docebat illos Sabbatis. Et stupebant super doctrina ejus, quia cum potestate conjunctus erat sermo ipsius. Et in 302 Synagoga erat homo habens spiritum dæmonis immundi, et exclamavit voce magna dicens : Eia quid tibi nobiscum est, Jesu Nazarene? venisti ad perdendum nos? Scio te qui sis : Sanctus illi Dei. Et increpavit illum Jesus : Obmutesce, et exi ab eo. Et cum projecisset illum dæmonium in medium, exiit ab illo, nihilque illi nocuit. Et factus est pavor super omnes, et colloquebantur inter sese, dicentes : Quis sermo hic est, quia cum auctoritate et potestate imperat immundis spiritibus, et exeunt? Et divulgabatur fama de illo in omnem locum undique finitimæ regionis. » Postquam neque ratio neque doctrina ad fidem rapuit incredulos, Dominus ad miraculorum operationem se convertit, ceu efficacissimum pharmacum. Miracula igitur operatur in Capernaum. Valde enim increduli erant, et multis ad fidem indigebant : idcirco postquam satis docuit, et id tanquam potestate præditus (non enim dicebat, Hæc dicit Dominus, sed, Ego dico vobis : quia non unus ex prophetis erat, sed vere Dei Filius), subdit etiam miraculum, et sanat dæmonio agitatum. At dæmon inimicitias primum fatetur, quo testimonium ejus fide dignius sit ; dein subjicit testimonium : Scio te, qui sis, Sanctus ille Dei. Prius igitur increpat illum : Cur venisti huc perdere nos? Postea adulatur, existimans Dominum adulatione fractum sinere illum : tam stulta res est malitia ; sed Dominus docens nos ne utamur dæmonum testimoniis et sententiis : Obmutesce, inquit, et egredere ex illo. Permittit autem dæmoni ut projiciat hominem, ut discerent circumstantes illum vere habuisse dæmonium, cujus erant verba, tametsi lingua hominis ministraret. Propterea colloquebantur inter sese omnes admirantes de talibus factis et dicentes : Quis

Digitized by Google

sermo hic, id est, mandatum istud quo imperat : Exi ab illo, et obmutesce? Scias autem quod et nunc multi habent dæmonia, qui dæmonum perficiunt concupiscentias, ut iracundus qui habet dæmonium iræ. At si venerit Jesus in Synagogam, hoc est, cum mens fuerit coadunata, et non divagatur, tunc dicet dæmonio iræ, quæ coerceri nequibat : Obmutesce ; et statim cum projecerit hominem in medium, egredietur ex eo. Quid autem sit in medium projici, disce. Oportet hominem non omnino iracundum esse et amarum, crudelis enim hoc et truculentæ bestiæ fuerit, neque omnino ira carentem, nam hoc insensati fuerit, sed mediam incedere viam, et furorem servare contra malitiam. Cum igitur in medium quis a malo spiritu projicitur, relinquitur ab eo.

A ζοντες ἐπὶ τοῖς γενομένοις, καὶ λέγοντες· Τίς ὁ λόγος οὗτος, τουτέστι, τίς ἡ πρόσταξις αὕτη, ἣν προστάσσει, ὅτι Ἔξελθε ἐξ αὐτοῦ, καὶ φιμώθητι ; Γίνωσκε δὲ ὅτι καὶ νῦν πολλοὶ ἔχουσι δαιμόνια, ὅσοι τὰ τῶν δαιμόνων ἐπιθυμήματα τελοῦσιν· οἷον, ἔστι τις θυμώδης, οὗτος δαιμόνιον ἔχει θυμοῦ· ἀλλ' ἐὰν ἔλθῃ ὁ Ἰησοῦς ἐν τῇ συναγωγῇ, τουτέστιν, ὅταν εἴη ὁ νοῦς συνηγμένος καὶ μὴ διαχεόμενος, τότε ἐρεῖ τῷ δαιμονίῳ τοῦ θυμοῦ, ἀκαθέκτῳ ὄντι· Φιμώθητι· καὶ εὐθὺς ῥίψαν τὸν ἄνθρωπον εἰς τὸ μέσον, ἐξελεύσεται ἀπ' αὐτοῦ. Τί δέ ἐστι τὸ ῥίψαι εἰς τὸ μέσον, μάνθανε· τὸν ἄνθρωπον οὔτε πάντη θυμώδη καὶ πικρὸν δεῖ εἶναι· θηριώδες γάρ· οὔτε πάντη ἀόργητον, ἀναίσθητον γάρ, ἀλλὰ τὴν μέσην ὁδὸν βαδίζειν, καὶ τὸν θυμὸν ἔχειν κατὰ τῆς κακίας. Ὅταν οὖν τινα ῥίψῃ B εἰς τὸ μέσον τὸ πονηρὸν πνεῦμα, ἐξέρχεται ἀπ' αὐτοῦ.

Vers. 38-44. « Cum surrexisset autem Jesus de Synagoga, introivit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur febri magna, et rogaverunt illum pro ea. Et astans supra illam, increpavit febrem, et febris dimisit illam : statimque surgens, ministrabat illis. Cum autem **303** sol occideret, omnes qui habebant infirmos morbis variis, ducebant illos ad eum. At ille singulis manus imponens, sanabat eos. Exibant autem et dæmonia a multis, clamantia ac dicentia : Tu es Christus Filius Dei. Et increpans non sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum. Facto autem die egressus ibat in desertum locum, et turbæ quærebant eum, et venerunt usque ad ipsum, et detinebant illum ne discederet ab eis. Quibus ille ait : Et aliis civitatibus oportet me evangelizare regnum Dei, nam in hoc missus sum. Et prædicabat in synagogis Galilææ. » Dominus omnium a discipulis excipiebatur et pascebatur, quemadmodum nunc quoque et apud Petrum hospitio excipitur, et sanat ejus socrum : ut et te instruat ne rejicias pauperum benevolentiam. Non simpliciter autem curat illam a morbo, sed et bonam valetudinem et robur ad ministrandum ei suppeditat. Et nos quoque si illum exceperimus, exstinguet nostram febrim iræ et concupiscentiæ, et eriget ac corroborabit nos, ita ut ei ministrare valeamus, hoc est facere quæ ei placent. Vide autem, obsecro, et turbæ fidem, quomodo etiam jam occidente sole D infirmos afferebat, neque tempore impediebatur. Non sinit autem dæmonia loqui, tum quod non indigebat immundorum laude, neque enim speciosa laus in ore peccatoris [16], tum quod nolebat accendi invidiam Hebræorum, videntium eum ab omnibus celebrari. Turbæ item quærunt eum etiam in locum desertum abeuntem, et detinent. At ille non uno loco circumscribitur, sed, Etiam aliis, inquit, civitatibus oportet me evangelizare regnum Dei. Unde oportet etiam nos non segnes, neque uno loco contentos esse, sed ubique circumire, et prodesse quibusque.

Ἀναστὰς δὲ ἐκ τῆς συναγωγῆς, εἰσῆλθεν εἰς τὴν οἰκίαν Σίμωνος· ἡ πενθερὰ δὲ Σίμωνος ἦν συνεχομένη πυρετῷ μεγάλῳ· καὶ ἠρώτησαν αὐτὸν περὶ αὐτῆς· καὶ ἐπιστὰς ἐπάνω αὐτῆς, ἐπετίμησε τῷ πυρετῷ, καὶ ἀφῆκεν αὐτήν· καὶ παραχρῆμα ἀναστᾶσα διηκόνει αὐτοῖς. Δύνοντος δὲ τοῦ ἡλίου, πάντες ὅσοι εἶχον ἀσθενοῦντας νόσοις ποικίλαις, ἤγαγον αὐτοὺς πρὸς αὐτόν· ὁ δὲ, ἑνὶ ἑκάστῳ αὐτῶν τὰς χεῖρας ἐπιθεὶς, ἐθεράπευσεν αὐτούς. Ἐξήρχετο δὲ καὶ δαιμόνια ἀπὸ πολλῶν, κράζοντα καὶ λέγοντα, ὅτι Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ· καὶ ἐπιτιμῶν, οὐκ εἴα αὐτὰ λαλεῖν, ὅτι ᾔδεισαν τὸν Χριστὸν αὐτὸν εἶναι. C Γενομένης δὲ ἡμέρας, ἐξελθὼν ἐπορεύθη εἰς ἔρημον τόπον· καὶ οἱ ὄχλοι ἐπεζήτουν αὐτὸν, καὶ ἦλθον ἕως αὐτοῦ, καὶ κατεῖχον αὐτὸν τοῦ μὴ πορεύεσθαι ἀπ' αὐτῶν· ὁ δὲ εἶπε πρὸς αὐτοὺς, ὅτι Καὶ ταῖς ἑτέραις πόλεσιν εὐαγγελίσασθαί με δεῖ τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, ὅτι εἰς τοῦτο ἀπέσταλμαι, καὶ ἦν κηρύσσων ἐν ταῖς συναγωγαῖς τῆς Γαλιλαίας. » Ὁ δεσπότης πάντων παρὰ τοῖς μαθηταῖς ξενιζόμενος ἐτρέφετο· ὥσπερ οὖν καὶ παρὰ Πέτρῳ νῦν ξενιζόμενος, ἰᾶται τὴν ἐκείνου πενθεράν· ἵνα καὶ σὲ παιδεύσῃ μηδὲ τὰς τῶν εὐτελῶν ἀποπέμπεσθαι φιλοφροσύνας· οὐχ ἁπλῶς δὲ θεραπεύει αὐτὴν ἀπὸ τῆς νόσου, ἀλλὰ καὶ εὐρωστίαν αὐτῇ καὶ δύναμιν ἐντίθησιν, εἰς τὸ διακονεῖν. Εἰ καὶ ἡμεῖς οὖν ὑποδεξόμεθα αὐτὸν, κατασβέσει καὶ τὸν ἡμέτερον πυρετὸν, τόν τε τοῦ θυμοῦ καὶ τὸν τῆς ἐπιθυμίας· καὶ ἐγερεῖ ἡμᾶς ὥστε διακονεῖν αὐτῷ, τουτέστι, τὰ ἀρεστὰ αὐτῷ πράττειν. Ὅρα δέ μοι καὶ τοῦ ὄχλου τὴν πίστιν, πῶς καὶ δύνοντος τοῦ ἡλίου προσέφερον τοὺς ἀῤῥώστους, μηδ' ὑπὸ τοῦ καιροῦ ἐμποδιζόμενοι· οὐκ ἀφίησι δὲ τὰ δαιμόνια λαλεῖν, ἅμα μὲν μὴ δεόμενος τῆς παρὰ τῶν ἀκαθάρτων εὐφημίας· οὐχ ὡραῖος γὰρ αἶνος ἐν στόματι ἁμαρτωλῶν· ἅμα δὲ μὴ θέλων ἀνάπτειν τὸν φθόνον τῶν Ἑβραίων, ἐκ τοῦ παρὰ πᾶσιν εὐφημεῖσθαι· οἱ δὲ ὄχλοι καὶ εἰς ἔρημον τόπον ἀπελθόντα ζητοῦσι καὶ κατέχουσιν αὐτόν· ἀλλ' ἐκεῖνος οὐχ ἑνὶ τόπῳ περιορίζεται. Ἀλλὰ καὶ ταῖς ἑτέραις, φησὶ, πόλεσιν εὐαγγελίσασθαί με δεῖ τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Ὅθεν δεῖ καὶ ἡμᾶς μὴ ὀκνεῖν, μηδὲ ἑνὶ τόπῳ περικλειομένους ἀρκεῖσθαι, ἀλλὰ πανταχοῦ περιιέναι, εἴ πως ὠφελήσομέν τινα.

[16] Eccli. xv, 9.

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛ Ε'. A CAPUT V.

Περὶ τῆς ἄγρας τῶν ἰχθύων. Περὶ τοῦ λεπροῦ. Περὶ τοῦ παραλυτικοῦ. Περὶ Λευὶ τοῦ τελώνου. Περὶ τοῦ Ἰησοῦ συνεσθίοντος τοῖς τελώναις. Διὰ τί οἱ τοῦ Ἰωάννου μαθηταὶ νηστεύουσιν, οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ οὐχί;

De captura piscium. De leproso. De paralytico. De Levi publicano. De Christo cum publicanis comedente. Cur discipuli Joannis jejunant, discipuli vero Christi non?

« Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ τὸν ὄχλον ἐπικεῖσθαι αὐτῷ, τοῦ ἀκούειν τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, καὶ αὐτὸς ἦν ἑστὼς παρὰ τὴν λίμνην Γεννησαρέτ. Καὶ εἶδε δύο πλοῖα ἑστῶτα παρὰ τὴν λίμνην· οἱ δὲ ἁλιεῖς, ἀποβάντες ἀπ' αὐτῶν, ἀπέπλυνον τὰ δίκτυα· ἐμβὰς δὲ εἰς ἓν τῶν πλοίων ὃ ἦν τοῦ Σίμωνος, ἠρώτησεν αὐτὸν ἀπὸ τῆς γῆς ἐπαναγαγεῖν ὀλίγον· καὶ καθίσας, ἐδίδασκεν ἐκ τοῦ πλοίου τοὺς ὄχλους. Ὡς δὲ ἐπαύσατο λαλῶν, εἶπε πρὸς τὸν Σίμωνα· Ἐπανάγαγε εἰς τὸ βάθος, καὶ χαλάσατε τὰ δίκτυα ὑμῶν εἰς ἄγραν· καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Σίμων, εἶπεν αὐτῷ· Ἐπιστάτα, δι' ὅλης τῆς νυκτὸς κοπιάσαντες, οὐδὲν ἐλάβομεν, ἐπὶ δὲ τῷ ῥήματί σου χαλάσω τὸ δίκτυον. Καὶ τοῦτο ποιήσαντες, συνέκλεισαν πλῆθος ἰχθύων πολύ. Διερρήγνυτο δὲ τὸ δίκτυον αὐτῶν· καὶ κατένευσαν τοῖς μετόχοις τοῖς ἐν τῷ ἑτέρῳ πλοίῳ, τοῦ ἐλθόντας συλλαβέσθαι αὐτοῖς· καὶ ἦλθον καὶ ἔπλησαν ἀμφότερα τὰ πλοῖα, ὥστε βυθίζεσθαι αὐτά. Ἰδὼν δὲ Σίμων Πέτρος, προσέπεσε τοῖς γόνασι τοῦ Ἰησοῦ, λέγων· Ἔξελθε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι ἀνὴρ ἁμαρτωλός εἰμι, Κύριε· θάμβος γὰρ περιέσχεν αὐτὸν καὶ πάντας τοὺς σὺν αὐτῷ, ἐπὶ τῇ ἄγρᾳ τῶν ἰχθύων, ἣ συνέλαβον. Ὁμοίως δὲ καὶ Ἰάκωβον, καὶ Ἰωάννην υἱοὺς Ζεβεδαίου, οἳ ἦσαν κοινωνοὶ τῷ Σίμωνι· καὶ εἶπε πρὸς τὸν Σίμωνα ὁ Ἰησοῦς· Μὴ φοβοῦ, ἀπὸ τοῦ νῦν ἀνθρώπους ἔσῃ ζωγρῶν· καὶ καταγαγόντες τὰ πλοῖα ἐπὶ τὴν γῆν, ἀφέντες ἅπαντα, ἠκολούθησαν αὐτῷ. » Φεύγει μὲν ὁ Κύριος τὴν δόξαν, ἡ δὲ τόσῳ μᾶλλον καταδιώκει αὐτόν. Τοῦ γοῦν ὄχλου ἐπικειμένου, εἰς τὸ πλοῖον εἰσέρχεται· ὡς ἂν ἀπὸ τοῦ πλοίου, διδάσκῃ τοὺς ἐν τῷ αἰγιαλῷ ἑστηκότας, πάντων κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ ὄντων, καὶ μηδενὸς ἐλθόντος κατὰ νώτου. Ἐπεὶ δὲ τὸν ὄχλον ἐδίδαξεν ἐκ τοῦ πλοίου, οὐκ ἀμισθὸν ἀφίησι τὸν τοῦ πλοίου δεσπότην, ἀλλὰ διπλῶς αὐτὸν εὐεργετεῖ· ὅτι τε ἰχθύων πλῆθος αὐτῷ ἐχαρίσατο, καὶ ὅτι μαθητὴν αὐτοῦ ἐποιήσατο. Θαύμασον δὲ τοῦ Κυρίου τὴν οἰκονομίαν, πῶς ἕκαστον διὰ τῶν οἰκείων καὶ συντρόφων ἑφέλκεται· ὡς γὰρ τοὺς μάγους διὰ τοῦ ἀστέρος, οὕτω καὶ τοὺς ἁλιεῖς διὰ τῶν ἰχθύων. Ὅρα δὲ τοῦ Χριστοῦ τὴν ἐπιείκειαν, πῶς παρακαλεῖ τὸν Πέτρον ἀπὸ τῆς γῆς ἐπαναγαγεῖν· τὸ γὰρ, ἠρώτησεν, ἀντὶ τοῦ, παρεκάλεσε νόει· ἀλλὰ καὶ ὁ Πέτρος, πῶς ἦν εὐπειθής, ὥστε ἄνθρωπον, ὃν οὐκ ᾔδει, ὑποδέξασθαί τε εἰς τὸ πλοῖον αὐτοῦ, καὶ πάντα αὐτοῦ ὑπακούειν· ὡς γὰρ εἶπεν αὐτῷ ἐπαναγαγεῖν εἰς τὸ βάθος, οὐκ ἀπεδυσπέτησεν, οὐδ' εἶπε, Δι' ὅλης τῆς νυκτὸς κοπιάσας καὶ μηδὲν κερδάνας, νῦν σοὶ πεισθήσομαι, καὶ δευτέροις πόνοις ἐμαυτὸν ἐπιδώσω; Οὐδὲν τούτων εἶπεν, ἀλλὰ μᾶλλον, Ἐπὶ τῷ ῥήματί σου χαλάσω τὸ δίκτυον· οὕτως ἦν τὴν πίστιν θερμὸς καὶ πρὸ τῆς πίστεως· ὅθεν καὶ τοσούτους ἰχθύας συλλαμβάνει, ὥστε μὴ δυνάμενος τούτους ἑλκύσαι, καὶ τοῖς μετόχοις νεύει, τουτέστι, τοῖς κοινωνοῖς τοῖς ἐν τῷ

VERS. 1-11. « Factum est autem cum turba immineret ei ut audiret verbum Dei, et ipse stabat juxta stagnum Genezareth. Et vidit duas naves stantes ad stagnum : piscatores autem descenderant ex illis, et abluebant retia. Ingressus autem in unam navim quæ erat Simonis, rogavit eum ut a terra abduceret pusillum, et sedens docebat de navi turbas. Ut cessavit autem loqui, dixit ad Simonem : Duc in altum, et laxate retia vestra in B capturam. Et respondens Simon, dixit illi : Præceptor, per totam noctem laborantes **304** nihil cepimus, tamen tuo jussu laxabo rete. Et cum hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinem copiosam. Rumpebatur autem rete eorum. Et annuerunt sociis qui erant in altera navi, ut venirent et adjuvarent ipsos. Et venerunt, atque impleverunt ambas naves, ita ut mergerentur. Quod cum videret Simon Petrus, accidit ad genua Jesu, dicens : Discede a me, Domine, quia homo peccator sum. Stupor enim circumdederat eum, et omnes qui cum illo fuerant, super captura piscium quam fecerant : similiter autem Jacobum et Joannem filios Zebedæi, qui erant socii Simoni. Et ait ad Simonem Jesus : Ne metuas, posthac homines capies. Et C subductis in terram navibus, relictis omnibus secuti sunt eum. » Fugit Dominus gloriam, quæ eum ob hoc magis sequebatur. Igitur urgente turba in navim ingreditur, ut vel a nave doceat in littore stantes, omnibus e regione comparentibus, et nullo a tergo veniente. Postquam autem turbam a navi docuit, dominum navis non reliquit irremuneratum, sed bifariam ei benefecit, quia et multitudinem piscium ei donavit, et discipulum suum fecit. Admirare autem Domini dispensationem, quomodo per propria et familiaria sua quemque attrahit : sicut magos per stellam, ita et piscatores per pisces. Porro Christi mansuetudinem vide, quomodo obsecret Petrum ut a terra abducat : rogavit enim, idem D est quod obsecravit : sed et quomodo Petrus morigerus fuerit, ita ut hominem quem non viderat, in navim suam susceperit, et ei in omnibus obedierit. Nam ut dixit ei quod abduceret in profundum, non abnuit, neque dixit, Per totam noctem laboravi, et nihil consecutus sum ; nunc tibi parerem, et aliis fatigandus laboribus incumberem? sed ait, In verbo tuo laxabo rete. Adeo fervebat fide etiam ante fidem : unde et tantos pisces comprehendit, ut illos non potuerit trahere, et annuerit sociis, hoc est participibus in alia navi. Nutu autem illos vocat, quia propter stuporem magnum loqui nequibat. Porro multa reverentia Petrus rogat Jesum ut navi excedat, peccatorem seipsum dicens, et indignum illius conversatione. Hæc etiam per anagogiam si vis in-

Digitized by Google

telligas. Navis est Judæorum Synagoga, et Petrus gerit typum doctorum legis. Laboraverunt autem per totam noctem doctores qui ante Christum fuerunt. Tempus enim ante ejus adventum nox erat, et nihil comprehenderunt : postquam autem venit Christus, diesque factus est, apostoli in locum legis doctorum surrogati, in verbo ejus, hoc est in præcepto ejus, laxant rete Evangelii, et multitudinem hominum venantur. Soli autem apostoli non possunt trahere rete piscium, annuuntque sociis suis, et communicant, et cum eis trahunt. Hi autem **305** sunt pastores et doctores Ecclesiarum in singulis temporibus qui interpretantur et docent apostolica, trahuntque cum apostolis, ut piscentur homines. Animadverte item et dictionem, Laxare rete. Evangelium enim est rete, orationem habens humilem et pedestrem, et ad auditorum infirmitatem se attemperantem : et ideirco dicitur laxari. Si cui autem et sensuum profunditas significari videatur per laxationem retis, neque ipsum a vero abludit. Impletur enim et hoc prophetæ qui dicit : « Ecce ego mitto piscatores multos, dicit Dominus, et postea mittam multos venatores, et venabuntur illos [27] : » piscatores quidem sanctos apostolos vocans, venatores autem eos qui temporibus sequentibus habiti sunt doctores Ecclesiarum et præfecti.

A ἑτέρῳ πλοίῳ· διὰ νεύματος δὲ αὐτοὺς προσκαλεῖται· ἐπειδὴ διὰ τὴν ἐπὶ τῇ ἄγρᾳ ἔκπληξιν, οὐδὲ λαλῆσαι ἠδύνατο· ἀπὸ πολλῆς δὲ εὐλαβείας ὁ Πέτρος παραιτεῖται τὸν Ἰησοῦν τοῦ μὴ εἶναι ἐν τῷ πλοίῳ, ἁμαρτωλὸν ἑαυτὸν λέγων, καὶ οὐκ ἄξιον τοῦ ἐκείνῳ συνεῖναι. Νόησον δὲ ταῦτα καὶ κατὰ ἀναγωγήν, εἰ θέλεις. Τὸ πλοῖόν ἐστιν ἡ τῶν Ἰουδαίων Συναγωγή· ὁ Πέτρος τύπον ἐπέχει τῶν ἐν τῷ νόμῳ διδασκάλων· ἐκοπίασαν οὖν δι' ὅλης τῆς νυκτὸς οἱ πρὸ τοῦ Χριστοῦ διδάσκαλοι (νὺξ γὰρ ὁ πρὸ τῆς Χριστοῦ ἐπιδημίας καιρὸς), καὶ οὐδὲν ἔλαβον. Ἐλθόντος δὲ τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡμέρας γενομένης, εἰς τὸν τόπον τῶν νομοθιδασκάλων τεθέντες οἱ ἀπόστολοι, ἐπὶ τῷ ῥήματι αὐτοῦ, τουτέστιν ἐπὶ τῇ προστάξει, χαλῶσι τὸ δίκτυον τοῦ Εὐαγγελίου, καὶ πλῆθος ἀνθρώπων ζωγροῦσι. D Μόνοι δὲ οἱ ἀπόστολοι οὐ δύνανται ἑλκύσαι τὸ δίκτυον τῶν ἰχθύων, καὶ νεύουσι καὶ τοῖς μετόχοις αὐτῶν καὶ κοινωνοῖς, καὶ συναίρονται αὐτοῖς. Οὗτοι δέ εἰσιν οἱ καθ' ἑκάστους καιροὺς ποιμένες καὶ διδάσκαλοι τῶν Ἐκκλησιῶν, οἱ τὰ ἀποστολικὰ ἑρμηνεύοντες καὶ διδάσκοντες, συναίρονται τοῖς ἀποστόλοις πρὸς τὸ ζωγρῆσαι ἀνθρώπους· σκόπει δὲ καὶ τὴν λέξιν τοῦ, Χαλῶσι τὸ δίκτυον. Τὸ μὲν γὰρ Εὐαγγέλιόν ἐστι τὸ δίκτυον· λέξιν δὲ ἔχον ταπεινὴν καὶ πεζήν, καὶ συγκαταβατικὴν πρὸς τὴν ἰδιωτείαν τῶν ἀκουόντων, διὰ τοῦτο λέγεται χαλασθῆναι. Εἰ δέ τις καὶ τὸ βάθος τῶν νοημάτων δηλοῦσθαι φαίη διὰ τοῦ χαλᾶσθαι τὸ δίκτυον, οὐδὲ τοῦτο ἀπεικός· πεπλήρωται γοῦν καὶ τὸ τοῦ προφήτου, εἰπόντος· « Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστελῶ ἁλιεῖς πολλοὺς, λέγει Κύριος· καὶ μετὰ ταῦτα ἀποστελῶ πολλοὺς θηρευτὰς, καὶ θηρεύσουσιν αὐτούς· » τοὺς μὲν ἁλιεῖς, τοὺς ἁγίους ἀποστόλους λέγων· θηρευτὰς δὲ, τοὺς κατὰ καιροὺς τῶν Ἐκκλησιῶν ἡγουμένους καὶ διδασκάλους.

Vers. 12-16. « Et factum est, cum esset in quadam civitate, et ecce vir plenus lepra, cumque vidisset Jesum, prostratus in faciem rogavit eum, dicens : Domine, si vis, potes me mundare. Et protensa manu tetigit eum, dicens : Volo, mundus esto. Et confestim lepra discessit ab illo. Et ipse præcepit illi ne cuiquam diceret : sed vade, inquit, ostende teipsum sacerdoti, et offer munus pro emundatione tui, quemadmodum præcepit Moses in testimonium illis. Pervagabatur autem magis rumor de illo, et conveniebant turbæ multæ ut audirent, et sanarentur ab infirmitatibus suis. Ipse autem agebat in secessu in desertis et orabat. » Admiratione dignus est leprosus ille, quia dignam Deo de Christo opinionem habuit et dixit : Si vis, potes me mundare. Hoc enim indicat ipsum sentientem de Christo ut de Deo. Non enim ut ad medicum accesserat, neque enim lepra a medicis curari potest, sed ut ad Deum, cujus solius est sanare id genus morborum. At Jesus tangit illum, nec sine causa, sed quoniam immundus habebatur juxta legem, qui leprosum tangebat, volens ostendere quod non teneatur ad servanda tam exigua legis dicta, et quod ipse sit Dominus legis, et quod mundus non coinquinetur ex eo quod videtur immundum, sed animorum lepra sit quæ coinquinat, et ideo tangit : interim

C « Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν ἐν μιᾷ τῶν πόλεων, καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ πλήρης λέπρας, καὶ ἰδὼν τὸν Ἰησοῦν, πεσὼν ἐπὶ πρόσωπον, ἐδεήθη αὐτοῦ, λέγων· Κύριε, ἐὰν θέλῃς, δύνασαί με καθαρίσαι. Καὶ ἐκτείνας τὴν χεῖρα, ἥψατο αὐτοῦ, εἰπών, Θέλω, καθαρίσθητι· καὶ εὐθέως ἡ λέπρα ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ. Καὶ αὐτὸς παρήγγειλεν αὐτῷ μηδενὶ εἰπεῖν· ἀλλὰ ἀπελθών, δεῖξον σεαυτὸν τῷ ἱερεῖ, καὶ προσένεγκε περὶ τοῦ καθαρισμοῦ σου καθὼς προσέταξε Μωσῆς, εἰς μαρτύριον αὐτοῖς. Διήρχετο δὲ μᾶλλον ὁ λόγος περὶ αὐτοῦ. Καὶ συνήρχοντο ὄχλοι πολλοὶ, ἀκούειν καὶ θεραπεύεσθαι ὑπ' αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἀσθενειῶν αὐτῶν. Αὐτὸς δὲ ἦν ὑποχωρῶν ἐν ταῖς ἐρήμοις, καὶ προσευχόμενος. » Ἀξιοθαύμαστος ὁ λεπρὸς, ὅτι θεοπρεπῆ ἔννοιαν περὶ τοῦ Κυρίου ἔχων, φησὶν, Ἐὰν D θέλῃς, δύνασαί με καθαρίσαι. Τοῦτο γὰρ δείκνυσιν αὐτὸν ἐννοοῦντα περὶ τοῦ Χριστοῦ, ὡς περὶ Θεοῦ· οὐ γὰρ ὡς ἰατρῷ προσήρχετο (ἡ γὰρ λέπρα ἰατρῶν χερσὶν ἀνεπιχείρητος), ἀλλ' ὡς Θεῷ· τούτου γὰρ μόνου τὸ τὰ τοιαῦτα ἰᾶσθαι. Ὁ δὲ Κύριος ἅπτεται αὐτοῦ, οὐκ ἀλόγως, ἀλλ' ἐπειδὴ κατὰ τὸν νόμον, ὁ ἁπτόμενος λεπροῦ ἐδόκει ἀκάθαρτος εἶναι, θέλων δεῖξαι, ὅτι τὰς τοιαύτας μικρολογίας τοῦ νόμου οὐκ ἀνάγκην ἔχει φυλάττειν, ἀλλ' αὐτός ἐστιν ὁ τοῦ νόμου Κύριος, καὶ ὅτι οὐδὲν ὁ καθαρὸς μολύνεται ἐκ τοῦ δοκοῦντος ἀκαθάρτου, ἀλλ' ἡ τῶν ψυχῶν λέπρα,

[27] Jerem. xvi, 16.

Digitized by Google

ἐκείνη ἐστὶν ἡ μολύνουσα· τούτου ἕνεκεν ἅπτεται· ἅμα δὲ, καὶ ἵνα δείξῃ ὅτι ἡ ἁγία αὐτοῦ σὰρξ θείαν ἔχει δύναμιν, καὶ καθαρτικὴ οὖσα καὶ ζωογονοῦσα, ὡς τοῦ Θεοῦ Λόγου οὖσα σάρξ. Παραγγέλλει δὲ τῷ λεπρῷ ἵνα μηδενὶ εἴπῃ, διδάσκων ἡμᾶς μὴ ζητεῖν εὐφημίας παρὰ τῶν εὐεργετουμένων. Ἀπελθὼν δὲ φησὶ, δεῖξον σεαυτὸν τῷ ἱερεῖ, καὶ προσένεγκε τὸ δῶρον εἰς μαρτύριον αὐτοῖς· νόμος γὰρ ἦν, τὸν ἱερέα δοκιμάζειν τοὺς λεπρωθέντας, καὶ κρίνειν εἰ ἐκαθαρίσθησαν· καὶ ἐὰν μὲν δι' ἑπτὰ ἡμερῶν ἐκαθαρίσθη, ἔμενεν ἔσω τῆς πόλεως ὁ λεπρός· εἰ δὲ μή, ἐξεβάλλετο. Τοῦτο τοίνυν φησὶν ὁ Κύριος, « Ὕπαγε, δεῖξον σεαυτὸν τῷ ἱερεῖ, καὶ προσένεγκε τὸ δῶρον. » Τί δὲ ἦν τὸ δῶρον; Δύο ὀρνίθια· τί δέ ἐστι τὸ, εἰς μαρτύριον αὐτοῖς; Τουτέστιν, εἰς ἔλεγχον αὐτῶν καὶ κατηγορίαν, ἵν' ὅταν κατηγορῶσί μου ὡς παραβαίνοντος τὸν νόμον, ἐκ τούτου ἐλέγχωνται ὅτι οὐ παραβαίνω, ἐκ τοῦ προστάξαι σοι προσενεγκεῖν τὸ δῶρον, ὃ προσέταξε Μωσῆς· Πῶς δὲ τὰ δύο ὀρνίθια ἐκεῖνα προσήγοντο τῷ Θεῷ, οὐκ ἄκαιρον εἰπεῖν· ἐσφάζετο τὸ ἓν ὀρνίθιον. Καὶ ὑπεδέχοντο τὸ αἷμα αὐτοῦ, ἐν ἀγγείῳ ὀστρακίνῳ καινῷ· εἶτα τοῦ ἑτέρου ὀρνιθίου ἀμφότερα τὰ πτερὰ ἐβάπτοντο ἐν τῷ αἵματι, καὶ οὕτως ἀπελύετο τὸ ὀρνίθιον ζῶν. Εἰκόνιζον οὖν ταῦτα τὰ κατὰ τὸν Χριστόν· τὰ δύο γὰρ ὀρνίθια, αἱ δύο φύσεις τοῦ Χριστοῦ, ἥ τε θεία καὶ ἡ ἀνθρωπίνη, ὧν τὸ μὲν ἓν ἐσφάγη, τουτέστιν ἡ ἀνθρωπίνη· τὸ δὲ ἕτερον ἀπελύθη ζῶν. Ἡ γὰρ θεία φύσις ἀπαθὴς διέμεινε, χρισθεῖσα τῷ αἵματι τῆς παθούσης φύσεως, καὶ εἰς ἑαυτὴν τὸ πάθος ἀναδεξαμένη· τὸ δὲ αἷμα τοῦ Κυρίου ἐδέξατο ἀγγεῖον ὀστράκινον καινόν· ὁ λαὸς, φημὶ, ὁ καινὸς ὁ ἐξ ἐθνῶν, ὁ τῆς Καινῆς Διαθήκης δεκτικός. Ὅρα δὲ ὅτι μεθ' ὃ τις καθαρισθῇ τῆς λέπρας, τότε ἄξιός ἐστι προσφέρειν τὸ δῶρον τοῦτο, τουτέστι, θύειν Χριστὸν καὶ ἱερουργεῖν· λεπρὸς γὰρ ὢν καὶ ἀκάθαρτος τὴν ψυχὴν, οὐκ ἂν ἀξιωθείη τοιαῦτα δῶρα προσφέρειν, ἤτοι προσκομίζειν τὸ σῶμα καὶ αἷμα τοῦ Κυρίου, τὸ τῇ θείᾳ φύσει ἑνωθέν. Πρόσχες δὲ καὶ τοῦτο, πῶς ἀμύθητον ἔχει τὴν ὑπεροχὴν ὁ Κύριος πρὸς τὸν Μωσῆν. Μωσῆς μὲν γὰρ λεπρωθεῖσαν τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ, καίτοι πολλὰ δεηθείς, οὐκ ἠδυνήθη θεραπεῦσαι· ὁ δὲ Κύριος λόγῳ μόνῳ τὸν λεπρὸν ἐκαθάρισεν. Ἔννοει δὲ καὶ τὴν ταπείνωσιν τοῦ Κυρίου, πῶς τοῦ ὄχλου ἐπιθυμοῦντος ἅπτεσθαι αὐτοῦ, αὐτὸς ἐν ταῖς ἐρήμοις μᾶλλον διέτριβεν ἀσμένως, καὶ προσηύχετο· οὕτως ἄρα τύπους ἡμῖν ἐν πᾶσιν ἐδίδου τοῦ τε κατ' ἰδίαν προσεύχεσθαι, καὶ τοῦ τὴν δόξαν ἐκκλίνειν.

« Καὶ ἐγένετο ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν, καὶ αὐτὸς ἦν διδάσκων· καὶ ἦσαν καθήμενοι Φαρισαῖοι καὶ νομοδιδάσκαλοι, οἳ ἦσαν ἐληλυθότες ἐκ πάσης κώμης τῆς Γαλιλαίας, καὶ Ἰουδαίας, καὶ Ἱερουσαλὴμ· καὶ ἡ δύναμις Κυρίου ἦν εἰς τὸ ἰᾶσθαι αὐτούς. Καὶ ἰδοὺ ἄνδρες φέροντες ἐπὶ κλίνης ἄνθρωπον ὃς ἦν παραλελυμένος· καὶ ἐζήτουν αὐτὸν εἰσενεγκεῖν καὶ θεῖναι ἐνώπιον αὐτοῦ· καὶ μὴ εὑρόντες διὰ ποίας εἰσενέγκωσιν αὐτὸν διὰ τὸν ὄχλον, ἀναβάντες ἐπὶ τὸ δῶμα, διὰ τῶν κεράμων

[28] Num. XII, 15.

A et hoc indicans quod sancta ejus caro divinam habeat virtutem, et purificet ac vivificet, utpote quæ sit caro Verbi Dei. Præcepit autem leproso ne cui diceret, nos docens ut ab his, quibus benefeceriмus, laudem non quæramus. Abi autem, inquit, et ostende teipsum sacerdoti, et offer munus in testimonium illis. Lex cavebat a sacerdote probandos leprosos, qui judicaret an purificati essent. Et si quidem intra dies septem purificabatur quis, manebat intra civitatem : sin minus, ejiciebatur. Et hoc est, quod dicit Dominus : « Vade, ostende te sacerdoti, et offer munus. » Quod autem erat munus? Duæ aves. Sed quid **306** est, in testimonium illis? Hoc est, in reprehensionem et condemnationem illorum, ut quando comdemnant me ceu prævaricatorem legis, ex hoc arguantur me non prævaricari quod mandarim ut illis offeratur donum sicut præcepit Moses. Quomodo autem duæ aves illæ offerebantur Domino, non intempestivum fuerit dixisse. O cidebatur una avis, et suscipiebant sanguinem ejus in vase testaceo novo : deinde alterius avis utræque alæ tingebantur in sanguine, et sic dimittebatur avis viva. Præfigurabant autem hæc res Christi. Duæ enim aves duæ naturæ sunt Christi, divina et humana, quarum una occisa est, nempe humana, altera vero dimissa viva. Divina enim impassibilis permansit, uncta sanguine passibilis naturæ et in se passionem suscipiens. Sanguinem autem Domini vas suscepit figulinum novum, populus, inquam, novus ex gentibus, Novi Testamenti capax. Vide autem quod ubi aliquis fuerit a lepra purificatus, tunc denique dignus est offerre Domino donum istud, hoc est, immolare Christum et sacrificare. Nam qui leprosus est et immundus anima, haud dignus fuerit offerre talia dona, hoc est, offerre corpus et sanguinem Domini, quod divinæ naturæ unitum est. Vide autem et hoc quomodo ineffabili excellentia Moysen præcellat Dominus. Moyses enim sororem suam lepra laborantem, quamvis multum oraret, non potuit sanare [28] : Dominus vero sermone solo mundavit leprosum. Observa item et humilitatem Domini, quomodo turba desiderante ut illum tangeret, in solitudinibus magis versabatur placidus, ac orabat : ut nobis in omnibus exemplum præberet et seorsim orandi, et gloriam declinandi.

B

C

D

Vers. 17-26. « Et factum est quodam die, et ipse docebat, eratque Pharisæi sedentes, ac legis doctores, qui venerant ex omni castello Galilææ, et Judææ, et Jerusalem, et virtus Domini aderat ad sanandum eos. Et ecce viri portantes in lecto hominem qui erat paralyticus, et quærebant eum inferre et ponere ante illum. Et non invenientes qua parte illum inferrent præ turba, ascenderunt supra tectum, ac per tegulas demiserunt eum cum lectulo

Digitized by Google

in medium ante Jesum. Quorum fidem ut vidit, dixit illi : Homo, remittantur tibi peccata tua. Et coeperunt cogitare Scribæ et Pharisæi dicentes : Quis est is qui loquitur blasphemias ? Quis potest remittere peccata, nisi solus Deus ? Ut cognovit autem Jesus cogitationes eorum, respondens dixit ad illos : Quid cogitatis in cordibus vestris ? Utrum est facilius dicere : Remittantur tibi peccata tua, an dicere : Surge et ambula ? Ut autem sciatis, quod Filius hominis habeat potestatem in terra remittendi peccata, ait paralytico : Tibi dico, Surge, tolle lectulum tuum, et vade in domum **307** tuam. Isque confestim surgens coram illis, tollebat in quo jacuerat, abiitque in domum suam, glorificans Deum. Et stupor corripuit omnes, et glorificabant Deum, et repleti sunt timore, dicentes : Vidimus incredibilia hodie. » Oportebat Dominum rarius quoddam coram inimicis facere miraculum, proinde sanat hominem difficillimi morbi, ut sanando tantum morbum, sanaret et insanabilem Pharisæorum insaniam. Primum igitur animam sanat, dicens : Remittantur tibi peccata ; ut discamus multas infirmitates a peccatis nasci ; deinde et corpus sanat, visa afferentium fide. Sæpe enim alios propter aliorum servat fidem. Porro Pharisæi dicunt : Cur ille loquitur blasphemias? Quis potest remittere peccata nisi solus Deus ? Hæc autem dicunt, mortis reum condemnantes. Lege enim statutum, ut blasphemans in Deum morte puniretur [29]. Dominus igitur monstrans eis se verum Deum, et non arrogantia illud a se dictum, alio signo illis suadet. Scebat enim quid illi cogitarent. Unde omnino liquidum, eum esse Deum. Dei enim est videre cor; propterea dixit : Quid vobis videtur ? faciliusne remittere peccatum, vel sanare corpus ? Omnino juxta vestram sententiam videtur facilius remittere peccata, ut obscurum, et non reprehensibile, quamvis difficilius sit : sanare autem corpus, ut oculis conspicuum, difficilius videtur, quamvis natura facilius : attamen ego et hoc et illud faciam : et idcirco, cum sanabo corpus, quæ res vobis difficilior videtur, credibilem vobis faciam et animæ sanationem, quæ revera difficilior est, quamvis vobis, quia non videtur, facilis videatur. Vide autem quod super terram remittantur peccata. Quamdiu enim super terram sumus, poterimus delere peccata nostra : at postquam e terra migraverimus, non ultra nobisipsis poterimus per confessionem peccata delere : clausa enim est janua. Diximus de hac clausula in aliis Evangelistis uberius.

καθῆκαν αὐτὸν σὺν τῷ κλινιδίῳ εἰς τὸ μέσον ἔμπροσθεν τοῦ Ἰησοῦ· καὶ ἰδὼν τὴν πίστιν αὐτῶν, εἶπεν αὐτῷ· Ἄνθρωπε, ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου. Καὶ ἤρξαντο διαλογίζεσθαι οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι, λέγοντες· Τίς ἐστιν οὗτος ὃς λαλεῖ βλασφημίας ; Τίς δύναται ἀφιέναι ἁμαρτίας, εἰ μὴ μόνος ὁ Θεός ; Ἐπιγνοὺς δὲ ὁ Ἰησοῦς τοὺς διαλογισμοὺς αὐτῶν, ἀποκριθεὶς εἶπε πρὸς αὐτούς· Τί διαλογίζεσθε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν ; Τί ἐστιν εὐκοπώτερον εἰπεῖν, Ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου, ἢ εἰπεῖν, Ἔγειραι καὶ περιπάτει ; Ἵνα δὲ εἰδῆτε, ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς ἀφιέναι ἁμαρτίας, εἶπε τῷ παραλελυμένῳ· Σοὶ λέγω, ἔγειραι· καὶ ἆρας τὸ κλινίδιόν σου, πορεύου εἰς τὸν οἶκόν σου. Καὶ παραχρῆμα ἀναστὰς ἐνώπιον αὐτῶν, ἆρας ἐφ' ὃ κατέκειτο, ἀπῆλθεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ δοξάζων τὸν Θεόν· καὶ ἔκστασις ἔλαβε πάντας. Καὶ ἐδόξαζον τὸν Θεὸν, καὶ ἐπλήσθησαν φόβου, λέγοντες, ὅτι· Εἴδομεν παράδοξα σήμερον. » Ἔδει, συνηγμένων τῶν ἐχθρῶν, καινότερόν τι τερατουργῆσαι τὸν Κύριον· θεραπεύει οὖν ἄνθρωπον νοσοῦντα νόσον δυσίατον· ἵνα διὰ τοῦ τὸ τοιοῦτον ἰάσασθαι νόσημα καὶ τὴν δυσθεράπευτον τῶν Φαρισαίων μανίαν ἐξιάσηται. Πρῶτον οὖν τὰ τῆς ψυχῆς θεραπεύει, εἰπών· Ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου, ἵνα μάθωμεν, ὅτι τὰ πολλὰ τῶν ἀῤῥωστημάτων ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν τίκτονται· εἶτα καὶ τὰ τοῦ σώματος θεραπεύει, ἰδὼν τὴν πίστιν τῶν προσενεγκάντων. Πολλάκις γὰρ διὰ τὴν ἑτέρων πίστιν ἑτέρους σώζει. Οἱ δὲ Φαρισαῖοί φασι· Τί οὗτος λαλεῖ βλασφημίας ; Τίς δύναται ἀφιέναι ἁμαρτίας εἰ μὴ μόνος ὁ Θεός ; Ταῦτα δὲ λέγουσι, θάνατον αὐτοῦ καταγινώσκοντες. Τὸν γὰρ εἰπόντα βλασφημίαν κατὰ τοῦ Θεοῦ θάνατον ὑπομένειν προσέταττεν ὁ νόμος. Ὁ γοῦν Κύριος δεικνὺς αὐτοῖς, ὅτι ὄντως Θεός ἐστι, καὶ οὐ κομπάζει μάτην, ἀφ' ἑτέρου σημείου πείθει αὐτούς. Ἃ γὰρ ἐκεῖνοι διελογίζοντο, ταῦτα αὐτὸς συνίησιν. Ὅθεν πάντως δῆλον, ὅτι Θεός ἐστι. Θεοῦ γὰρ τὸ εἰδέναι καρδίας. Φησὶν οὖν, Τί δυκεῖ ὑμῖν εὐκοπώτερον, τὸ ἀφιέναι ἁμαρτίας, ἢ τὸ ὑγιάσαι σῶμα ; Πάντως κατὰ τὴν ὑμετέραν ψῆφον τὸ ἀφιέναι ἁμαρτίας δοκεῖ εὐκοπώτερον, ὡς ἀφανὲς καὶ ἀνέλεγκτον, καίτοι δυσκολώτερον ὄν. Τὸ δέ γε θεραπεῦσαι σῶμα δοκεῖ δυσκολώτερον, ὡς φαινόμενον, καίτοι εὐκοπώτερον ὂν τῇ φύσει. Ὅμως ἐγὼ καὶ τοῦτο κἀκεῖνο ποιήσω. Καὶ διὰ τοῦ θεραπεῦσαι τὸ σῶμα, ὃ δοκεῖ ὑμῖν δυσκολώτερον, πιστώσομαι καὶ τὴν θεραπείαν τῆς ψυχῆς, ἥτις εἰ καὶ δύσκολός ἐστι, δοκεῖ ὑμῖν εὔκολον, διὰ τὸ ἀφανές. Ὅρα δὲ ὅτι ἐπὶ τῆς γῆς ἀφίενται αἱ ἁμαρτίαι. Ἕως οὗ γάρ ἐσμεν ἐπὶ τῆς γῆς, δυνάμεθα ἐξαλεῖψαι τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν. Μεθ' ὃ μέντοι τῆς γῆς ἀπαναστῶμεν, οὐκ ἔτι ἡμεῖς αὐτοὶ δυνάμεθα δι' ἐξομολογήσεως ἐξαλεῖψαι τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν. Ἀπεκλείσται γὰρ ἡ θύρα. Εἴπομεν δὲ περὶ ταύτης τῆς περικοπῆς ἐν τοῖς ἑτέροις Εὐαγγελισταῖς πλατύτερον.

Vers. 27-32. « Et post hæc exiit ac vidit publicanum nomine Levi sedentem ad telonium ; et ait illi : Sequere me. Atque is, relictis omnibus, surgens secutus est eum : et fecit ei convivium magnum Levi in domo sua : et erat turba multa publicano-

« Καὶ μετὰ ταῦτα ἐξῆλθε, καὶ ἐθεάσατο τελώνην ὀνόματι Λευῒν, καθήμενον ἐπὶ τὸ τελώνιον. Καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ἀκολούθει μοι. Καὶ καταλιπὼν ἅπαντα, ἀναστὰς ἠκολούθησεν αὐτῷ. Καὶ ἐποίησε δοχὴν μεγάλην ὁ Λευῒν αὐτῷ ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ· Καὶ ἦν ὄχλος

[29] Levit. xxiv ; I Paral. xiii.

Digitized by Google

τελωνῶν πολὺς, καὶ ἄλλων, οἱ ἦσαν μετ' αὐτῶν κατακείμενοι. Καὶ ἐγόγγυζον οἱ Γραμματεῖς αὐτῶν καὶ οἱ Φαρισαῖοι πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, λέγοντες· Διὰ τί μετὰ τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν ἐσθίετε καὶ πίνετε; Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς, εἶπε πρὸς αὐτούς· Οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ὑγιαίνοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες. Οὐκ ἐλήλυθα καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν. » Ὁ μὲν Ματθαῖος ἀπαρακαλύπτως τὸ ἑαυτοῦ ὄνομα ἀνακηρύττει, λέγων· « Εἶδε Ματθαῖον τὸν τελώνην ὁ Ἰησοῦς καθήμενον ἐπὶ τὸ τελώνιον. » Ὁ δὲ Λουκᾶς καὶ ὁ Μάρκος, τιμῶντες τὸν εὐαγγελιστὴν, τὸ ἕτερον αὐτοῦ ὄνομα, τὸ Λευΐν, εἰς μέσον προτιθέασι. Θαύμασον δὲ τοῦ Θεοῦ τὴν φιλανθρωπίαν, πῶς τὰ σκεύη τοῦ πονηροῦ διαρπάζει. Τελώνης γὰρ, σκεῦος τοῦ πονηροῦ, καὶ πονηρὸν θηρίον. Ἴσασιν οἱ πεπειραμένοι τῶν πικρῶν ἀπαιτητῶν. Οὗτοι γὰρ οἱ τελῶναι, οἱ τὰ δημόσια τέλη ὠνούμενοι, ἐφ' ᾧ ἀποκερδῆσαι κατὰ τῶν οἰκείων ψυχῶν. Οὐ μόνον δὲ ἄρα τὸν Ματθαῖον ἐκέρδησεν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἑτέρους τελώνας; οἷς συνειστιᾶτο, κερδῆσαι ἐσπούδαζεν ὁ Κύριος. Διὰ γὰρ τοῦτο καταξιοῖ συνεστιαθῆναι, ἵνα κἀκείνους ὠφελκύσηται. Οἱ Φαρισαῖοι δὲ αἰτιώμενοι αὐτὸν, ὅρα τί ἀκούουσιν; Οὐκ ἐλήλυθα, φησὶ, καλέσαι δικαίους, τουτέστιν, ὑμᾶς τοὺς δικαιοῦντας ἑαυτούς· ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς ἦλθον καλέσαι, οὐχ ἵνα τῇ ἁμαρτίᾳ ἐμμένωσιν, ἀλλ' ἵνα μετανοήσωσι. Καὶ ἄλλως· Οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους. Οὐδὲ γὰρ εὑρίσκω, πάντων ἁμαρτόντων. Ἐπεὶ εἰ ἦν δυνατὸν εὑρεῖν δικαίους, οὐκ ἂν ἦλθον. Ἔστι δὲ τελώνης καὶ πᾶς ὁ τῷ κοσμοκράτορι δουλεύων, καὶ τέλη τῇ σαρκὶ προσφέρων. Ὁ γαστρίμαργος τελεῖ τῇ γαστρὶ βρώματα, ὁ πόρνος, τὴν ῥυπαρὰν μίξιν, καὶ ἄλλος ἄλλο. Ὅταν οὖν ἴδῃ αὐτὸν ὁ Κύριος, τουτέστιν ὁ εὐαγγελικὸς λόγος, καθήμενον ἐπὶ τὸ τελώνιον, τουτέστι, μὴ προκόπτοντα μηδὲ προοδεύοντα καὶ κινούμενον εἰ; πλείονα κακίαν, ἀλλ' οἱονεὶ ἀργοῦντα, τότε ἀναστήσεται ἀπὸ τοῦ κακοῦ καὶ ἀκολουθήσει τῷ Ἰησοῦ, καὶ ὑποδέχεται ἐν τῷ οἴκῳ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ τὸν Κύριον. Οἱ δὲ Φαρισαῖοι, οἱ ἀλαζόνες καὶ ἀποκεκομμένοι δαίμονες, τοῦτο γὰρ ὁ Φαρισαῖος, ἀποκεκομμένος τῶν ἄλλων, γογγύζουσιν, ὅτι τοῖς ἁμαρτωλοῖς συνεσθίει.

« Οἱ δὲ εἶπον πρὸς αὐτόν· Διὰ τί οἱ μαθηταὶ Ἰωάννου νηστεύουσι πυκνὰ καὶ δεήσεις ποιοῦνται, ὁμοίως καὶ οἱ τῶν Φαρισαίων, οἱ δὲ σοὶ ἐσθίουσι καὶ πίνουσιν; Ὁ δὲ εἶπε πρὸς αὐτούς· Μὴ δύνασθε τοὺς υἱοὺς τοῦ νυμφῶνος, ἐν ᾧ μετ' αὐτῶν ἐστιν ὁ νυμφίος, ποιῆσαι νηστεύειν; Ἐλεύσονται δὲ ἡμέραι, καὶ ὅταν ἀπαρθῇ ἀπ' αὐτῶν ὁ νυμφίος, τότε νηστεύσουσιν ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις. Ἔλεγε δὲ καὶ παραβολὴν πρὸς αὐτοὺς, ὅτι Οὐδεὶς ἐπίβλημα ἱματίου καινοῦ ἐπιβάλλει ἐπὶ ἱμάτιον παλαιόν· εἰ δὲ μή γε καὶ τὸ καινὸν σχίζει, καὶ τῷ παλαιῷ οὐ συμφωνήσει τὸ ἐπίβλημα τὸ ἀπὸ τοῦ καινοῦ. Καὶ οὐδεὶς βάλλει οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς παλαιούς· εἰ δὲ μή γε, ῥήξει ὁ νέος οἶνος τοὺς ἀσκοὺς, καὶ αὐτὸς ἐκχυθήσεται, καὶ οἱ ἀσκοὶ ἀπολοῦνται. Ἀλλὰ οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς καινοὺς βλητέον, καὶ ἀμφότερα συντηροῦνται. Καὶ

rum et aliorum qui cum illis accumbebant. Et murmurabant Scribæ et Pharisæi adversus discipulos ejus, dicentes : Quare cum publicanis et peccatoribus editis et bibitis? Respondens Jesus dixit ad illos : Non egent qui sani sunt medico, sed qui male habent. Non veni vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam. » Matthæus nomen suum non tegit, sed clare invulgat dicens : « Vidit Matthæum publicanum Jesus sedentem in telonio [36]; » Lucas vero et Marcus honorantes evangelistam, aliud ejus nomen Levi in medium 308 proponunt. Admirare autem Dei misericordiam, quomodo vasa maligni diripiat. Telones enim vas erat maligni, et mala bestia. Sciunt qui experti sunt quam sint importuni exactores. Publicani enim sunt qui publica vectigalia emunt, quatenus inde damnosum suis animabus quid lucrentur. At non solum Matthæum tunc lucratus est, sed etiam alios publicanos, cum quibus convivabatur, lucrari volebat Dominus. Nam propterea et conviva illorum fit, ut etiam illos attrahat. Vide autem quid dicat Pharisæis ipsum reprehendentibus. Non veni, inquit, vocare justos, hoc est vos, qui vos ipsos justificatis : sed peccatores veni vocare, non ut in peccatis maneant, sed ut pœnitentiam agant. Vel aliter : Non veni vocare justos. Nullos enim invenio, quandoquidem omnes peccant [37]. Quod si possibile esset invenire justos, non venissem. Est autem publicanus omnis, qui mundi domino servit, et tributa carni dat Gulosus ventri tributa dat cibos, scortator fœdum congressum, et alius aliud. Cum igitur illum viderit Dominus, hoc est evangelicus sermo, sedentem in telonio, hoc est non proficere, neque procedere, neque moveri ad majorem malitiam, sed quasi otiosum, tunc resuscitabit a malo, et sequetur ille Jesum, et excipiet in domo animæ Dominum. Pharisæi autem arrogantes et dæmones absecti, Pharisæus enim dicitur qui ab aliis sequestratur, murmurant quod cum peccatoribus comedit.

Vers. 33-39. « At illi dixerunt ad eum : Quare discipuli Joannis jejunant frequenter, et obsecrationes faciunt, similiter et Pharisæorum : tui vero edunt et bibunt? Quibus ipse ait : Num potestis facere ut filii thalami, dum cum illis est sponsus, jejunent? Venient autem dies, et cum ablatus fuerit ab illis sponsus, tunc jejunabunt in illis diebus. Dicebat autem similitudinem ad illos : Nemo immissuram novi vestimenti immittit in vestimentum vetus : alioquin et novum rumpet et veteri non conveniet immissura ex novo. Et nemo mittit vinum novum in utres veteres, alioquin rumpet vinum novum utres, et ipsum effundetur, et utres peribunt. Sed vinum mustum in utres novos mittendum est, et utraque conservantur. Et nemo qui biberit vetus, statim vult novum ; dicit enim : Vetus me-

[36] Matth. IX, 9. [37] Rom. VIII, 20.

Digitized by Google

lius est. » Diximus de his in Matthæo, et nunc dicemus succinctius. Apostolos vocat filios thalami. Adventus enim Domini assimilatur nuptiis, eo quod Ecclesiam in sponsam duxerit. Proinde apostolos jejunare non oportebat : discipuli autem Joannis debebant jejunare, nimirum quia virtutem magister illorum labore parabat. Venit enim, inquit, Joannes neque comedens, neque 309 bibens. Discipuli autem mei qui mecum agunt veluti cum Verbo Dei, non indigent nunc jejunii utilitate : quoniam ex mea conversatione gratiam consecuti sunt, et per me custodiuntur. Ubi autem ego assumptus fuero, et ipsi ad prædicandum missi fuerint, tunc et jejunabunt, et orabunt, utpote ad magna certamina sese præparantes. Vel etiam aliter. Nunc cum infirmi sunt, et a Spiritu sancto nondum innovati, veteribus comparantur utribus et vestimento veteri, haud oportet illos graviori vivendi ratione gravari et onerari, sicut neque veteri vestimento nova additur immissura. Potes sane, ut dixi, per utres veteres intelligere apostolos, utpote infirmos. Potes etiam Pharisæos intelligere, qui utribus assimilantur : quasi diceret Dominus, Mea quidem doctrina vinum est novum : vos autem cum sitis utres veteres, illud capere non potestis : sed vinum vetus bibentes, hoc est veterem traditionem, meam, quæ nova est, non vultis, sed dicitis : Vetus vinum, hoc est vetus Testamentum, melius est.

οὐδεὶς πιὼν παλαιὸν, εὐθέως θέλει νέον, λέγει γάρ· Ὁ παλαιὸς χρηστότερός ἐστιν.» Εἴπομεν περὶ τούτων ἐν τῷ κατὰ Ματθαῖον. Καὶ νῦν δὲ συντετμημένως ἐροῦμεν, ὅτι τοὺς ἀποστόλους υἱοὺς νυμφῶνος ὀνομάζει. Ἡ γὰρ τοῦ Κυρίου παρουσία γάμῳ ἀπεικάζεται. Διότι τὴν Ἐκκλησίαν μνηστευσάμενος ἠγάγετο. Οὐ δεῖ τοίνυν τοὺς ἀποστόλους νηστεύειν νῦν· οἱ μὲν γὰρ τοῦ Ἰωάννου μαθηταὶ ὀφείλουσι νηστεύειν, ἅτε πόνῳ καὶ καμάτῳ τὴν ἀρετὴν κατορθώσαντος διδασκάλου αὐτῶν. Ἦλθε γάρ, φησὶν, Ἰωάννης, μήτε ἐσθίων, μήτε πίνων. Οἱ δὲ ἐμοὶ μαθηταὶ, ὡς τῷ Θεῷ Λόγῳ ἐμοὶ συνόντες, οὐ χρῄζουσι τέως τῆς ἀπὸ τῆς νηστείας ὠφελείας, αὐτόθεν χαριτωθέντες καὶ φυλαττόμενοι ὑπ' ἐμοῦ. Ὅταν δὲ ἐγὼ μὲν ἀναληφθῶ, αὐτοὶ δὲ ἐπὶ τὸ κήρυγμα σταλῶσι, τότε καὶ νηστεύσουσι καὶ προσεύξονται, οἷα εἰς ἀγῶνας μεγάλους ἀποδυθέντες. Καὶ ἄλλως δὲ νῦν ἀσθενεῖς ὄντες, καὶ μήπω καινισθέντες ὑπὸ τοῦ Πνεύματος, ἀσκοῖς ἐοίκασι παλαιοῖς καὶ ἱματίῳ παλαιῷ. Οὐ δεῖ οὖν αὐτοῖς βαρυτέραν τινὰ διαγωγὴν ἐπιφορτισθῆναι, ὥσπερ οὐδὲ ἱματίῳ παλαιῷ ἐπιτίθεται νέον ἐπίβλημα. Δύνασαι μὲν οὖν, ὡς ἔφην, τοὺς ἀποστόλους ἐκλαβέσθαι ἐοικότας ἀσκοῖς παλαιοῖς, οἷα ἔτι ἀσθενεῖς ὄντας. Δύνασαι δὲ καὶ τοὺς Φαρισαίους νοῆσαι τούτοις ἀπεικασθέντας, μονονουχὶ λέγοντος αὐτοῖς τοῦ Κυρίου, ὅτι Ἡ μὲν ἐμὴ διδασκαλία οἶνός ἐστι νέος· ὑμεῖς δὲ ἀσκοὶ ὄντες παλαιοὶ, οὐ δύνασθε δέξασθαι ταύτην, ἀλλὰ πιόντες τὸν παλαιὸν οἶνον, τουτέστι τὴν παλαιὰν παράδοσιν, οὐ θέλετε τὴν νέαν τὴν ἐμὴν, ἀλλὰ λέγετε ὅτι ὁ παλαιὸς οἶνος, τουτέστιν ἡ Παλαιὰ Διαθήκη, χρηστοτέρα ἐστίν.

CAPUT VI.

De discipulis in Sabbato spicas vellentibus. De eo qui aridam habebat manum. De electione apostolorum. De beatitudinibus. Quod oporteat inimicos diligere. De non contendendo cum proximo. Quod neminem liceat judicare.

ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

Περὶ τῶν μαθητῶν τοῦ Χριστοῦ ἐν Σαββάτῳ τιλλόντων τοὺς στάχυας. Περὶ τοῦ ξηρὰν ἔχοντος τὴν χεῖρα. Περὶ τῆς τῶν ἀποστόλων ἐκλογῆς. Περὶ τῶν μακαρισμῶν. Περὶ τοῦ φιλεῖσθαι τοὺς ἐχθρούς. Περὶ τοῦ πρὸς τὸν πλησίον μὴ φιλονεικεῖν. Περὶ τοῦ μὴ δεῖν τὸν πλησίον κρίνειν.

Vers. 1-5. « Accidit autem ut in Sabbato secundo primo transiret per sata, ac vellebant discipuli ejus spicas, edebantque confricantes manibus. Quidam autem Pharisæorum dicebant illis : Quid facitis quod non liceat facere in Sabbatis? Et respondens Jesus ad eos dixit : Ne hoc quidem legistis quod fecit David cum esurisset ipse, et qui cum illo erant? Quomodo intravit in domum Dei, et panes propositionis sumpsit, editque, ac dedit etiam his qui secum erant : quos non licet edere nisi tantum sacerdotibus? Et dicebat illis : Dominus est Filius hominis etiam Sabbati. » Judæi omne festum Sabbatum nominabant. Sabbatum enim quies dicitur. Sæpe igitur occurrebat festum in Parasceve, et vocabant Parascevem Sabbatum propter festum : deinde quod proprie est Sabbatum, nominabant secundoprimum, eo quod sequatur festum et Sabbatum quod præcesserat. Contigit igitur tunc aliquid tale : et Sabbatum illud vocabatur secundoprimum. Atque cum Pharisæi discipulos carpebant quod in Sabbato comedebant evellentes, hoc est aristas abstrahentes : et confricantes, hoc est terentes ma-

« Ἐγένετο δὲ ἐν Σαββάτῳ δευτεροπρώτῳ διαπορεύεσθαι αὐτὸν διὰ τῶν σπορίμων. Καὶ ἔτιλλον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ τοὺς στάχυας, καὶ ἤσθιον ψώχοντες ταῖς χερσί. Τινὲς δὲ τῶν Φαρισαίων εἶπον αὐτοῖς· Τί ποιεῖτε ὃ οὐκ ἔξεστι ποιεῖν ἐν τοῖς Σάββασι; Καὶ ἀποκριθεὶς πρὸς αὐτοὺς εἶπεν ὁ Ἰησοῦς· Οὐδὲ τοῦτο ἀνέγνωτε ὃ ἐποίησε Δαυὶδ, ὁπότε ἐπείνασεν αὐτὸς καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ ὄντες, ὡς εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ, καὶ τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως λαβὼν ἔφαγε, καὶ ἔδωκε τοῖς μετ' αὐτοῦ, οὓς οὐκ ἔξεστι φαγεῖν, εἰ μὴ μόνους τοὺς ἱερεῖς; Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς ὅτι Κύριός ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου καὶ τοῦ Σαββάτου. » Οἱ Ἰουδαῖοι πᾶσαν ἑορτὴν Σάββατον ὠνόμαζον· ἀνάπαυσις γὰρ τὸ Σάββατον· πολλάκις οὖν ἀπήντα ἡ ἑορτὴ ἐν Παρασκευῇ, καὶ ἐκάλουν τὴν Παρασκευὴν Σάββατον διὰ τὴν ἑορτὴν, εἶτα τὸ κυρίως Σάββατον ὠνόμαζον δευτερόπρωτον, ὡς δεύτερον ὄν, προηγησαμένης ἄλλης ἑορτῆς καὶ Σαββάτου. Ἔτυχεν οὖν καὶ τότε γενέσθαι τὸ τοιοῦτον, καὶ ὠνομάζετο δευτερόπρωτον τὸ Σάββατον ἐκεῖνο. Αἰτιωμένοις δὲ τοῖς Φαρισαίοις τοὺς μαθητὰς, ὅτι ἐν τῷ Σαββάτῳ ἤθιον τίλλοντες, τουτέστιν ἀνα-

Digitized by Google

σπῶντες τοὺς στάχυας, καὶ ψώχοντες, ὅ ἐστι τρίβοντες ταῖς χερσὶ, παράγει ὁ Κύριος τὸν Δαυὶδ, πεινάσαντα καὶ φαγόντα τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως. Φεύγων γὰρ τὸν Σαοὺλ, παρεγένετο εἰς Ἀβιάθαρ τὸν ἀρχιερέα, καὶ ἡπάτησεν αὐτὸν λέγων, ὡς ἄρα ὁ βασιλεὺς ἀποστέλλει αὐτὸν ἐπί τι ἀναγκαιότατον ἔργον, καὶ δὴ πεινῶν ἔλαβε μὲν παρὰ τοῦ ἱερέως καὶ τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως, οὓς καθ' ἑκάστην προετίθεσαν δώδεκα ἐπὶ τῆς ἱερᾶς τραπέζης, ἓξ ἐκ δεξιῶν καὶ ἓξ ἐξ εὐωνύμων. Ἔλαβε δὲ καὶ τὴν ῥομφαίαν τοῦ Γολιάθ. Ταύτην τὴν ἱστορίαν εἰπὼν αὐτοῖς ὁ Κύριος, ἐντρέπει αὐτοὺς ἀπὸ τῆς πράξεως τοῦ Δαυὶδ. Εἰ γὰρ τὸν Δαυὶδ, φησὶ, τιμᾶτε, πῶς τοὺς ἐμοὺς κατακρίνετε μαθητάς; Ἄλλως τε, ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, τουτέστιν ἐγὼ, Κύριός εἰμι τοῦ Σαββάτου, ὡς Δημιουργὸς καὶ Ποιητὴς καὶ Δεσπότης, καὶ νομοθέτης, ἐξουσίαν ἔχων καταλύειν τὸ Σάββατον. Υἱὸς γὰρ ἀνθρώπου οὐκ ἄλλος ἂν κληθείη, εἰ μὴ ὁ Χριστὸς, ὃς Υἱὸς Θεοῦ ὤν, παραδόξως κατηξίωσε, καὶ Υἱὸς ἀνθρώπου δι' ἀνθρώπους γενέσθαι καὶ κληθῆναι. Τὸ γὰρ ἐμὲ καὶ σὲ καλεῖσθαι υἱὸν ἀνθρώπου, οὐδὲν καινόν· ἐκεῖνον δὲ ἄξιον καλεῖσθαι Υἱὸν ἀνθρώπου, τὸν παραδόξως ἀνθρωπισθέντα.

A nibus, adducit Dominus David esurientem et comedentem panes propositionis, quos proponebant quotidie. Fugiens enim **310** a Saul veniebat ad Abiathar pontificem, et decepit eum quasi a rege missus esset in opus quoddam necessarium, et esuriens accepit a pontifice etiam panes propositionis, quorum duodecim quotidie super sacram mensam ponebant, sex a dextris, et sex a sinistris. Accepit autem et gladium Goliath. Hanc historiam dixit illis Dominus, et admonet eos a facto David. Nam si Davidem, inquit, honoratis, quomodo meos condemnatis discipulos? Vel aliter, Filius hominis, hoc est, ego, Dominus sum Sabbati, ut Conditor et Factor et Legislator, potestatem habens solvendi Sabbatum. Filius enim hominis non alius vocatus est quam B Christus, qui cum esset Filius Dei, mirabiliter dignatus est Filius hominis propter homines et fieri et vocari. At quod ego et tu dicimur filius hominis, nihil novi. Illum autem dignum est vocari Filium hominis, qui miro modo factus est homo.

« Ἐγένετο δὲ καὶ ἐν ἑτέρῳ Σαββάτῳ εἰσελθεῖν αὐτὸν εἰς τὴν Συναγωγὴν καὶ διδάσκειν. Καὶ ἦν ἐκεῖ ἄνθρωπος, καὶ ἡ χεὶρ αὐτοῦ ἡ δεξιὰ ἦν ξηρά. Παρετήρουν δὲ αὐτὸν οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι, εἰ ἐν τῷ Σαββάτῳ θεραπεύσει, ἵνα εὕρωσι κατηγορίαν κατ' αὐτοῦ. Αὐτὸς δὲ ᾔδει τοὺς διαλογισμοὺς αὐτῶν. Καὶ εἶπε τῷ ἀνθρώπῳ τῷ ξηρὰν ἔχοντι τὴν χεῖρα· Ἔγειραι, καὶ στῆθι εἰς τὸ μέσον. C Ὁ δὲ ἀναστὰς ἔστη. Εἶπεν οὖν ὁ Ἰησοῦς πρὸς αὐτούς· Ἐπερωτήσω ὑμᾶς τι· ἔξεστι τοῖς Σάββασιν ἀγαθοποιῆσαι, ἢ κακοποιῆσαι; ψυχὴν σῶσαι, ἢ ἀπολέσαι; Καὶ περιβλεψάμενος πάντας αὐτοὺς, εἶπεν αὐτῷ· Ἔκτεινον τὴν χεῖρά σου. Ὁ δὲ ἐποίησε, καὶ ἀποκατεστάθη ἡ χεὶρ αὐτοῦ ὑγιὴς ὡς ἡ ἄλλη. Αὐτοὶ δὲ ἐπλήσθησαν ἀνοίας, καὶ διελάλουν πρὸς ἀλλήλους, τί ἂν ποιήσειαν τῷ Ἰησοῦ. » Ὅσα μὲν εἴπομεν ἐν τῷ κατὰ Ματθαῖον, δῆλα· νῦν δὲ τόδε λέγομεν, ὅτι ξηρὰν ἔχει τὴν χεῖρα, ὃς οὐ πράττει τι τῶν τῆς ἀρετῆς ἔργων. Ἡ μὲν γὰρ χεὶρ ἐνεργείας ὄργανον, ὃς δὲ ἐξήρανται ταύτην, ἀργεῖ πάντως. Ὅστις οὖν θέλει ὑγιασθῆναι τὴν χεῖρα, ἐν τῷ Σαββάτῳ ταύτην ὑγιασθήσεται. Οἷον τί λέγω· Οὐκ ἔστιν ἐνεργῆσαί τι τῶν τῆς ἀρετῆς ἔργων, ἐὰν μὴ παυθῇ τις ἀπὸ τῆς κακίας. Ἔκκλινον γὰρ πρῶτον ἀπὸ τοῦ κακοῦ, καὶ τότε ποίησον τὸ ἀγαθόν. Ὅταν οὖν σαββατίσῃς, τουτέστιν, ἀργήσῃς ἀπὸ τῶν τῆς κακίας ἔργων, τότε ἐκτενεῖς σου τὴν χεῖρα ἐπὶ τὰ τῆς ἀρετῆς, καὶ ἀποκαταστήσεταί σοι αὕτη. Εἰκότως δὲ εἶπε τὸ, Ἀποκατεστάθη. Ἦν γὰρ ὅτε ἡ ἀνθρωπίνη φύσις εἶχε τὴν ἐργασίαν τοῦ καλοῦ, καὶ τὴν χεῖρα, τουτέστι τὴν ἐνεργητικὴν δύναμιν, ὑγιᾶ. Εἶτα ἀπολέσασα, χάριτι Χριστοῦ ἀπέλαβε ταύτην, καὶ ἀποκατέστη εἰς τὸ πρώην ἀγαθόν.

Vers. 6-11. « Factum est autem in alio Sabbato ut intraret in Synagogam, ac doceret. Et erat ibi homo, et manus ejus dextra erat arida. Observabant autem eum Scribæ ac Pharisæi an in Sabbato sanaturus esset, ut invenirent unde accusarent eum. Ipse vero sciebat cogitationes eorum, et ait homini qui habebat manum aridam : Surge, et sta in medio. Et surgens stetit. Ait igitur ad illos Jesus : Interrogabo vos, utrum licet Sabbatis benefacere, an malefacere? animam servare, an perdere? Et circumspectis omnibus dixit homini, Extende manum tuam. Ille autem fecit, et restituta est manus ejus sana sicut altera. Ipsi autem repleti sunt amentia, et colloquebantur inter sese quidnam facerent Jesu. » Quæ diximus in Matthæo, manifesta sunt : nunc autem hoc dicimus, quod aridam manum habet, qui nulla virtutum opera facit. Manus enim operandi organum est : cui autem illa arescit, is omnino otiosus est. Si quis igitur manum sanari vult, in Sabbato illam sanctificet. Neque enim potest quis opera virtutum facere, nisi prius a malitia cesset. Declina enim, inquit, primo a malo, et tunc fac D bonum [311]. Itaque quando Sabbatum agis, hoc est, otiosus es ab operibus malis, tunc extendas manum ad opera virtutum, et restituetur ipsa. Et merito dixit, restituta est. Fuit enim quando humana natura habebat vim operandi bonum, ac manum, hoc est operandi efficaciam, sanam : sed posteaquam perdita fuit, gratia Christi illam iterum recepit, et ad priorem sanitatem restituta est.

« Ἐγένετο δὲ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις, ἐξῆλθεν εἰς τὸ ὄρος προσεύξασθαι. Καὶ ἦν διανυκτερεύων ἐν τῇ προσευχῇ τοῦ Θεοῦ. Καὶ ὅτε ἐγένετο ἡμέρα,

Vers. 12-19. « Factum est autem in illis diebus, exiit in montem ad orandum, eratque pernoctans in deprecatione Dei. Et cum dies factus esset, vo-

[311] Psal. xxxvi, 27.

Digitized by Google

cavit discipulos suos, et elegit duodecim ex ipsis quos et apostolos nominavit: Simonem, quem et Petrum nominavit, et Andream fratrem ejus, 311 Jacobum et Joannem, Philippum et Bartholomæum, Matthæum et Thomam, Jacobum Alphæi filium et Simonem, qui vocatur Zelotes, Judam Jacobi et Judam Iscariotem, qui idem fuit proditor. Et descendens cum illis stetit in loco campestri, turbaque discipulorum ejus, et multitudo copiosa plebis ex omni Judæa et Hierusalem, et a maritima Tyro et Sidone: qui venerant ut audirent eum, et sanarentur a morbis suis; et qui vexabantur a spiritibus immundis et sanabantur. Et omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus ab illo exibat et sanabat omnes. » Dominus docet nos ut opera sua imitemur, et sicut ipse fecit, ita et nos faciamus. Ecce oraturus erat, et ascendit in montem. Etenim oportet etiam nos a negotiis otiosos orare, et non in medio multorum, sed pernoctantes, ne statim ut cœperimus, cessemus. Post orationem autem elegit discipulos, ut doceat etiam nos quando quempiam in spirituale ministerium sumus ordinaturi cum precibus hunc eligamus, ut doctis a Deo et ab illo petentibus revelet quis idoneus sit. Assumpsit ergo duodecim, descenditque cum illis de monte; ut eos qui ex urbibus venerant, sanet, et geminis beneficiis prosequatur, in anima scilicet ac corpore. Audi enim quid dicat: Venerunt ut audirent eum, quod ad animæ curam pertinebat: et sanarentur a morbis suis, hoc de corporibus dicit. Etenim virtus ab illo egrediebatur, et sanabat omnes. Nam prophetæ et alii sancti non habebant virtutem a se egredientem. Non enim fuerunt ipsi fontes virtutum. At Dominus habuit virtutem a se egredientem, quandoquidem ipse fons virtutum. Et ita prophetæ ac sancti virtutem suam superne acceperunt.

VERS. 20-26. « Et ipse attollens oculos suos in discipulos, dicebat: Beati pauperes, quia vestrum est regnum Dei. Beati qui esuritis nunc, quia saturabimini. Beati qui fletis nunc, quia ridebitis. Beati eritis cum vos oderint homines, et separaverint vos, et exprobraverint, et ejecerint nomen vestrum tanquam malum propter Filium hominis. Gaudete in illo die et exsultate: ecce enim merces vestra multa est in cœlis. Secundum hæc enim faciebant prophetis patres eorum. Verumtamen væ vobis divitibus, quia habetis consolationem vestram. Væ vobis qui saturati estis nunc, quia esurietis. Væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis et flebitis. Væ cum laudaverint vos omnes homines. Secundum hæc enim faciebant pseudoprophetis patres eorum. » Postquam ordinavit discipulos, per beatitudines et doctrinas in ordinem magis spiritualem inducit ac componit. Nam ad illos se vertens sermonem facit. Et primum beatos dicit pauperes, 312 sive humiles intelligere volueris, sive a pecuniæ cupiditate alienos. Et omnes beatitudines simpliciter frugali-

Vers. 23, 24. « Et conversus ad discipulos, dixit: Omnia mihi tradita sunt a Patre meo, et nemo scit quis sit Filius nisi Pater, et quis sit Pater nisi Filius, et cui voluerit Filius aperire. Et conversus ad discipulos seorsum, dixit: Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Dico enim vobis quod multi prophetæ et reges voluerunt videre quæ vos videtis, et non viderunt: et audire quæ auditis, et non audierunt. » Omnia traduntur Filio a Patre, sicut subjicienda fuerunt Filio omnia. Duo enim modi sunt quibus regnat in nobis Deus: unus quo regnat in his qui nolunt; alius, in his qui volunt: ut exempli gratia quid dicam, Deus Dominus meus est etiamsi nolim, quia Conditor meus est. Est autem iterum Dominus meus, quando servando mandata ejus, voluntatem ejus impleo, gratus servus factus. Prius quidem humana natura serviebat, et subdita erat **347** Deo etiamsi nollet, etiamsi Satanæ ministraret. Postquam autem Christus pro nobis suscepit bellum, et nos a diaboli tyrannide extractos, ministros suos et mandatorum suorum operarios fecit, tunc facti sumus servi grati et natura et voluntate. Prior enim servitus naturæ tantum erat, secunda vero etiam voluntatis. Hoc igitur est quod nunc dicit Dominus, quia [Omnia mihi tradita sunt a Patre meo, hoc est, omnia mihi subjicienda sunt, et sub potestatem meam redigenda. Simile autem est hoc

Digitized by Google

ei quod alicubi dictum : « Data est mihi omnis potestas in cœlo et in terra [45]. » Quia enim pacificavit omnia tam quæ in cœlo quam quæ in terra, talia dicit. Et aliter : « Omnia traduntur Filio a Patre [46], » omnia opera quæ incarnatus pro nobis fecit. Quia enim neque Pater neque Spiritus pro nobis vel incarnatus est, vel passus, vel resurrexit, sed Filius hæc omnia tulit, et dux salutis nostræ factus est : idcirco dixit omnia tradita ipsi esse : veluti si dixisset, Pater meus mihi concredidit omnia, incarnari, pati, resurgere, salvare naturam repulsam. Et nullus scit Filium nisi Pater, et quis sit Pater, nisi Filius. Postquam autem dicit : Omnia mihi concredita sunt, quasi dubium quoddam nunc solvit. Nè enim quis dubitet, Et cujus gratia tibi tradita sunt omnia, et non alteri, fortassis angelo vel archangelo ? dicit, quod Propterea mihi tradidit, eo quod ejusdem naturæ et substantiæ sum cum eo. Et sicut illum nullus scit, ita neque me nisi Pater solus : et ita merito mihi tradidit omnia ut ejusdem naturæ secum, omnemque cognitionem transcendenti, sicut etiam ipse supra omnem cognitionis vim est. Etenim Pater, inquit, a solo Filio cognoscitur, et cui Filius voluerit revelare. Vide autem quod Filius quidem non per revelationem cognoscat Patrem, creaturæ autem per revelationem : gratia enim accipiunt scientiam : non igitur creatus est Filius. Conversus vero ad discipulos, beatos illos dicit, et omnes quoque qui cum fide ipsum in carne ambulantem vident et miracula operantem. Etenim prophetæ prisci et reges desideraverunt quidem in carne videre Dominum et audire eum ; sed non contingit eis. Et aliter, Quia supra dixit : Cui Filius revelaverit, ille scit Patrem : beatos nunc dicit discipulos, quod sua revelatione ista eis contingant. Revelavit enim eis Patrem per se. Ipsum enim videns, videt Patrem : quod bonum nullus ex sanctis qui ante incarnationem ejus fuerunt, obtinuit, quia non viderunt Dominum in carne, per quem Pater cognosceretur ; unde neque Patrem sic viderunt ut apostoli. τὸν Πατέρα δι' αὐτοῦ. Ὁ γὰρ αὐτὸν ὁρῶν, ἑώρα τὸν Πατέρα. Τούτου δὲ τοῦ ἀγαθοῦ οὐδεὶς τῶν πρὸ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας ἁγίων ἐπέτυχεν· ἐπεὶ γὰρ οὐκ εἶδον τὸν Κύριον ἐν σαρκὶ, δι' οὗ ὁ Πατὴρ ἐγνωρίζετο, λοιπὸν οὐδὲ τὸν Πατέρα εἶδον οὕτως ὡς οἱ ἀπόστολοι.

Vers. 25-28. « Et ecce quidam legisperitus surrexit tentans illum, et dicens : Magister, quid faciendo vitam æternam possidebo ? At ille dixit **348** ad eum : In lege quid scriptum est ? quomodo legis ? Ille respondens dixit : Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex totis viribus tuis, et ex tota mente tua : et proximum tuum sicut teipsum. Dixitque illi : Recte respondisti, hoc fac, et vives. » Arrogans quidam legisperitus fuit, imo superbus, ut ex his quæ sequuntur manifestum est, insuper et dolosus. Accedit itaque tentans Dominum. Opinabatur enim quod ex responsis supplantare Dominum posset. Sed Dominus illum ad legem ducit, in qua

τοῦ Πατρός μου, τουτέστι, πάντα μοι ὑποταγῆναι μέλλει, καὶ ὑπὸ τὴν ἐμὴν δεσποτείαν μεταπεσεῖν. Ὅμοιον δὲ τοῦτο τῷ ἀλλαχοῦ ῥηθέντι, « Ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς. » Ἐπεὶ γὰρ εἰρηνοποίησε τὰ πάντα τά τε ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς, διὰ τοῦτο τοιαῦτα λέγει. Καὶ ἄλλως δὲ, Πάντα παραδίδονται τῷ Υἱῷ ὑπὸ τοῦ Πατρὸς, πάντα τὰ τῆς ὑπὲρ ἡμῶν οἰκονομίας ἔργα. Ἐπειδὴ γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν οὔτε ὁ Πατὴρ, οὔτε τὸ Πνεῦμα ἢ ἐσαρκώθη, ἢ ἔπαθεν, ἢ ἀνέστη, ἀλλ' ὁ Υἱὸς ταῦτα πάντα ἐνήργησε, καὶ ἀρχηγὸς τῆς σωτηρίας ἡμῶν ἐγένετο, διὰ τοῦτο εἶπε πάντα παραδεδόσθαι αὐτῷ, ὥσπερ ἂν εἰ ἔλεγεν· Ὁ Πατήρ μου ἐμοὶ ἐνεπίστευσε πάντα, τὸ σαρκωθῆναι, τὸ παθεῖν, τὸ ἀναστῆναι, τὸ σῶσαι τὴν ἀπωσθεῖσαν φύσιν, καὶ οὐδεὶς γινώσκει τὸν Υἱὸν εἰ μὴ ὁ Πατὴρ, καὶ τίς ἐστιν ὁ Πατὴρ, εἰ μὴ ὁ Υἱός· ἐπειδὴ εἶπεν ὅτι, Πάντα μοι παρεδόθη, ὡσανεὶ ἀπορίαν τινὰ λύει νῦν. Ἵνα γὰρ μή ἀπορῇ τις, Καὶ τίνος ἕνεκά σοι παρέδωκε πάντα καὶ οὐχ ἑτέρῳ, τυχὸν ἀγγέλῳ, ἢ ἀρχαγγέλῳ ; φησὶν, ὅτι Διὰ τοῦτό μοι παρέδωκε, διότι ὁμοφυής αὐτῷ εἰμι καὶ ὁμοούσιος. Καὶ ὥσπερ ἐκεῖνον οὐδεὶς γινώσκει, οὕτως οὐδὲ ἐμὲ, εἰ μὴ ὁ Πατὴρ μόνος, ὥστε εἰκότως μοι παρέδωκε πάντα, ὡς ὁμοφυεῖ αὐτῷ, καὶ πᾶσαν ὑπερκειμένῳ γνῶσιν, ὥσπερ καὶ αὐτὸς πάσης γνώσεως ἐπέκεινα. Καὶ γὰρ καὶ ὁ Πατὴρ, φησὶ, διὰ τοῦ Υἱοῦ μόνου γινώσκεται, καὶ ᾧ ἂν βουληθῇ ἀποκαλύψαι ὁ Υἱός. Ὅρα δὲ πῶς ὁ μὲν Υἱὸς οὐ δι' ἀποκαλύψεως γινώσκει τὸν Πατέρα, οἱ δὲ κτιστοὶ δι' ἀποκαλύψεως· χάριτι γὰρ λαμβάνουσι τὴν γνῶσιν· οὐκ ἄρα κτιστὸς ὁ Υἱός. Στραφεὶς δὲ πρὸς τοὺς μαθητὰς, μακαρίζει αὐτοὺς, καὶ πάντας ἁπλῶς τοὺς βλέποντας, μετὰ πίστεως δηλονότι, ἐν σαρκὶ περιπατοῦντα αὐτὸν καὶ θαυματουργοῦντα. Καὶ γὰρ οἱ πάλαι προφῆται καὶ βασιλεῖς ἐπεθύμησαν μὲν ἰδεῖν ἐν σαρκὶ τὸν Κύριον, καὶ ἀκοῦσαι αὐτοῦ, ἀλλ' οὐκ ἔτυχον τούτου. Καὶ ἄλλως δὲ, Ἐπεὶ εἶπεν ἄνω, ὅτι ὯΙ ἂν ὁ Υἱὸς ἀποκαλύψῃ, ἐκεῖνος γινώσκει τὸν Πατέρα, μακαρίζει λοιπὸν τοὺς μαθητὰς ὡς τῆς ἀποκαλύψεως ταύτης τυχόντας. Ἀπεκάλυπτε γὰρ αὐτοῖς

« Καὶ ἰδοὺ νομικός τις ἀνέστη, ἐκπειράζων αὐτὸν, καὶ λέγων· Διδάσκαλε, τί ποιήσας ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω ; Ὁ δὲ εἶπε πρὸς αὐτόν· Ἐν τῷ νόμῳ τί γέγραπται ; πῶς ἀναγινώσκεις ; Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν· Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας σου, καὶ τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν. Εἶπε δὲ αὐτῷ· Ὀρθῶς ἀπεκρίθης· τοῦτο ποίει, καὶ ζήσῃ. » Ἀλαζών τις ἦν ὁ νομικὸς, μᾶλλον δὲ ὑπερήφανος, ὡς ἐκ τῶν ἑξῆς δείκνυται, οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ δόλιος. Πρόσεισι γοῦν ἐκπειράζων τὸν Κύριον. Ἤλπετο γὰρ ὡς ὑποσκελίσει αὐτὸν, ἐξ ὧν ἂν πρὸς αὐτὸν ἀποκριθείη. Ἀλλ' ὁ Κύριος ἐπὶ τὸν νόμον αὐτὸν ἀπάγει, ἐφ' ᾧ

[45] Matth. xxviii, 18. [46] Matth. xiii, 3.

Digitized by Google

μέγα ἐβρενθύετο. Ὅρα δὲ τὴν τοῦ νόμου ἀκρίβειαν, πῶς κελεύει ἀγαπᾷν τὸν Θεόν. Ὁ ἄνθρωπος τελειότερόν ἐστι πάντων τῶν κτισμάτων, μετέχων μὲν καὶ αὐτῶν πάντων, ἔχων δέ τι καὶ ἐξαίρετον, οἷόν τι λέγω· Μετέχει καὶ τοῦ λίθου· ἔχει γὰρ τρίχας, ὄνυχας, ἀναίσθητα ὄντα, ὥσπερ ὁ λίθος. Μετέχει καὶ τοῦ φυτοῦ, καθὸ αὔξεται, καὶ τρέφεται, καὶ γεννᾷ τὸ ὅμοιον, ὥσπερ καὶ τὰ φυτά. Μετέχει καὶ τῶν ἀλόγων, καθὸ ἔχει τὰς αἰσθήσεις, καὶ θυμοῦται, καὶ ἐπιθυμεῖ. Μετέχει δὲ καὶ Θεοῦ παρὰ πάντα τὰ ἄλλα ζῶα, κατὰ τὴν νοερὰν ψυχήν. Θέλων οὖν δεῖξαι ὁ νόμος, ὅτι δεῖ τὸν ἄνθρωπον ὅλον δι' ὅλου ἑαυτὸν, δοῦναι Θεῷ, καὶ πάσας τὰς ψυχικὰς δυνάμεις εἰς τὴν ἀγάπην τοῦ Θεοῦ ἀναλῶσαι, διὰ μὲν τοῦ εἰπεῖν, ἐξ ὅλης τῆς καρδίας, τὴν σωματικωτέραν καὶ τὴν τοῖς φυτοῖς οἰκείαν ἐδήλωσε δύναμιν. Διὰ δὲ τοῦ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς, τὴν μέσην καὶ τοῖς αἰσθητικοῖς ἁρμόζουσαν. Διὰ δὲ τοῦ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας, τὸ ἰδιαίτατον τοῦ ἀνθρώπου τὴν νοερὰν ψυχὴν κατεμήνυσε. Τὸ δὲ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος, εἰς πάντα ταῦτα δεῖ ἡμᾶς ἔλκειν. Δεῖ γὰρ ἡμᾶς καὶ τὴν φυτικὴν δύναμιν τῆς ψυχῆς ὑποτάττειν τῇ ἀγάπῃ τοῦ Χριστοῦ. Ἀλλὰ πῶς; Ἰσχυρῶς, ἀλλὰ μὴ ἐκλελυμένως. Καὶ τὴν αἰσθητικὴν, καὶ ταύτην ἰσχυρῶς, καὶ τὴν νοεράν, καὶ ταύτην ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος. Ὥστε ὅλους ἑαυτοὺς ὀφείλομεν διδόναι Θεῷ, καὶ ὑποτάττειν, καὶ τὴν ὀρεπτικὴν, καὶ τὴν αἰσθητικὴν καὶ διανοητικὴν ἡμῶν δύναμιν τῇ ἀγάπῃ τοῦ Θεοῦ. Καὶ τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν. Ὁ νόμος οὔπω τὰ τέλεια δυνάμενος διδάσκειν διὰ τὸ νηπιώδες τῶν ἀκουόντων, τὸν πλησίον ἀγαπᾷν προτρέπεται ὡς ἑαυτόν. Ὁ δὲ Χριστὸς καὶ ὑπὲρ ἑαυτὸν ἀγαπᾷν τὸν πλησίον ἐδίδαξε· Μείζονα γὰρ ταύτης ἀγάπην, φησὶ, οὐκ ἔχει τις δεῖξαι, ἢ ἵνα τις τὴν ψυχὴν αὐτοῦ θῇ ὑπὲρ τῶν φίλων αὐτοῦ. Λέγει οὖν πρὸς τὸν νομικόν· Ὀρθῶς ἀπεκρίθης. Ἐπεὶ γὰρ, φησὶν, ἔτι τῷ νόμῳ ὑπόκεισαι, ὀρθῶς ἀπεκρίνῃ· κατὰ τὸν νόμον γὰρ φρονεῖς.

A mire gloriabatur. Vide autem quanto studio jubeat lex Deum amare. Homo creaturarum omnium est perfectissimus et particeps naturæ omnium, et præterea quiddam sublimius habens. Ut exempli gratia quid dicam: Particeps est naturæ lapidis: habet enim capillos et ungues, quæ insensata sunt, quemadmodum lapis. Particeps est et naturæ plantarum, secundum quod crescit et nutritur, ac gignit sibi simile (*a*), sicut et plantæ. Particeps est et naturæ brutorum, secundum quod habet sensus, et irascitur, et concupiscit. Particeps est autem et Dei juxta rationalem animam, supra omnia alia animantia. Itaque lex ostendere volens quod homo debeat sese totum tradere Deo, et omnes animales virtutes insumere in dilectionem Dei, eo quidem B quod dixit, ex toto corde, crassiorem et plantis propriam declaravit virtutem. Dicendo autem, ex tota anima, mediam ostendit, et sensatis congruentem. Per hoc autem quod dicit, ex tota mente, homini maxime propriam vim significavit, animam rationalem. Porro quod dicit, ex tota fortitudine, ad omnia hæc trahendum. Oportet enim nos et naturalem ac vegetativam virtutem subjicere dilectioni Christi. Sed quomodo? Fortiter et non dissolute. Et sensitivam, atque illam fortiter. Denique et rationalem, atque illam ex tota virtute. Atque ita debemus nos totos dare Deo, subjicereque et nutritivam, et sensitivam, et rationalem nostram virtutem dilectioni Dei. Et proximum tuum sicut C teipsum. Lex nondum valens perfecta docere ob auditorum puerilitatem, proximum diligere hortatur ut seipsum. Christus autem et plusquam seipsum diligere proximum docuit. Majorem enim hac dilectionem, inquit, nemo exhibere potest, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Dicit igitur ad legisperitum, Recte respondisti. Quia enim, dicere vult, legi adhuc subjectus es, recte respondisti; juxta legem enim sapis.

« Ὁ δὲ θέλων δικαιοῦν ἑαυτὸν, εἶπε πρὸς τὸν Ἰησοῦν· Καὶ τίς ἐστι μου πλησίον; Ὑπολαβὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν· Ἄνθρωπός τις κατέβαινεν ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ εἰς Ἰεριχὼ, καὶ λῃσταῖς περιέπεσεν, οἳ καὶ ἐκδύσαντες αὐτὸν, καὶ πληγὰς περιθέντες, ἀπῆλθον, ἀφέντες ἡμιθανῆ τυγχάνοντα. Κατὰ συγκυρίαν δὲ ἱερεύς τις κατέβαινεν ἐν τῇ ὁδῷ ἐκείνῃ, D καὶ ἰδὼν αὐτὸν ἀντιπαρῆλθεν. Ὁμοίως δὲ καὶ Λευίτης γενόμενος κατὰ τὸν τόπον ἐλθὼν, καὶ ἰδὼν αὐτὸν ἀντιπαρῆλθε. Σαμαρείτης δὲ ὁδεύων ἦλθε κατ' αὐτὸν, καὶ ἰδὼν ἐσπλαγχνίσθη, καὶ προσελθὼν κατέδησε τὰ τραύματα αὐτοῦ, ἐπιχέων ἔλαιον καὶ οἶνον. Ἐπιβάσας δὲ αὐτὸν ἐπὶ τὸ ἴδιον κτῆνος, ἤγαγεν αὐτὸν εἰς πανδοχεῖον, καὶ ἐπεμελήθη αὐτοῦ. Καὶ ἐπὶ τὴν αὔριον ἐξελθὼν, ἐκβαλὼν δύο δηνάρια ἔδωκε τῷ πανδοχεῖ, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ἐπιμελήθητι αὐτοῦ καὶ ὅ τι ἂν προσδαπανήσῃς, ἐγὼ ἐν τῷ ἐπανέρχεσθαί με, ἀποδώσω σοι. Τίς οὖν τῶν τριῶν πλησίον δοκεῖ σοι γεγονέναι τοῦ ἐμπεσόντος εἰς τοὺς λῃστάς; Ὁ

Vers. 29-37. « Ille autem volens justificare seipsum, dixit ad Jesum: Et quis est meus proximus? Respondens autem Jesus, dixit: Homo quidam descendebat ab Hierosolymis in Hiericho, et incidit in latrones, qui etiam despoliaverunt eum vestibus, ac vulneribus inflictis abierunt semimortuo **349** delicto. Accidit autem ut sacerdos quidam descenderet eadem via, visoque illo præteriit. Similiter et Levita cum iret juxta locum, ac vidisset eum, præteriit. Samaritanus autem quidam iter faciens, venit ad eum: et viso eo, misericordia motus est, et accedens alligavit vulnera ejus, infundens oleum ac vinum: et imponens illum in suum jumentum, duxit in diversorium, et curam ejus egit. Et postero die egrediens, depromptos duos denarios dedit hospiti, et ait ei: Curam illius habe; et quodcunque præterea insumpseris, ego cum rediero reddam tibi. Quis ergo horum trium videtur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones? At ille dixit: Qui exer-

(*a*) Edit. Lut. non habet, *ac gignit sibi simile.*

Digitized by Google

cum misericordiam in illum. Ait igitur illi Jesus: Vade, et tu fac similiter. » Laudatus a Salvatore legisperitus, prodidit insolentiam animi. Dixit enim: Et quis est meus proximus? Existimabat enim se justum esse, nullumque habere sibi similem et proximum virtute: putans solum justum justo proximum esse. Proinde volens justificare seipsum, et extolli super omnes homines, insolescens, inquit: Et quis est proximus meus? Salvator autem, quoniam Conditor ipse erat, sciens nos omnes unam creaturam, non operibus neque dignitatibus, sed natura definit proximum. Ne igitur putes, inquit, quia justus es, quod nullus tibi similis sit. Omnes enim qui ejusdem naturæ sunt, proximi tui sunt. Sis igitur vicissim et tu illis proximus: non loco, sed affectione et studio erga illos. Idcirco et Samaritanum introducit in exemplum, ut tibi monstret quod licet hic vita discreparet, proximus tamen ei erat qui miseratione dignus. Sic et tu compassione proximum te illi exhibe, et sponte ac non vocatus in illius subsidium curre. Docemur igitur et hoc loco per parabolam ut parati simus ad misericordiam, et conemur esse proximi his qui indigent nostro subsidio. Docet autem et quanta Dei bonitas erga homines. Descendebat enim humana natura a Hierusalem, hoc est, a tranquilla et pacifica vita. Hierusalem enim interpretatur visio pacis. Quo autem descendebat? In Hiericho humilem, concavam, et æstu suffocantem, hoc est, vitam affectionibus plenam. Vide autem quod non dixerit, descendit, sed descendebat. Semper enim humana natura ad inferiora proclivis est, non semel, sed semper vitæ affectionibus deditæ vacans. Incidit autem in latrones, hoc est dæmones. Nisi quis a cogitationibus sublimibus descenderit, non incidit in dæmones, qui exuto homini et spoliato vestibus virtutum, tunc plagas inferunt peccati. Primum enim denudant nos omni bona cogitatione et visitatione Dei: deinde plagas peccati inferunt. Porro naturam humanam semimortuam reliquerunt: vel quod anima immortalis, corpus autem mortale, **350** et ita dimidium hominis morti subditum est: vel quod non omnino desperata erat humana natura. In Christo enim salutem se habituram esse sperabat. Itaque non mortua erat omnino: sed propter ruinam Adæ mors in mundum intravit [47]: propter Christi autem justificationem mors abolenda erat. Per sacerdotem vero et Levitam, legem intellige et prophetas. Illi enim volebant justificare humanam naturam, sed non potuerunt. Impossibile enim, inquit Paulus, sanguinem taurorum et hircorum tollere peccatum [48]. Miserti itaque sunt hominis, et de ejus sanitate cogitarunt. Deinde plagarum magnitudine victi, ad posteriora iterum regressi sunt. Hoc enim significat ἀντιπαρελθεῖν. Venit enim, inquit, lex, et astitit jacenti: deinde non valens sanare, reversa est, hoc enim significat ἀντιπαρ-

A δὲ εἶπεν· Ὁ ποιήσας τὸ ἔλεος μετ' αὐτοῦ. Εἶπεν οὖν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Πορεύου, καὶ σὺ ποίει ὁμοίως. » Ἐπαινεθεὶς ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος ὁ νομικὸς, τὴν ἀλαζονείαν ἐξέῤῥηξεν. Εἶπε γάρ· Καὶ τίς ἐστί μου πλησίον; Ὅετο γὰρ ὅτι δίκαιος ὢν, οὐδένα ἔχειν ὅμοιον ἑαυτῷ, καὶ πλησιάζοντα κατὰ τὴν ἀρετήν. Πλησίον γὰρ μόνον ἤλπιζεν εἶναι τὸν δίκαιον τῷ δικαίῳ. Θέλων οὖν δικαιοῦν ἑαυτὸν καὶ ὑπεραίρειν πάντων ἀνθρώπων, ἀλαζονευόμενός φησι· Καὶ τίς ἐστί μου πλησίον; Ὁ δὲ Σωτὴρ, ἅτε δὴ Ποιητὴς ὢν, καὶ εἰδὼς πάντας ἓν πλάσμα, οὐ ταῖς πράξεσιν, οὐδὲ τοῖς ἀξιώμασιν, ἀλλὰ τῇ φύσει ὁρίζεται τὸν πλησίον. Μὴ γὰρ νόμιζε, φησὶν, ὅτι ἐπειδὴ δίκαιος εἶ, οὐδείς σοί ἐστιν ὅμοιος. Πάντες γὰρ οἱ τῆς αὐτῆς φύσεως κεκοινωνηκότες πλησίον σού εἰσι. Γενοῦ τοίνυν καὶ
B αὐτὸς πλησίον αὐτοῖς, οὐ τῷ τόπῳ, ἀλλὰ τῇ διαθέσει καὶ τῇ εἰς αὐτοὺς ἐπιμελείᾳ. Διὸ καὶ τὸν Σαμαρείτην εἰσάγω σοι πρὸς ὑπόδειγμα, ἵνα σοι δείξω, ὅτι ὥσπερ οὗτος διαφέρων τῷ βίῳ, ὅμως πλησίον γέγονε τοῦ ἀξίου ἐλεηθῆναι, οὕτω καὶ σὺ δεῖξον σεαυτὸν πλησίον τῇ συμπαθείᾳ, καὶ αὐτόκλητος ἐπὶ τὴν βοήθειαν βάδιζε. Διδασκόμεθα οὖν καὶ ταῦτα διὰ τῆς παραβολῆς ταύτης, τὸ ἑτοίμους εἶναι πρὸς ἔλεον, καὶ σπεύδειν πλησίον γίνεσθαι τῶν δεομένων τῆς παρ' ἡμῶν βοηθείας. Διδασκόμεθα δὲ καὶ τὴν περὶ τὸν ἄνθρωπον ἀγαθότητα τοῦ Θεοῦ. Κατέβαινε γὰρ ἡ ἀνθρωπίνη φύσις ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ, τουτέστι τῆς ἀστασιάστου καὶ εἰρηναίας διαγωγῆς. Ὅρασις γὰρ εἰρήνης ἑρμηνεύεται ἡ Ἱερουσαλήμ. Ποῦ δὲ
C κατέβαινεν; Εἰς τὴν Ἱεριχὼ, τὴν κοίλην καὶ χθαμαλὴν καὶ τῷ καύματι πνιγηράν, τουτέστι, τὴν ἐμπαθῆ ζωήν. Ὅρα δὲ, οὐκ εἶπεν ὅτι Κατέβη, ἀλλὰ, Κατέβαινεν. Ἀεὶ γὰρ ἡ ἀνθρωπίνη φύσις ἐπὶ τὰ κάτω ἕνευεν, οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ δι' ὅλου τῷ ἐμπαθεῖ βίῳ προσέχουσα. Περιέπεσε δὲ λῃσταῖς, τοῖς δαίμοσιν. Εἰ μὴ γὰρ καταβῇ τις ἀπὸ τοῦ ὕψους τῆς διανοίας, οὐ περιπίπτει τοῖς δαίμοσιν· οἱ ἐκδύσαντες τὸν ἄνθρωπον, καὶ στερήσαντες τῶν τῆς ἀρετῆς ἱματίων, τότε τὰς πληγὰς ἐπέθηκαν τῆς ἁμαρτίας. Πρότερον γὰρ ἀπογυμνοῦσιν ἡμᾶς παντὸς ἀγαθοῦ λογισμοῦ, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ σκέπης, εἶθ' οὕτως τὰς πληγὰς τῆς ἁμαρτίας ἐπιβάλλουσιν. Ἡμιθανῆ δὲ κατέλειψαν τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, ἢ διότι ἡ ψυχὴ ἀθάνατος, τὸ δὲ σῶμα θνητόν· ὥστε τὸ ἥμισυ τοῦ
D ἀνθρώπου τῷ θανάτῳ ὑπαχθῆναι· ἢ διότι οὐ πάντη ἦν ἀπεγνωσμένη ἡ ἀνθρωπίνη φύσις· ἐν γὰρ Χριστῷ τὴν σωτηρίαν ἔξειν ἠλπίζετο. Ὥστε οὐκ ἐτεθανάτωτο παντελῶς, ἀλλ' ὅσον μὲν ἐπὶ τῷ τοῦ Ἀδὰμ παραπτώματι θάνατος εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθεν· ὅσον δὲ ἐπὶ τῷ τοῦ Χριστοῦ δικαιώματι ὁ θάνατος ἔμελλε καταργεῖσθαι. Ἱερέα δὲ καὶ Λευίτην, τὸν νόμον μοι νόει καὶ τοὺς προφήτας. Οὗτοι γὰρ ἠβούλοντο μὲν δικαιῶσαι τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, ἀλλ' οὐκ ἠδυνήθησαν δέ. Ἀδύνατον γὰρ, φησὶν ὁ Παῦλος, αἷμα ταύρων καὶ τράγων ἀφελεῖν ἁμαρτίας. Ἠλέησαν μὲν οὖν τὸν ἄνθρωπον, καὶ θεραπεῦσαι διενοήθησαν. Εἶτα τῇ τῶν πληγῶν ἐπικρατείᾳ νικηθέντες, εἰς τοὐπίσω

[47] Rom. v, 12. [48] Hebr. x, 4.

Digitized by Google

πάλιν ὑπεχώρησαν. Τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ ἀντιπαρελθεῖν. Ἦλθε μὲν γὰρ ὁ νόμος, καὶ ἐπέστη τῷ κτισμένῳ, εἶτα μὴ ἰσχύων θεραπεῦσαι, ἀπεστράφη. Ὅπερ ἐστὶ τὸ ἀντιπαρῆλθεν. Ὅρα δὲ τὸ κατὰ συγκυρίαν, τίνα νοῦν ἔχει. Τῷ ὄντι γὰρ ὁ νόμος οὐ προηγουμένως ἐδόθη, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν, μὴ δυναμένην ἐξ ἀρχῆς δέξασθαι τὸ κατὰ Χριστὸν μυστήριον. Διὰ τοῦτό φησιν, ὅτι Ὁ ἱερεὺς, τουτέστιν ὁ νόμος, κατὰ συγκυρίαν, ὅπερ εἰώθαμεν λέγειν κατὰ σύμβαμα, ἀλλ' οὐ προηγουμένως, ἦλθεν εἰς τὸ θεραπεῦσαι τὸν ἄνθρωπον. Ἀλλ' ὁ Κύριος καὶ Θεὸς ἡμῶν, ὁ δι' ἡμᾶς κατάρα γενόμενος, καὶ Σαμαρείτης ἀκούσας, ὁδεύων, τουτέστιν, αὐτὸ τοῦτο πρόφασιν ὁδοῦ ποιησάμενος, καὶ τὸν σκοπὸν θέμενος, τὸ ἡμᾶς θεραπεῦσαι, ἀλλ' οὐ παροδεύων, καὶ ἐκ παρέργου ἐπισκεψάμενος ἡμᾶς, ἦλθεν εἰς ἡμᾶς, συναναστραφεὶς ἡμῖν, καὶ ὁμιλήσας ἀφαντάστως. Κατέδησεν οὖν εὐθὺς τὰ τραύματα, μὴ ἐάσας τὴν κακίαν ἐπὶ πλέον ἄνετον εἶναι, ἀλλὰ καταδήσας αὐτὴν, ἐπέχεεν δὲ ἔλαιον καὶ οἶνον· ἔλαιον μὲν τὸν λόγον τῆς διδασκαλίας, τὸν διὰ τῶν ἀγαθῶν προτρεπόμενον· οἶνον δὲ, τὸν διὰ τῶν φοβερωτέρων ἐνάγοντα πρὸς ἀρετήν. Οἷον ὅταν ἀκούῃς τοῦ Κυρίου λέγοντος· Δεῦτε πρός με, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς, τοῦτο τὸ ἔλαιον· ἱλαρότητα γὰρ καὶ ἀνάπαυσιν ὑποδείκνυσι. Καὶ πάλιν· Δεῦτε, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν. Ὅταν δὲ λέγῃ, ὅτι Πορεύεσθε εἰς τὸ σκότος, τοῦτο ὁ οἶνος, ἡ στυπτικὴ διδασκαλία. Νοήσεις δ' ἂν καὶ ἄλλως· ἔλαιον τὴν κατὰ ἄνθρωπον διαγωγὴν, οἶνον τὴν κατὰ Θεὸν, οἷόν τι λέγω· Ὁ Κύριος τὰ μὲν ἀνθρωπίνως ἐνήργει, τὰ δὲ, θείκως. Τὸ μὲν γὰρ ἐσθίειν καὶ πίνειν, καὶ τὸν ἄνετον βίον μεταδιώκειν, ἀλλ' εὐχὶ σκληραγωγίαν ἐνδείκνυσθαι, ὥσπερ ὁ Ἰωάννης, τοῦτό ἐστι τὸ ἔλαιον. Ἡ δὲ ξένη νηστεία καὶ ὁ ἐν θαλάσσῃ περίπατος, καὶ ὅσα ἄλλα τῆς θείας δυνάμεως, ταῦτά ἐστιν ὁ οἶνος. Οἴνῳ γὰρ ἀπεικαστέον τὴν θεότητα, ἣν ἄκρατον ὑπενεγκεῖν οὐδεὶς ἂν ἠδυνήθη, εἰ μὴ καὶ τὸ ἔλαιον ἦν, τουτέστιν ἡ κατὰ ἄνθρωπον διαγωγή. Ἐπεὶ οὖν δι' ἀμφοτέρων ἡμᾶς ἔσωσε, θεότητός φημι καὶ ἀνθρωπότητος, διὰ τοῦτο λέγεται οἶνον καὶ ἔλαιον ἐπιχέαι. Καὶ καθ' ἑκάστην δὲ οἱ βαπτιζόμενοι, τῶν τραυμάτων τῆς ψυχῆς ἀπαλλάττονται, ἐλαίῳ μὲν τοῦ μύρου χριόμενοι, εὐθὺς δὲ κοινωνοῦντες, καὶ τοῦ θείου αἵματος μεταλαμβάνοντες. Ἀνεβίβασε δὲ ὁ Κύριος τὴν τραυματισθεῖσαν ἡμῶν φύσιν ἐπὶ τὸ ἴδιον ὑποζύγιον, τουτέστιν, ἐπὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ· μέλη γὰρ αὐτοῦ ἡμᾶς ἐποίησε, καὶ κοινωνοὺς τοῦ σώματος αὐτοῦ, κάτω τε κειμένους ἀνεβίβασεν ἐπὶ τὴν ἀξίαν ἐκείνην, ὥστε συσσώμους αὐτῷ εἶναι. Πανδοχεῖον δὲ ἡ Ἐκκλησία, ἡ πάντα ὑποδεχομένη· ὁ μὲν γὰρ νόμος, οὐ πάντας ἐδέχετο. Μωαβίτης γὰρ, φησὶ, καὶ Ἀμμανίτης οὐκ εἰσελεύσεται εἰς Ἐκκλησίαν Θεοῦ. Νῦν δὲ ἐν παντὶ ἔθνει ὁ φοβούμενος τὸν Θεὸν δεκτὸς αὐτῷ ἐστι, θέλων πιστεῦσαι, καὶ μέρος γενέσθαι τῆς Ἐκκλησίας. Πάντας γὰρ ὑποδέχεται, καὶ ἁμαρτωλοὺς καὶ τελώνας. Ὅρα δὲ τὴν ἀκρίβειαν, πῶς φησιν, ὅτι ἀπαγαγὼν εἰς τὸ πανδοχεῖον, ἐπεμελήθη αὐτοῦ· πρὶν

A ἦλθεν. Attende item quod verbum, accidit, sensum quemdam habet. Nam revera lex non ob res in primis intentas, sed propter humanam infirmitatem, quæ non potuit ab initio sacramentum Christi suscipere, data est. Propterea dicit, Accidit quod sacerdos, hoc est lex, ita enim dicere solemus de his quæ fortuito obveniunt, et citra operam nostram, venit ut sanaret hominem, sed Dominus et Deus noster, qui propter nos factus est maledictum, et vocatus Samaritanus, iter faciens, hoc est, hanc potissimum sui itineris causam esse volens, et hunc scopum observans, ut nos sanaret, non præteriens et obiter nos visitans venit ad nos, sed conversatus nobiscum, et locutus non apparenter, sed vere. Proinde statim alligat vulnera, neque permittit malitiam amplius laxari, sed alligat eam. Infundit B oleum ac vinum: oleum, hoc est sermonem doctrinæ, qui per suavia nos adhortatur: vinum vero, sermonem qui per austeriora inducit ad virtutem. Exempli gratia, quando audis Dominum dicentem: Venite ad me, et ego refocillabo vos: hoc oleum, hilaritatem enim et quietem ostendit. Et iterum: Venite, possidete præparatum vobis regnum. Quando autem dicit: Ite in tenebras: vinum est, hoc est austerior doctrina: Intelligere potes et aliter. Oleum humanam significat conversationem, vinum divinam, ut tale quid dicam: Dominus alia humane more operabatur, alia autem divino. Humanum erat comedere et bibere, et vitam laxiorem sectari, et C non austeritatem præ se ferre, ut Joannes: atque hoc fuerit oleum. Jejunium vero mirabile, et ambulatio in mari, et aliæ divinæ virtutes, vinum sunt. Vino enim assimilata est deitas, quam meracam sustinere ac ferre nullus posset, nisi et oleum adesset, hoc est humanior conversatio. Et proinde quia per utraque nos servavit, divinitatem inquam et humanitatem: propterea dicit vinum et oleum **351** infudisse. Et quotidie qui baptizantur liberantur a vulneribus animæ, oleo quidem unguenti uncti: statim autem communicantes et divini sanguinis participes fiunt. Porro Dominus imposuit sauciam nostram naturam super proprium jumentum, hoc est, super corpus suum. Membra enim sua nos fecit et participes sui corporis: nosque D infimo loco sitos posuit in dignitatem illam, ut et ejusdem corporis simus. Diversorium autem Ecclesia est, quæ omnes suscipit; lex enim non omnes suscipiebat. Moabita enim, dicit, et Ammonita non intrabunt in Ecclesiam Dei. Nunc autem in omni gente qui timet Deum, acceptus est ei, modo velit credere et pars fieri Ecclesiæ, quæ omnes peccatores et publicanos suscipit. Vide item et diligentiam, quomodo ducens, inquit, in diversorium, curam ejus egerit. Nam prius quam in hoc duceret, solum alligavit vulnera. Quid igitur est quod dico? Quia cum constituta est Ecclesia, et factum est diversorium, hoc est, ex omnibus ferme gentibus fide aucta, tunc fuerunt et Spiritus sancti dona, et dilatata est gratia Dei: id quod ex Actis apostolorum disces.

Digitized by Google

Tenet autem figuram hospitis omnis apostolus et doctor et pastor: quibus dedit Dominus duos denarios, duo Testamenta, Vetus et Novum. Unius enim regis imaginem utraque tenent, nempe quod eloquia Dei sint. Itaque denarios illos Dominus in cœlum ascendens reliquit apostolis, et episcopis aliis atque doctoribus. Dixit autem: Quidquid ex tuo insumpseris, ego dabo tibi. Revera enim de suo apostoli multa insumpserunt, multum laborantes, et ubique doctrinam seminantes. Sed et doctores qui explanant Vetus et Novum Testamentum, multa e suo insumunt, pro quibus mercedem accipient Domino redituro in secundo adventu. Tunc enim singuli dicent ei: Domine, duos denarios dedisti mihi, ecce alios duos præterea impendi. Cui dicet et ipse: Euge, serve bone, etc.

οἱ ἀπόστολοι, πολλὰ κοπιάσαντες, καὶ πανταχοῦ τὴν διδασκαλίαν σπείροντες. Ἀλλὰ καὶ οἱ κατὰ καιροὺς διδάσκαλοι ἐξηγούμενοι τὴν Παλαιὰν καὶ τὴν Νέαν, πολλὰ προσιδαπάνησαν οἴκοθεν, ὑπὲρ ὧν τὸν μισθὸν ἀπολήψονται ἐν τῷ ἐπανέρχεσθαι τὸν Κύριον, τουτέστιν ἐν τῇ δευτέρᾳ παρουσίᾳ. Τότε γὰρ ἂν εἴποι ἕκαστος αὐτῶν αὐτῷ· Κύριε, δύο δηνάρια δέδωκάς μοι, ἰδοὺ ἄλλα δύο προσεδαπάνησα. Πρὸς ὃν ἐρεῖ καὶ αὐτός· Εὖ, δοῦλε ἀγαθέ.

Vers. 38-42. « Factum est autem dum irent, ut ipse intraret in quoddam oppidulum, ac mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum suam: et huic erat soror nomine Maria, quæ etiam assidens ad pedes Jesu audiebat sermonem illius. Martha autem distrahebatur circa frequens ministerium; quæ assistens, ait: Domine, non est tibi curæ quod soror mea reliquit me ut sola ministrem? Dic ergo illi ut me adjuvet. Et respondens dixit illi Jesus: Martha, Martha, sollicita es, et tumultuaris circa multa: atqui unum est necessarium. Maria autem bonam partem delegit, quæ non auferetur ab ea. » Magna quidem hospitalitatis virtus est, id quod Martha ostendit, et non rejicienda: major autem attendere verbis magis spiritualibus: per **352** illam enim corpus pascitur, per hoc anima vivificatur. Non enim propter hoc assumus, inquit, o Martha, ut ventrem impleamus variis cibis, sed ut animabus utiles simus. Vide item et Domini sententiam. Nihil prius dixit Marthæ, quam ab illa perstringendi sumeret occasionem. Postquam enim illa avellere tentavit sororem ab auditu, tum denique Dominus, arrepta occasione, illam verberat. Eatenus enim hospitalitas veneratione digna est, quatenus non abstrahit et abducit nos a magis necessariis. Sed si cœperit nos arcere a rebus gravioribus, tunc illi præferendus divinorum auditus: imo si accuratius dicendum, non hospitalitatem prohibet Dominus, sed varietatem ac turbam, hoc est distractionem et turbationem. Laudat enim frugale hospitium. Quare enim, inquit, Martha, sollicita es, et turbaris circa multa hoc est, distraheris, turbaris? Uno nobis opus est, nempe ut comedamus qualitercunque, non variis. Quidam autem exponunt, uno est opus, non de esu, sed attentione doctrinæ. Porro dictis illis docet Dominus apostolos, ut cum venerint in domum cujusdam, non varia inquirant, sed contenti sint frugali hospitalitate,

γὰρ ἡ ἀπαγαγεῖν εἰς τοῦτο, μόνον κατίδῃς τὰ τραύματα. Τί οὖν ἐστιν ὃ φημι; Ὅτι τῆς Ἐκκλησίας συστάσης, καὶ γενομένου τοῦ πανδοχείου, τουτέστιν, ἐκ πάντων σχεδὸν τῶν ἐθνῶν τῆς πίστεως αὐξηθείσης, τότε ἐγένετο καὶ Πνεύματος ἁγίου δωρεὰ, καὶ ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἐπλατύνετο. Καὶ τοῦτο μαθήσῃ ἀπὸ τῶν Πράξεων τῶν ἀποστόλων. Ἐπέχει δὲ τύπον πανδοχέως πᾶς ἀπόστολος, καὶ διδάσκαλος, καὶ ποιμὴν, οἷς δέδωκεν ὁ Κύριος δύο δηνάρια, τὰς δύο Διαθήκας, τὴν Παλαιὰν καὶ τὴν Νέαν. Ἑνὸς γὰρ εἰκόνα βασιλέως φέρουσιν ἀμφότεραι, τοῦ αὐτοῦ Θεοῦ λόγια οὖσαι. Ταῦτα γοῦν τὰ δηνάρια εἰς οὐρανοὺς ἀνερχόμενος ὁ Κύριος κατέλιπε τοῖς ἀποστόλοις, καὶ τοῖς κατὰ καιροὺς ἐπισκόποις, καὶ διδασκάλοις. Εἶπε δὲ, ὅτι Ὃ ἂν προσδαπανήσῃς οἴκοθεν, ἐγὼ δώσω σοι. Τῷ ὄντι γὰρ προσεδαπάνησαν οἴκοθεν διδασκαλίαν σπείροντες. Ἀλλὰ καὶ οἱ κατὰ καιροὺς πολλὰ προσιδαπάνησαν οἴκοθεν, ὑπὲρ ὧν τὸν μισθὸν ἀπολήψονται ἐν τῷ ἐπανέρχεσθαι τὸν Κύριον, τουτέστιν ἐν τῇ δευτέρᾳ παρουσίᾳ. Τότε γὰρ ἂν εἴποι ἕκαστος αὐτῶν αὐτῷ· Κύριε, δύο δηνάρια δέδωκάς μοι, ἰδοὺ ἄλλα δύο προσεδαπάνησα. Πρὸς

« Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ πορεύεσθαι αὐτοὺς, καὶ αὐτὸς εἰσῆλθεν εἰς κώμην τινὰ, γυνὴ δέ τις, ὀνόματι Μάρθα, ὑπεδέξατο αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς. Καὶ τῇδε ἦν ἀδελφὴ καλουμένη Μαρία, ἡ καὶ παρακαθίσασα παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ, ἤκουε τῶν λόγων αὐτοῦ. Ἡ δὲ Μάρθα περιεσπᾶτο περὶ πολλὴν διακονίαν. Ἐπιστᾶσα δὲ εἶπε· Κύριε, οὐ μέλει σοι, ὅτι ἡ ἀδελφή μου μόνη με κατέλιπε διακονεῖν; Εἰπὲ οὖν αὐτῇ, ἵνα μοι συναντιλάβηται. Ἀποκριθεὶς δὲ εἶπεν αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· Μάρθα, Μάρθα, μεριμνᾷς, καὶ τυρβάζῃ περὶ πολλά. Ἑνὸς δέ ἐστι χρεία. Μαρία δὲ τὴν ἀγαθὴν μερίδα ἐξελέξατο, ἥτις οὐκ ἀφαιρεθήσεται ἀπ' αὐτῆς. » Μέγα μὲν τὸ τῆς φιλοξενίας ἀγαθὸν, ὅπερ ἡ Μάρθα ἐπεδείκνυτο, καὶ οὐκ ἀπόβλητον· μεῖζον δὲ τὸ προσέχειν τοῖς πνευματικωτέροις λόγοις. Δι' ἐκείνου μὲν γὰρ τὸ σῶμα τρέφεται, διὰ δὲ τούτου ἡ ψυχὴ ζωοῦται. Οὐ γὰρ διὰ τοῦτο, φησὶ, πάρεσμεν, ὦ Μάρθα, ἵνα τὴν γαστέρα ἐμπλήσωμεν ποικίλων βρωμάτων, ἀλλ' ἵνα ψυχὰς ὠφελήσωμεν. Ὅρα δὲ τὴν τοῦ Κυρίου γνώμην. Οὐ πρότερον εἶπέ τι πρὸς τὴν Μάρθαν, πρὶν ἢ παρ' ἐκείνης λαβεῖν τὰς ἀφορμὰς τῆς ἐπιπλήξεως. Ἐπεὶ γὰρ ἐκείνη ἀποσπάσασθαι ἐπειρᾶτο τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς ἀπὸ τῆς ἀκροάσεως, τότε ὁ Κύριος δραξάμενος ἀφορμῆς, ἐπιπλήττει αὐτήν. Μέχρι γὰρ τότε ἡ φιλοξενία τιμητέα, μέχρις ὅτου οὐ περισπᾷ ἡμᾶς, καὶ ἀπαγάγει τῶν ἀναγκαιοτέρων. Ἐπὰν δὲ ἄρξηται κωλύειν ἡμᾶς ἀπὸ τῶν σπουδαιοτέρων, τηνικαῦτα ταύτης προτιμητέον τὴν τῶν θείων ἀκρόασιν, μᾶλλον δὲ εἰ δεῖ τὸ ἀκριβέστερον εἰπεῖν, οὐ τὴν φιλοξενίαν κωλύει ὁ Κύριος, ἀλλὰ τὴν ποικιλίαν καὶ τύρβην, τουτέστι τὸν περισπασμὸν, καὶ τὴν ταραχήν· ἐπεὶ τὴν λιτὴν ὑποδοχὴν ἐπαινεῖ. Ἵνα τί γὰρ, φησὶ, Μάρθα μεριμνᾷς, καὶ τυρβάζῃ πολλὰ, τουτέστι, περισπᾷ, ταράττῃ; Ἑνὸς ἔχομεν χρείαν τοῦ φαγεῖν ὅτι δή ποτε, οὐχὶ ποικιλίας. Τινὲς δὲ τὸ, Ἑνός ἐστι χρεία, οὐ περὶ τοῦ φαγεῖν ἐνόησαν, ἀλλὰ τοῦ προσέχειν τῇ διδασκαλίᾳ. Δι' ὧν δὲ λέγει, διδάσκει τοὺς

Digitized by Google

ἀποστόλους ὁ Κύριος, ἵνα ὅταν εἰσέλθωσιν εἰς οἰκίαν τινὸς, μηδὲν ποικίλον ζητῶσιν, ἀλλ' ἀρκῶνται τῇ λιτῇ ὑποδοχῇ, μηδὲν πλέον ζητοῦντες, ἢ τὸ προσέχειν τῇ διδασκάλῳ· νόει δέ μοι, Μάρθαν μὲν τὴν πρακτικὴν ἀρετὴν, Μαρίαν δὲ τὴν θεωρίαν. Ἡ μὲν οὖν πρακτικὴ περισπασμοὺς ἔχει καὶ ὀχλήσεις, ἡ δὲ θεωρία, κυρία γενομένη τῶν παθῶν· Μαρία γὰρ, κυρία, ἑρμηνεύεται· εἰς τὴν τῶν θείων λόγων καὶ τῶν κριμάτων ἐποψίαν ἐνασχολεῖται μόνην. Πρόσχες δὲ καὶ τὸ, Παρακαθίσασα παρὰ τοὺς πόδας αὐτοῦ, ἤκουε τῶν λόγων αὐτοῦ. Οἱ μὲν γὰρ πόδες νοοῦντο ἂν εἰς τὴν πρακτικὴν ἀρετήν. Κινήσεως γὰρ καὶ πορείας εἰσὶν ἐνδεικτικοί. Τὸ δὲ καθίσαι, τῆς ἑδραιότητος σύμβολον. Ὅστις οὖν καθίσει παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ, τουτέστιν, ὅστις ἑδραιωθῇ ἐν τῇ πρακτικῇ, καὶ τὴν τοῦ Ἰησοῦ πορείαν καὶ διαγωγὴν μιμησάμενος ἐν ταύτῃ στερεωθῇ, ἐκεῖνος μετὰ ταῦτα φθάνει εἰς τὴν ἀκοὴν τῶν θείων λογίων, ἤγουν τὴν θεωρίαν. Ἐπεὶ καὶ ἡ Μαρία πρῶτον καθίσασα, εἶτα οὕτως ἤκουε τῶν λόγων. Σὺ τοίνυν, εἰ μὲν δύναται, εἰς τὴν τῆς Μαρίας τάξιν ἀνάβηθι, κυρία γενομένη τῶν παθῶν, καὶ εἰς θεωρίαν φθάσασα. Εἰ δὲ μὴ τοῦτό σοι δυνατὸν, Μάρθα γενοῦ, τῷ πρακτικῷ μέρει προσκειμένη, καὶ διὰ τούτου Χριστὸν ὑποδεχομένη. Ὅρα δὲ καὶ τὸ, « ἥτις οὐκ ἀφαιρεθήσεται ἀπ' αὐτῆς. » Ὁ μὲν γὰρ πρακτικὸς ἔχει ὁ ἀφαιρεθήσεται ἀπ' αὐτοῦ, τουτέστιν, αὐτὸ τοῦτο τὴν ἀσχολίαν, καὶ τὸν περισπασμόν· προκόπτων γὰρ καὶ φθάνων εἰς θεωρίαν, τοῦ περισπασμοῦ καὶ τῆς τύρβης ἐλευθεροῦται· ὥστε ἀφαιρεῖταί τι ἀπ' αὐτοῦ. Ὁ δὲ θεωρητικὸς οὐ στερεῖται ποτε τῆς ἀγαθῆς ταύτης μερίδος, λέγω δὴ τῆς θεωρίας. Εἰς γὰρ ποῖον ἄλλο μεῖζον προκόψει, φθάσας εἰς αὐτὸ τὸ ἀκρότατον, λέγω δὴ τὸ Θεὸν βλέπειν, ὅπερ ἔστι θεουργεῖσθαι; Ὁ γὰρ Θεὸν βλέπειν ἀξιωθεὶς, θεὸς γίνεται· Τῷ ὁμοίῳ γὰρ τὸ ὅμοιον καταλαμβάνεται.

A nihil plus quærentes quam ut attendant doctrinæ. Intellige quoque per Martham virtutem practicam, per Mariam, contemplationem. Practice enim distractiones et turbationes fert : contemplatio vero domina fit affectionum. Maria enim domina interpretatur, ac in sola divinorum eloquiorum et judiciorum contemplatione occupata est. Animadverte autem et hoc, quod assidet juxta pedes Jesu, et audit sermones ejus. Etenim per pedes intelligunt virtutem practicam; motum enim et incessum ostendunt. Porro sessio, firmitatis symbolum est. Quisquis igitur sederit juxta pedes Jesu, et confirmatus fuerit in practica, ac imitatur vitam et conversationem Jesu, ille postea venit ad auditum divinorum sermonum, videlicet contemplationem : quia et B Maria primum sedet, deinde audit sermones. Tu igitur si quidem potes, in ordinem Mariæ ascende, et fias domina affectionum, et ad contemplationem veniens. At si hoc tibi non fuerit possibile, Martha esto, practicæ parti addictus, et per hoc Christum suscipiens. Vide autem hoc : « Quæ non auferetur ab ea. » Practicus enim habet quod a se auferatur, hoc est, distractionem et occupationem : proficiendo enim venit ad contemplationem, liberaturque a turbatione et distractione, et ita auferetur aliquid ab eo. Contemplator vero non privatur hac bona parte, contemplatione scilicet. In quod enim majus aliud proficeret, ubi in hoc venerit fastigium, divinam dico visionem, id quod est deificari? Qui enim Dei visionem **353** assequitur, Deus fit. Simile enim simili comprehenditur. C

ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

Περὶ προσευχῆς. Περὶ τοῦ ἔχοντος δαιμόνιον κωφόν. Περὶ τῆς ἐκ τοῦ ὄχλου ἐπαράσης φωνῆς. Περὶ τῶν αἰτούντων σημεῖον. Περὶ τοῦ Φαρισαίου τοῦ καλέσαντος τὸν Ἰησοῦν. Περὶ τοῦ ἐλαττωματοῦ τῶν νομικῶν.

CAPUT XI.

De oratione. De eo qui habebat dæmonium surdum. De muliere quæ vocem de turba extulit. De petentibus signum. De Pharisæo interpellante Jesum. De miseria legisperitorum.

« Καὶ ἐγένετο, ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν ἐν τόπῳ τινὶ προσευχόμενον, ὡς ἐπαύσατο, εἶπέ τις τῶν μαθητῶν αὐτοῦ πρὸς αὐτόν· Κύριε, δίδαξον ἡμᾶς προσεύχεσθαι, καθὼς καὶ Ἰωάννης ἐδίδαξε τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ. Εἶπε δὲ αὐτοῖς· Ὅταν προσεύχησθε, λέγετε· Πάτερ ἡμῶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου, ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου, γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δίδου ἡμῖν τὸ καθ' ἡμέραν, καὶ ἄφες ἡμῖν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ γὰρ αὐτοὶ ἀφίεμεν παντὶ ὀφείλοντι ἡμῖν, καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμὸν, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. » Ζηλοῖ ὁ μαθητὴς Χριστοῦ τοὺς μαθητὰς Ἰωάννου, διὸ καὶ ζητεῖ διδαχθῆναι τρόπον προσευχῆς. Ὁ γοῦν Σωτὴρ διδάσκει, μὴ παρωσάμενος τὴν ἀξίωσιν τοῦ μαθητοῦ. Πάτερ ἡμῶν, φησὶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Ὅρα τὴν τῆς εὐχῆς δύναμιν. Εὐθὺς ἄνω σε ἀνάγει, καὶ πείθει σε, ἐπειδὴ ὀνομάζεις πατέρα τὸν Θεὸν, μὴ πάντῃ τῆς ὁμοιότητος ἀπολείπεσθαι, ἀλλὰ σπου-

Vers. 1-4. « Et factum est cum oraret quodam in loco, ut cessavit, dixit quidam ex discipulis ejus ad eum : Domine, doce nos orare, sicut Joannes docuit discipulos suos. Et ait illis : Cum oratis, dicite : Pater noster, qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum; veniat regnum tuum; fiat voluntas tua, quemadmodum in cœlo, sic etiam in terra; panem nostrum quotidianum da nobis quotidie; et remitte nobis peccata nostra, siquidem et nos remittimus omni debenti nobis. Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo. » Imitatur discipulus Christi discipulos Joannis : idcirco et quærit ut doceatur modum orationis. Salvator autem, non repulsa discipuli prece, docet : Pater noster, inquit, qui es in cœlis. Vide orationis vim. Statim sursum te ducit, tibique persuadet, quoniam nominas Deum patrem, ne omnino similitudine ejus careas; sed enitaris fieri similis Patri. Non dixit autem, Pater meus, sed, Pater noster, ad

Digitized by Google

fraternitatis amorem te cohortans, et compellens omnes diligere tanquam communes fratres. Porro cum dixit, in cœlis, non Deum illic circumscribit, sed auditorem in cœlos subvehit, et a terrenis abducit. Sanctificetur vero nomen tuum, pro eo quod est, glorificetur, hoc est, fac vitam nostram in tuam esse gloriam. Nam sicut nomen Dei propter malos blasphematur, ita propter eos qui bonam agunt vitam glorificatur. Veniat regnum tuum. Malus deprecatur regnum Dei, nolens illud venire propter judicia quæ illic erunt : justus vero orat ut cito veniat, quo a tentationibus quæ hic sunt, liberetur et quiescat. Fiat autem voluntas tua, quemadmodum in cœlo ab angelis, ita et a nobis hominibus super terram. Angeli enim omnino juxta voluntatem Dei operantur. Docet quoque quotidianum panem solum quærendum, hoc est, eum qui substantiæ nostræ et vitæ conservandæ conducit : non superfluum, sed necessarium. Porro non intrare in tentationes, significat non temere prosiliendum in tentationes. Neque enim orare debemus Deum, ut immittat in nos tentationem, sed deprecandæ sunt, et si nobis acciderint, ferendæ fortiter. Dicere autem possumus, quod duo sint **354** genera tentationum. Aliæ enim sunt voluntariæ, ut ebrietas, homicidium, adulterium, aliæque affectiones : hisce enim tentationibus sponte nos submittimus. Involuntariæ vero sunt, quibus tyranni et validiores nos subjiciunt. Igitur a voluntariis tentationibus, hoc est affectionibus, fugere nos oportet, et eas deprecari, et dicere, Ne inducas nos, hoc est, ne permittas nos incidere in tentationem, hoc est voluntariam tentationem. Sed libera nos a malo. Hic enim est qui et voluntarias et involuntarias infert tentationes. Ideo qui tentaris ab homine et vim pateris, ne putes hominem esse tibi auctorem tentationis, sed malignum. Ille enim est qui fratri persuadet ut in te sæviat et insaniat.

A δάζειν πρὸς τὸν Πατέρα ἐξομοιοῦσθαι. Οὐκ εἶπε δὲ, Πάτερ μου, ἀλλὰ Πάτερ ἡμῶν, εἰς φιλαδελφίαν σε διεγείρων, καὶ καταναγκάζων πάντας ἀγαπᾷν, ὡς κοινοὺς ἀδελφούς. Ἐν τοῖς οὐρανοῖς δὲ εἰπὼν, οὐ περιγράφει ἐκεῖ τὸν Θεὸν, ἀλλὰ τὸν ἀκρατὴν ἀνάγει εἰς οὐρανοὺς, καὶ ἀπάγει τῶν γηΐνων. Ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου, ἀντὶ τοῦ, δοξασθήτω, τουτέστι, ποίησον ἡμῶν τὸν βίον εἰς δόξαν εἶναι σήν. Ὥσπερ γὰρ τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ βλασφημεῖται διὰ τοὺς κακοὺς, οὕτω δοξάζεται διὰ τοὺς ἀγαθὸν βίον ἔχοντας. Ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου. Ὁ μὲν ἁμαρτωλὸς ἀπεύχεται τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, μὴ βουλόμενος ταύτην ἐλθεῖν, διὰ τὰ ἐκεῖ δικαιωτήρια. Ὁ δὲ δίκαιος τοὐναντίον τάχιον αὐτὴν ἐλθεῖν εὔχεται, ὡς ἂν ἀπαλλαγεὶς B τῶν ἐνταῦθα πειρατηρίων, ἀναπαύσηται. Γενέσθω δὲ καὶ τὸ θέλημά σου, ὥσπερ ἐν οὐρανῷ ὑπὸ τῶν ἀγγέλων, οὕτω καὶ ὑφ' ἡμῶν τῶν ἀνθρώπων ἐπὶ τῆς γῆς. Οἱ γὰρ ἄγγελοι πάντες κατὰ τὸ τοῦ Θεοῦ θέλημα πάντα ἐνεργοῦσι. Διδάσκει δὲ τὸν ἐπιούσιον ἄρτον ζητεῖν μόνον, τουτέστι, τὸν ἐπὶ τῇ οὐσίᾳ ἡμῶν, καὶ τῇ συστάσει τῆς ζωῆς συμβαλλόμενον· οὐ τὸν περιττὸν πάντως, ἀλλὰ τὸν ἀναγκαῖον. Τὸ δὲ, μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμὸν, τὸ μὴ ἐπιπηδᾷν τοῖς πειρασμοῖς σημαίνει. Οὐ γὰρ δεῖ ἡμᾶς παρακαλεῖν τὸν Θεὸν, ἵνα ἡμᾶς εἰς πειρασμὸν ἐμβάλῃ, ἀλλ' ἀπεύχεσθαι μὲν τοῦτο· ἐπὰν δὲ ἔλθῃ, γενναίως φέρειν. Ἔστι δὲ εἰπεῖν, ὅτι διττόν τὸ εἶδος τῶν πειρασμῶν. Οἱ μὲν γὰρ ἑκούσιοί· οἷον μέθη, φόνος, μοιχεία, καὶ τἆλλα πάθη· τούτοις γὰρ τοῖς πειρασμοῖς ἑκόντες ἑαυτοὺς C ὑπεμβάλλομεν. Ἀκούσιοι δὲ πειρασμοὶ, οἷς οἱ τύραννοι καὶ βίαιοι ἡμᾶς ὑποβάλλουσιν. Ἀπὸ τοίνυν τῶν ἑκουσίων πειρατμῶν, τουτέστι τῶν παθῶν, φεύγειν δεῖ ἡμᾶς, καὶ τούτους ἀπεύχεσθαι, καὶ λέγειν, Μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς, τουτέστι, μὴ συγχωρήσῃς ἡμᾶς ἐμπεσεῖν εἰς πειρασμὸν, ἤγουν εἰς πάθος ἑκούσιον, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. Οὗτος γάρ ἐστι καὶ τοὺς ἀκουσίους καὶ τοὺς ἑκουσίους πειρασμοὺς ἐπάγων. Διὸ μὴ ἀκουσίως πειραζόμενος ὑπὸ ἀνθρώπου, νόμιζε τὸν ἄνθρωπον εἶναί σοι αἴτιον τοῦ πειρασμοῦ, ἀλλὰ τὸν πονηρόν. Ἐκεῖνος γάρ ἐστιν ὁ πείθων τὸν ἄνθρωπον κατὰ σοῦ λυττᾷν καὶ μαίνεσθαι.

Vers. 5-8. « Et ait illis : Quis vestrum habebit amicum, et ibit ad illum media nocte, et dicet illi : Amice, da mihi mutuo tres panes, quoniam amicus meus venit de via ad me, et non habeo quod apponam illi. Et ille intus respondens dicat : Noli mihi D molestus esse, jam ostium clausum est, et pueri mei mecum sunt in cubili : non possum surgere, et dare tibi. Dico vobis, etiam si non daturus sit illi surgens eo quod amicus ejus sit, propter improbitatem tamen ejus surget, ac dabit illi quotquot habet opus. » Parabolam hanc et exemplum dicit Dominus, erudiens nos ne segniter oremus. Quid igitur vult parabola ? Mediam noctem quidem inquit esse extremum vitæ, ad quod cum homines pervenerint sensum boni accipiunt, et ad Deum festinant : qui amicus est, omnes diligens, et omnes volens salvos fieri. Igitur multi accedunt in media nocte, hoc est, in extrema vita, ad Deum, ut ad amicum, et dicunt ei : Da mihi tres panes, hoc est,

« Καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς· Τίς ἐξ ὑμῶν ἕξει φίλον, καὶ πορεύσεται πρὸς αὐτὸν μεσονυκτίου, καὶ εἴπῃ αὐτῷ· Φίλε, χρῆσόν μοι τρεῖς ἄρτους, ἐπειδὴ φίλος παρεγένετο ἐξ ὁδοῦ πρός με, καὶ οὐκ ἔχω ὃ παραθήσω αὐτῷ. Κἀκεῖνος ἔσωθεν ἀποκριθεὶς εἴπῃ· Μή μοι κόπους πάρεχε, ἤδη ἡ θύρα κέκλεισται, καὶ τὰ παιδία μου μετ' ἐμοῦ εἰς τὴν κοίτην εἰσὶν, οὐ δύναμαι ἀναστὰς δοῦναί σοι. Λέγω ὑμῖν, εἰ καὶ οὐ δώσει αὐτῷ ἀναστὰς διὰ τὸ εἶναι αὐτοῦ φίλον, διά γε τὴν ἀναίδειαν αὐτοῦ ἐγερθεὶς δώσει αὐτῷ ὅσων χρῄζει. » Παραβολήν τινα καὶ ὑπόδειγμα λέγει ὁ Κύριος, παιδεύων ἡμᾶς ἀόκνως προσεύχεσθαι. Τί οὖν σημαίνει ἡ παραβολή; Μεσονύκτιον μέν φασιν εἶναι τὰ ἔσχατα τοῦ βίου, ἐν οἷς οἱ ἄνθρωποι γενόμενοι πρὸς συναίσθησιν ἔρχονται τοῦ καλοῦ, καὶ προστρέχουσι Θεῷ. Οὗτος γάρ ἐστιν ὁ φίλος, ὁ πάντας φιλῶν, καὶ θέλων σωθῆναι. Προσέρχονται τοίνυν πολλοὶ ἐν τῷ μεσονυκτίῳ, τουτέστιν ἐν τῷ ἐσχάτῳ βίῳ, τῷ Θεῷ, ὡς φίλῳ, καὶ λέγουσι· Δὸς τρεῖς ἄρτους, τὴν εἰς

Digitized by Google

Τριάδα πίστιν. Φίλος γὰρ παρεγένετο τουτέστιν, ὁ ἄγγελος ὁ τὴν ψυχὴν παραλαμβάνων. Φίλος δὲ καὶ πᾶς ἄγγελος, καθὰ δὴ καὶ ὁ Κύριός φησι· Χαρὰ γίνεται ἐν οὐρανῷ ἐπὶ σωτηρίᾳ ἀνθρώπου. Τὰ δὲ παιδία τὰ ἐπὶ τῆς κλίνης ἀναπαυόμενα, εἰσὶν οἱ στραφέντες, καὶ γεγονότες ὡς τὰ παιδία, καὶ ἠξιωμένοι τῷ Κυρίῳ συναναπαύεσθαι. Ἀναίδειαν δὲ λέγει τὴν μεθ' ὑπομονῆς ἐπιτεταμένην προσευχήν. Νόει δὲ καὶ ἄλλως, μεσονύκτιον μὲν, τὴν ἀκμὴν, καὶ τὸ μεσαίτατον τῶν πειρασμῶν. Νὺξ μὲν γὰρ πᾶς πειρασμὸς, μεσονύκτιον δὲ πάντως τὸ μέσον τῶν πειρασμῶν. Ὅταν οὖν τις ἐν μέσοις τοῖς πειρασμοῖς γένηται, προσέρχεται τῷ φιλοῦντι ἡμᾶς Θεῷ, καὶ λέγει· Χρῆσόν μοι τρεῖς ἄρτους, τὴν σωτηρίαν τοῦ σώματος, καὶ τῆς ψυχῆς, καὶ τοῦ πνεύματος. Ἀπὸ γὰρ τῶν πειρασμῶν δέος, μὴ κινδυνεύσῃ ταῦτα τὰ τρία. Τίς δὲ ὁ φίλος ὁ παραγενόμενος ἐξ ὁδοῦ; Ἢ πάντως ὁ Κύριος ὁ δοκιμάζων ἡμᾶς ἐν τοῖς πειρασμοῖς, καὶ θέλων φαγεῖν τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν; Οὐκ ἔχει δὲ τί παραθήσει τούτῳ ὁ ἐν τοῖς πειρασμοῖς ἐμπεσὼν, καὶ ἀσθενῶν ἀφ' ἑαυτοῦ ἀντιστῆναι τούτοις, καὶ θεραπεῦσαι Θεόν. Τὸ δὲ κλεισθῆναι τὴν θύραν, τοῦτο σημαίνει, ὅτε δεῖ πρὸ τῶν πειρασμῶν ἡμᾶς εἶναι ἡτοιμασμένους, ἐπὰν δὲ ἐμπέσωμεν, κέκλεισται ἡ τῆς ἑτοιμασίας θύρα, καὶ ἀνέτοιμοι εὑρισκόμενοι, εἰ μὴ ὁ Θεὸς βοηθήσει, κινδυνεύσωμεν. Παιδία δὲ, καθὰ προαπεδόθησαν, εἶεν ἂν οἱ γενόμενοι υἱοὶ τοῦ Θεοῦ δι' ἀρετῆς, καὶ ἀνακλινόμενοι, καὶ ἀναπαυόμενοι ἐν Θεῷ.

« Κἀγὼ ὑμῖν λέγω· Αἰτεῖτε, καὶ δοθήσεται ὑμῖν, ζητεῖτε, καὶ εὑρήσετε, κρούετε, καὶ ἀνοιγήσεται ὑμῖν. Πᾶς γὰρ ὁ αἰτῶν λαμβάνει, καὶ ὁ ζητῶν εὑρίσκει, καὶ τῷ κρούοντι ἀνοιγήσεται. Τίνα δὲ ὑμῶν τὸν πατέρα αἰτήσει ὁ υἱὸς ἄρτον, μὴ λίθον ἐπιδώσει αὐτῷ; Ἢ καὶ ἰχθὺν, μὴ ἀντὶ ἰχθύος ὄφιν ἐπιδώσει αὐτῷ; Ἢ καὶ ἐὰν αἰτήσῃ ᾠὸν, μὴ ἐπιδώσει αὐτῷ σκορπίον; Εἰ οὖν ὑμεῖς πονηροὶ ὑπάρχοντες οἴδατε δόματα ἀγαθὰ διδόναι τοῖς τέκνοις ὑμῶν, πόσῳ μᾶλλον ὁ Πατὴρ ὁ ἐξ οὐρανοῦ δώσει Πνεῦμα ἅγιον τοῖς αἰτοῦσιν αὐτόν! » Ὅρα τὸ ἀκριβὲς τῆς λέξεως. Οὐκ εἶπεν, ὅτι Αἰτήσασθε, καὶ δοθήσεται, ἀλλ', Αἰτεῖτε, ἀντὶ τοῦ, διηνεκῶς ζητεῖτε. Πᾶς γὰρ ὁ αἰτῶν λαμβάνει. Ἆρα οὖν ὁ ἀσύμφορα αἰτῶν λαμβάνει; Οὐχί· πρῶτον μὲν γὰρ ἡ τῶν ἀσυμφόρων αἴτησις οὐδὲ αἴτησις ἂν κληθείη πρὸς τὸν Θεόν. Ὁ γὰρ τῷ Θεῷ προσευχόμενος, ὀφείλει αἰτεῖσθαι ἃ ἐκεῖνος δίδωσιν. Ὅταν δέ τις τὰ ἀσύμφορα αἰτεῖται, οὐ πρὸς τὸν Θεὸν ποιεῖται τὴν αἴτησιν· οὗτος γὰρ ἀσύμφορα οὐ δίδωσιν. Ἔπειτα ἄκουε καὶ αὐτοῦ τοῦ Κυρίου, πῶς διδάσκει ἡμᾶς αἰτεῖσθαι ἃ δεῖ. Ἄρτον γὰρ, φησὶν, ὁ υἱὸς καὶ ἰχθὺν καὶ ᾠὸν αἰτεῖται. Ὥσπερ οὖν ταῦτα ἀνθρώπου ἐστὶ βρῶσις, οὕτω καὶ τὰ αἰτήματα ἡμῶν ὀφείλουσιν εἶναι συμφέροντα καὶ συμβαλλόμενα ἡμῖν. Νόει δέ μοι, ὅτι ἄρτον μὲν αἰτεῖται πᾶς ὁ τὴν εἰς Τριάδα πίστιν ἀποκαλυφθῆναι αὐτῷ, καὶ τὴν ὀρθότητα τῶν δογμάτων αἰτῶν· ἄρτος γὰρ ταῦτά εἰσιν ὡς στηρίζοντα καρδίαν. Ἰχθὺν δὲ αἰτεῖ ὁ ἐν τῷ πελά-

A fidem in Trinitatem. Amicus enim meus advenit, hoc est, angelus qui animam assumit. Amicus autem est omnis angelus, sicut et Dominus dixit quod gaudium factum est in cœlo de salute hominis Pueri autem qui in lecto quiescunt, sunt hi qui conversi sunt, et facti sunt ut pueri, et digni habiti sunt qui quiescerent cum Domino. Impudentiam autem et improbitatem dicit orationem attentam cum sustinentia. Intellige et aliter, per mediam noctem, ingentem tentationem. Nox enim omnis tentatio : media autem nox, omnis tentationis fervor. Igitur cum quis in medias tentationes pervenerit, accedit ad Deum nos diligentem et dicit : Commoda mihi tres panes, salutem corporis scilicet, et animæ, et spiritus. Timetur enim ne tria hæc per tentationes periclitentur. Quis autem amicus est qui venit de via? Omnino Dominus, qui probat nos in tentationibus, et avidus est edendi de salute nostra? **355** Non habet autem quod apponat amico, is qui in tentationes inciderat, et infirmus per se ut obsistat illis, et curet ea quæ sunt Dei. Claudi januam signat quod oporteat ante tentationes nos esse præparatos. Cum autem inciderimus, clausa est præparationis janua, et qui inveniuntur impræparati, nisi Deus adjuverit, periclitabuntur. Pueri autem, sicut prius dictum, hi sunt, qui per virtutem facti sunt filii Dei, et recumbunt ac quiescunt cum Deo.

Vers. 9-13. « Et ego dico vobis : Petite, et dabitur vobis; quærite, et invenietis; pulsate, et aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit : et qui quærit, invenit : et pulsanti aperietur. Quis autem ex vobis pater, a quo si filius petierit panem, num lapidem dabit illi? Aut si piscem, num pro pisce serpentem dabit illi? Aut si petierit ovum, num porriget illi scorpium? Si ergo vos, cum sitis mali, nostis data bona dare filiis vestris : quanto magis Pater vester qui in cœlis est, dabit Spiritum sanctum poscentibus se! » Videte verborum diligentiam. Non dixit, petetis, et dabitur, sed, petite, hoc est, continuo quærite. Omnis enim qui petit, accipit. Nunquid ergo et qui petit quæ non expediunt, accipit? Non. Primo igitur rerum noxiarum petitio non vocatur petitio apud Deum. Nam qui Deum orat, debet petere quæ ille dat. Quando autem quis noxia petit, non ad Deum petitionem facit : ipse enim noxia non dat. Insuper audi etiam ipsum Dominum quomodo doceat nos petere quæ oportet. Panem, inquit, et piscem et ovum filius petit. Sicut igitur hæc hominis sunt cibus [49], ita et petitiones nostræ utiles nobis esse debent. Intellige hic quod panem petat omnis qui fidem in Trinitatem et rectitudinem dogmatum revelari sibi petit. Hæc enim cor sicut panis confirmant. At piscem petit, qui in mari vitæ hujus est, et quærit a Deo adjutorium, ut in mediis tentationibus non submergatur, sed vivat, et

[49] Psal. CIII, 14.

Digitized by Google

sicut piscis custodiatur. Ovum autem petit, qui sibi virtuosarum animarum fructus dari petit. Quæ sane animæ avibus conferuntur, quæ alas sumpserunt, et spiritu alleviatæ super terrena sese extulerunt.

A γει μὲν τοῦ βίου ὢν, ζητῶν δὲ τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ συνέργειαν, ἵνα ἐν μέσῳ τῶν πειρασμῶν ἀκαταβάπτιστος, καὶ ζῶν ὥσπερ ἰχθὺς διαφυλαχθῇ. Ὢν δὲ αἰτεῖ ὁ τὰ γεννήματα τῶν ἐναρέτων ψυχῶν δοθῆναι αὐτῷ ζητῶν, αἵτινες δηλαδὴ ψυχαὶ ὄρνιστν ἂν εἰκότως παραβάλλοιντο πτέρυγας λαβοῦσαι, καὶ πνεύματι κουφισθεῖσαι, καὶ ὑπεραναπτᾶσαι τὴν γῆν.

Vers. 14-20. « Et erat ejiciens dæmonium, et istud erat mutum : cumque ejecisset dæmonium, locutus est mutus : et admiratæ sunt turbæ. Quidam autem ex eis dixerunt : Per Beelzebul principem dæmoniorum ejicit dæmonia. Et alii tentantes, signum de cœlo quærebant ab eo. Ipse autem cum sciret cogitationes eorum, dixit eis : Omne regnum adversus seipsum divisum desolatur, et domus super domum cadit. Quod si Satanas quoque adversus seipsum divisus est, quomodo stabit regnum ejus, B quia dicitis me per Beelzebul ejicere dæmonia ? Quod si ego Beelzebul præsidio dæmonia ejicio, filii **356** vestri cujus præsidio ejiciunt ? Ideo ipsi judices vestri erunt. Porro si digito Dei ejicio dæmonia, profecto pervenit ad vos regnum Dei. » Κωφὸς, mutus, frequenter dicitur qui non loquitur (*a*); dicitur autem et qui non audit : proprie vero, qui neque audit, neque loquitur. Et sane qui a nativitate non audiunt, iidem etiam necessario non loquuntur. Illa enim loquimur, quæ per auditum loqui didicimus. Quando autem quis non audit, non mirum si neque loquatur. Verum secus est si casu cujuspiam auditus offendatur. Nam eum qui talis est, loqui nihil prohibet. Unde qui ad Dominum adductus est, et lingua et auribus impeditus erat. Figura autem hic est humanæ naturæ, quæ, a dæmonibus detenta, audire non potest sermonem Dei, multoque minus eloqui valet. At Dominus postquam venerit, dæmonesque effugarit, dæmoniacas inquam affectiones et opera, fecit nos audire et eloqui veritatem ; non solum enim sermones Dei audire oportet, sed etiam aliis loqui. Audiamus igitur qui habemus in nobis diabolica opera, et putamus nos docere alios et cupimus ab hominibus salutari Rabbi. Egresso enim dæmonio, verus sermo et doctrina fit. Quandiu autem intra nos fuerit dæmonis operatio, etiamsi videamur loqui, non loquimur. Pharisæi sane miraculum arguunt, et Dominum ut magum contumelia afficiunt. Dicunt enim habere eum amicum principem dæmo- D niorum, atque illius cooperatione ejicere dæmonia. Ad quos Dominus, Quomodo, inquit, potest dæmon ejicere alium dæmonem ? Hoc enim esset destructio regni ejus. Siquidem regnum illi putant et quietem, habitare in hominibus : et si ejicit eos princeps ipsorum, manifestum quod seipsum destruit. Etenim omne regnum divisum et seditiosum destruitur, et domus divisa cadit. Domum autem sive ædificium intellexeris bene : nam ædificium quandiu cohibet se, et servat continuitatem, consistit : postquam autem etiam muri dispescunt, cadit : sive eos qui domum inhabitant intellexeris. Nam hi quandiu

in spiritualem fortitudinem ungit et præparat amicos suos Christus, testesque suos facit, ac humano metu exuit. Homines enim, inquit, iram suam ultra corruptibile corpus extendere nequeunt, finisque insidiarum illorum contra nos carnis mors est. Deo autem puniente, non carnis solum damnum est, sed et misera anima cum suppliciis vadit. Scito autem hoc loco, quod peccatoribus mors ad supplicium infertur, et in hac vita puniuntur cum occiduntur, et in alia dum in gehennam conjiciuntur. Perscrutans autem verbum, etiam aliud quiddam simul intelliges. Vides enim quod non dixit : Metuatis eum, qui postquam occiderit, mittit in gehennam, sed, habentem potestatem mittendi. Non enim semper qui moriuntur peccatores, mittuntur in gehennam, sed sunt in potestate Dei, ut etiam dimitti possint. Hoc autem dico propter oblationes et distributiones quæ fiunt pro defunctis, quæ non parum conducunt etiam his qui in gravibus peccatis mortui sunt. Non omnino igitur postquam occidit mittit in gehennam, sed potestatem habet mittendi. Ne igitur cessemus per eleemosynas et intercessiones propitium reddere eum qui potestatem habet mittendi, non semper autem potestate hac utentem, sed et valentem **367** remittere quiddam. Quoniam autem multi putant morientes pro veritate a Deo derelictos : Ne hoc existimetis vos, inquit ; non enim moriemini quasi a me derelicti. Si enim nullus ex passerculis qui venduntur, in oblivione est, multum abest ut vestra mors, qui amici mei estis, talis sit, quasi ego non prospiciam vobis. Equidem tantam vestri curam gero, ut et omnia vestra subtiliter perspecta sint, et numerati capilli vestri. Quamvis igitur vos in tentationem cadere permittam, suppeditabo tamen ubertim sufferendi vires. Sæpe autem si quem infirmiorem videro, non permitto illum in tentationes incidere. Nam qui sum curator, et omnia bene scio, et numerata habeo etiam minutissima, distribuo unicuique quod suæ mensuræ congruit. Porro si observaveris, in Scriptura invenies numerari omnia virilia et quæ ad mensuram virilis ætatis perveniunt, dignaque divina enumeratione. Per caput autem uniuscujusque Christi fidelium, intelligenda vita Christo grata ; per capillos vero ejus, particularia opera, et quibus corpus mortificatur, quæ numerantur apud Deum et supputantur. Talia enim vestra opera divinam visitationem merentur. Jam quidam intelligunt per quinque passerculos, quinque sensus, qui duobus minutis assibus venundantur, hoc est Novo et Veteri Testamento, non sunt in oblivione apud Deum. Quorum enim sensus recte componuntur, et sobrii sunt, et rationi subduntur, ita ut non sint inutiles, sed valde utiles in spiritualem cibum, hi non sunt in oblivione apud Dominum.

VERS. 8-12. « Dico autem vobis, omnis quicunque confessus fuerit in me coram hominibus, et Filius hominis confitebitur in illo coram angelis Dei. Qui

A ὑποβάλλοντα τιμωρίαις, καὶ ταύταις ἐν πυρί, εἰς ἀνδρίαν οὖν πνευματικὴν ἀλείφει τοὺς αὐτοῦ φίλους ὁ Χριστὸς, μάρτυρας αὐτοὺς ἐργαζόμενος, καὶ τὸν τῶν ἀνθρώπων φόβον ἀπ' αὐτῶν ἐκβάλλων. Ἄνθρωποι γὰρ, φησὶ, μέχρι τοῦ φθαρτοῦ σώματος ἐκτείνουσι τὰς ὀργὰς, καὶ πέρας αὐτῶν τῆς καθ' ἡμῶν ἐπιβουλῆς ὁ τῆς σαρκὸς θάνατος· Θεοῦ δὲ κολάζοντος, οὐ μέχρι μόνης σαρκὸς ἡ ζημία στήσεται, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ συνυπάγεται ταῖς αἰκίαις ἡ ἀθλία ψυχή. Σημείωσαι δὲ ἐντεῦθεν, ὅτι τοῖς ἁμαρτωλοῖς ὁ θάνατος πρὸς τιμωρίαν ἐπάγεται, κἀνταῦθα κολαζομένοις διὰ τοῦ ἀποκτείνεσθαι, κἀκεῖσε μετὰ ταῦτα εἰς γέενναν ἐμβαλλομένοις. Ἐξετάζων δὲ τὴν λέξιν, καί τι ἕτερον ἐννοήσεις. Ὅρα γὰρ ὅτι οὐκ εἶπε· Φοβήθητε τὸν μετὰ τὸ ἀποκτεῖναι βάλλοντα εἰς τὴν γέενναν, ἀλλ', ἐξουσίαν ἔχοντα βαλεῖν. Οὐ γὰρ πάντως οἱ ἀποθνήσκοντες ἁμαρτωλοὶ βάλλονται εἰς τὴν γέενναν, ἀλλ' ἐν τῇ ἐξουσίᾳ κεῖται τοῦτο τοῦ Θεοῦ, ὥστε καὶ τὸ συγχωρεῖν. Τοῦτο δὲ λέγω διὰ τὰς ἐπὶ τοῖς κεκοιμημένοις γενομένας προσφορὰς καὶ τὰς διαδόσεις, αἳ οὐ μικρὰ συντελοῦσι τοῖς καὶ ἐν ἁμαρτίαις βαρείαις ἀποθνῄσκουσιν. Οὐ πάντως οὖν μετὰ τὸ ἀποκτεῖναι βάλλει εἰς τὴν γέενναν, ἀλλ' ἐξουσίαν ἔχει βαλεῖν. Μὴ τοίνυν ἐλλείψωμεν ἡμεῖς, σπουδάζοντες δι' ἐλεημοσυνῶν καὶ πρεσβειῶν ἐξιλεοῦσθαι τὸν ἐξουσίαν μὲν ἔχοντα βαλεῖν, οὐ πάντως καὶ τῇ ἐξουσίᾳ ταύτῃ χρώμενον, ἀλλὰ καὶ συγχωρεῖν δυνάμενον. Ἐπεὶ δὲ πολλοὶ τὸν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας θάνατον ἐγκατάλειψιν οἴονται Θεοῦ· Μὴ τοῦτο, φησὶν, ὑμεῖς οἰηθῆτε. Οὐ γὰρ ὡς ἐγκαταλιμπανόμενοι ὑπ' ἐμοῦ, μέλλετε θνήσκειν. Εἰ γὰρ καὶ τῶν στρουθίων τῶν πωλουμένων οὐδὲν ἀνεπίληστον, πολλοῦ δεῖ ὁ ὑμέτερος θάνατος τῶν ἐμῶν φίλων γενέσθαι, ὡς μὴ προνοουμένου ὑμῶν ἐμοῦ. Τοσαύτην γὰρ ὑμῶν ποιοῦμαι τὴν πρόνοιαν, ὥστε ἕκαστα τῶν ὑμετέρων εἰδέναι λεπτῶς, καὶ οἷον ἠριθμημένας ἔχειν τὰς τρίχας ὑμῶν· κἂν τοίνυν εἰς πειρασμὸν ἐάσω ὑμᾶς εἰσελθεῖν, χορηγήσω πάντως καὶ τὴν εἰς τὸ ὑπομεῖναι δύναμιν. Πολλάκις δὲ εἴ τινα ἀσθενῆ ἴδω, οὐδὲ ἐμπεσεῖν αὐτὸν συγχωρήσω πειρατηρίῳ. Κηδεμὼν γὰρ ὢν, καὶ πάντα εἰδὼς, καὶ ἠριθμημένα ἔχων καὶ τὰ λεπτότατα, ἑκάστῳ τὸ κατ' ἀξίαν καὶ τὸ πρόσφορον οἰκονομῶ. Ἐπιτηρήσεις δὲ εὑρήσεις ἐν τῇ Γραφῇ ἀριθμούμενα πάντα τὰ ἀνδρεῖα, καὶ εἰς μέτρον ἡλικίας φθάσαντα, καὶ ἄξια B ἁπλῶς θεία ἀπαριθμήσεως. Κεφαλὴν οὖν ἑκάστου τῶν πιστῶν τὴν χριστοπρεπῆ πολιτείαν νοητέον. Τρίχας δὲ ταύτης τὰς κατὰ μέρος νεκροτέρας τοῦ σώματος πράξεις, αἳ ἀριθμοῦνται παρὰ Θεῷ, καὶ ἐν λόγῳ τίθενται. Αἱ γὰρ τοιαῦται ὑμῶν πράξεις θείας ἐπισκοπῆς ἀξιοῦνται. Νοοῦσι δέ τινες, πέντε στρουθία, τὰς πέντε αἰσθήσεις, αἳ δύο ἀσσαρίων πωλούμεναι, τουτέστι διὰ Καινῆς καὶ Παλαιᾶς Διαθήκης, ἀνεπίληστοί εἰσι παρὰ τῷ Θεῷ. Ὧν γὰρ αἱ αἰσθήσεις ῥυθμίζονται καὶ προσάγονται τῷ λόγῳ, ὥστε μὴ εἶναι ἀχρεῖαι εἰς πνευματικὴν βρῶσιν, οὗτοι ἀνεπίληστοι τῷ Κυρίῳ.

« Λέγω δὲ ὑμῖν, πᾶς ὃς ἂν ὁμολογήσῃ ἐν ἐμοὶ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὁμολογήσῃ ἐν αὐτῷ ἔμπροσθεν τῶν ἀγγέλων

Digitized by Google

τοῦ Θεοῦ· ὁ δὲ ἀρνησάμενός με ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων, ἀπαρνηθήσεται ἐνώπιον τῶν ἀγγέλων τοῦ Θεοῦ. Καὶ πᾶς ὃς ἐρεῖ λόγον εἰς τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, ἀφεθήσεται αὐτῷ· τῷ δὲ εἰς τὸ ἅγιον Πνεῦμα βλασφημήσαντι, οὐκ ἀφεθήσεται. Ὅτ' ἂν δὲ προσφέρωσιν ὑμᾶς ἐπὶ τὰς Συναγωγὰς, καὶ τὰς ἀρχὰς, καὶ τὰς ἐξουσίας, μὴ μεριμνᾶτε, πῶς ἢ τί ἀπολογήσησθε, ἢ τί εἴπητε· τὸ γὰρ ἅγιον Πνεῦμα διδάξει ὑμᾶς ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ, ἃ δεῖ εἰπεῖν. » Νῦν τὸ ἔπαθλον τῆς μαρτυρίας προτίθησιν. Ἐπεὶ γὰρ εἶπε, Μὴ φοβεῖσθε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, καὶ προσεῖπεν, ὅτι, Καὶ αἱ τρίχες ὑμῶν ἠριθμηνται, ἵνα μή τις εἴπῃ· Δός μοι καὶ μισθόν τινα· τί γάρ μοι μέλλει εἰ τὰς τρίχας ἔχεις ἠριθμημένας; φησί· Θέλεις καὶ μισθόν; ἄκουε· Ὃς ἂν ὁμολογήσῃ ἐν ἐμοὶ, ὁμολογηθήσεται ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Τὸ δὲ, Ὁμολογήσῃ ἐν ἐμοὶ, εἶπεν, ἀντὶ τοῦ, Μετὰ τῆς ἐμῆς συνεργείας, καὶ ἐν τῇ ἐμῇ δυνάμει· Ὁμολογήσω γοῦν κἀγὼ ἐν αὐτῷ, τουτέστιν, ὑπ' αὐτοῦ συνεργούμενος. Χρῄζομεν γὰρ καὶ ἡμεῖς προηγουμένως τοῦ Θεοῦ· οὐδὲν γὰρ χωρὶς ἐκείνου δυνάμεθα· καὶ ὁ Θεὸς πάλιν χρῄζει ἡμῶν· ἐὰν γὰρ μὴ εὕρῃ ἐν ἡμῖν ἔργα ἄξια, οὐδὲ προσλαμβάνεται ἡμᾶς, ἢ γὰρ ἂν προσωπολήπτης εἴη. Ὁμολογοῦμεν οὖν ἡμεῖς ἐν αὐτῷ, τουτέστιν ἐν τῇ αὐτοῦ συνεργείᾳ. Καὶ αὐτὸς ἐν ἡμῖν, τουτέστιν ἐν τῇ ἡμῶν συνεργείᾳ. Εἰ μὴ γὰρ δώσομεν αὐτῷ ἀφορμὴν, οὐδὲ ὁμολογήσει ὑπὲρ ἡμῶν. Ὁ δὲ ἀρνούμενος, οὐκ ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ δυνάμει ἀρνεῖται. Διὸ οὐδὲ προσέθηκε τὸ, ἐν ἐμοὶ, ἀλλ', ὁ ἀρνησάμενός με, μήποτε δὲ καὶ πᾶς ἅγιος ἐν τῷ Χριστῷ μένει, καὶ ὁ Χριστὸς ἐν αὐτῷ, κατὰ τοῦτο εἴρηται τό· Ὃς ἂν ὁμολογήσῃ ἐν ἐμοὶ, τουτέστι μένων, ὁμολογήσω κἀγὼ ἐν αὐτῷ μένων· καὶ πᾶς ὃς ἂν ἐρῇ λόγον εἰς τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, ἀφεθήσεται αὐτῷ. Τοῦτ' ἔστι, ὃς βλασφημήσει εἰς ἐμὲ τὸν φαινόμενον Υἱὸν ψιλὸν τοῦ ἀνθρώπου, καὶ ἐσθίοντα, καὶ πίνοντα, καὶ μετὰ τελωνῶν διάγοντα καὶ πορνῶν, συγγνωστὸς, κἂν μετανοήσῃ, κἂν μή. Οὐ γὰρ λογίζεται αὐτῷ ἁμαρτία μὴ πιστεύοντι. Τί γὰρ εἶδεν, ἵνα πιστεύσῃ; Τί δὲ μᾶλλον οὐκ εἶδεν ἄξιον δυσφημίας; Εἶδεν ἄνθρωπον, πόρναι; συνδιάγοντα, καὶ βλασφημεῖ εἰς αὐτόν· οὐ λογίζεται οὖν αὐτῷ ἁμαρτία. Εἰκὸς γὰρ ἔπαθε· πῶς γὰρ Υἱὸς Θεοῦ, ὁ πόρναις συνδιάγων; Βλασφημήσει τοίνυν καὶ πλάνον ἀποκαλέσει τὸν οὕτω μὲν διάγοντα, Υἱὸν δὲ Θεοῦ ἑαυτὸν ποιοῦντα. Ὅταν δέ τις εἰς τὸ ἅγιον Πνεῦμα βλασφημῇ, ἀσύγγνωστος. Ὁ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· Ὅταν θεοσημείας βλέπων, καὶ ἔργα μεγάλα καὶ ἐξαίρετα ἀπιστῇ καὶ συκοφαντῇ, τὰς τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐνεργείας τῷ Βεελζεβοὺλ προσανατιθείς, τότε βλασφημῶν εἰς τὸ ἅγιον Πνεῦμα, καὶ ἐν πνεύματι πονηρῷ καὶ οὐ θείῳ τὰ σημεῖα γίνεσθαι λέγων, ἀσύγγνωστός ἐστι, καὶ οὐκ ἔσται ἀθῷος, εἰ μὴ μετανοήσει· τῷ μὲν εἰς τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου βλασφημοῦντι, οὐδὲ ἁμαρτία ἐλογίζετο, διὸ καὶ μὴ μετανοῶν συγγνωστέος. Τῷ δὲ θείου Πνεύματος ἔργα ὁρῶντι, καὶ βλασφημοῦντι, χωρὶς μετανοίας οὐκ ἀφεθήσεται. Ἁμαρτία γὰρ

A autem negaverit me coram hominibus, negabitur coram angelis Dei. Et quisquis loquitur dictum in Filium hominis, remittetur illi : ei vero qui in Spiritum sanctum convicium dixerit, non remittetur. Cum autem adduxerint vos ad Synagogas, et ad magistratus ac potestates, nolite solliciti esse qualiter aut quid respondeatis, aut quid dicatis. Spiritus enim sanctus docebit vos in eadem hora quid oporteat vos dicere. » Nunc autem præmium martyrii adjicit. Postquam enim dixit, Ne timeatis ab his qui occidunt corpus : et adjecit quod Capilli vestri numerati sunt : ne quis dicat : Da mihi etiam mercedem aliquam : quid enim mihi profuerit si capillos numeraveris ? Vis, inquit, etiam mercedem ? audi : Quisquis confitebitur in me, agnoscetur coram Deo. In me, B dicit, confitebitur, hoc est meo adjutorio adjutus, et mea virtute : confitebor igitur et ego in illo, hoc est sub ipso cooperans. Opus enim habemus et nos Deo duce, sine quo nihil possumus : et Deus quoque opus habet nobis. **368** Si enim non invenerit in nobis opera digna, neque nos assumet : alioqui personarum acceptor esset. Confitemur igitur et nos in illo, hoc est in ejus cooperatione : et ipse in nobis, hoc est in nostra cooperatione. Si enim non dederimus ei occasionem, non confitebitur pro nobis. Qui autem negaverit, non in virtute Dei negat : ideo non apponit, in me, sed, qui negaverit me. Quid autem si etiam juxta id quod omnis sanctus manet in Christo, et Chri- C stus manet in eo, istud quoque dictum est : « Quisquis confitebitur in me, hoc est in me manens, confitebor utique et ego in illo manens [a]. Et omnis qui dixerit sermonem in Filium hominis, remittetur ei. » Hoc est, qui blasphemaverit in me, qui videor purus Filius hominis, et comedo, et bibo, et cum publicanis et scortis versor, veniam consequi poterit, sive pœnituerit, sive non. Non enim imputatur ei peccatum si non credat. Quid enim vidit ut credat ? vel potius, quid non vidit convicio dignum ? Vidit hominem versantem cum scortis, et ideo blasphemat eum : non igitur imputatur ei peccatum. Verisimile enim visum est : nam quomodo Filius Dei, qui cum scortis versatur ? Blasphemat igitur et impostorem vocat eum, qui sic conversa- D tur, et facientem se Filium Dei. Quando autem quis convicium dixerit in Spiritum sanctum, non remittetur ei. Quod vero dicit, hunc sensum habet : Quando videns divina miracula, et opera magna et præcellentia discredit, et calumniatur Spiritus sancti operationes, illas Beelzebul attribuens, is blasphemat et convicium dicit in Spiritum sanctum ; et in spiritu maligno et non divino miracula fieri dicens, veniam non consequetur, et non erit innocens, si non pœnituerit. Ei enim qui Filium hominis blasphemat, peccatum non imputatur : ideo etsi non agat pœnitentiam, veniam consequetur. Videnti autem divini Spiritus opera, et blas-

[a] Matth. x, 32.

Digitized by Google

phemanti, absque pœnitentia peccatum non remittetur: peccatum enim maximum habebitur. Cum autem adduxerint vos ad magistratus et potestates, etc. Quia infirmitas nostra duplex est, et vel propter timorem pœnarum fugimus martyrium, vel propter simplicitatem, eo quod non possumus reddere rationem nostræ fidei: sanavit quidem metum qui ex pœnis, quia dixit: Ne timeatis eos a quibus occiditur corpus. Sanat quoque nunc metum qui ex simplicitate; nam quoniam non multi sapientes secundum carnem crediderunt, sed plures laici: Ne timeas, inquit, qui simplex es, et agrestis ac idiota, neque sollicitus sis quomodo vel quid respondeas tyranno, cum interrogatus fueris, vel quid dicas: alius concionandi modus erit. Spiritus enim sanctus docebit vos in illa hora quæ **369** loqui oporteat: atque ita quid fuerit opus sollicitudine, si quidem in illa hora a Spiritu sancto docendus eris? Sic igitur utroque modo nos ad martyrium instruit: sanat metum qui est ex corporali infirmitate, et qui ex simplicitate.

μεγίστη λογισθήσεται. Ὅταν δὲ προσφέρωσιν ὑμᾶς ἐπὶ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἐπειδὴ ἡ ἀσθένεια ἡμῶν διττὴ, καὶ ἡ διὰ φόβον κολάσεων ἀποφεύγομεν τὸ μαρτύριον, ἡ δι' ἀγροικίαν, καὶ τὸ μὴ δύνασθαι δοῦναι λόγον τῆς ἐν ἡμῖν πίστεως· ἰάσατο μὲν τὸν ἐπὶ ταῖς κολάσεσι φόβον διὰ τοῦ εἰπεῖν, Μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, ἰᾶται δὲ νῦν καὶ τὸν ἐπὶ τῇ ἀγροικίᾳ. Ἐπεὶ γὰρ οὐ πολλοὶ σοφοὶ κατὰ σάρκα ἐπίστευσαν, ἀλλ' οἱ πλείους ἰδιῶται, Μὴ φοβοῦ, φησὶ, ὁ ἄγροικος καὶ ἰδιώτης, μηδὲ μερίμνα πῶς ἢ τί ἀπολογήσῃ τῷ τυράννῳ ἐρωτώμενος ἢ τί εἴπῃς· ἄλλον τρόπον δημηγορῶν· τὸ γὰρ ἅγιον Πνεῦμα διδάξει ὑμᾶς ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ, ἃ δεῖ εἰπεῖν. Ὥστε, τίς χρεία τοῦ φροντίζειν, εἴγε ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ μέλλεις ὑπὸ τοῦ Πνεύματος διδάσκεσθαι; οὕτως οὖν ἀμφοτέρωθεν εἰς τὸ μαρτύριον ἡμᾶς ἐπαλείφει, τόν τε ἐπὶ τῇ σωματικῇ ἀσθενείᾳ φόβον, τόν τε ἐπὶ τῇ ἀγροικίᾳ ἰώμενος.

VERS. 13-15. « Ait autem ei quidam de turba: Magister, dic fratri meo ut dividat mecum hæreditatem. At ille dixit ei: Homo, quis me constituit judicem aut divisorem super vos? Dixitque ad illos: Videte et cavete ab avaritia, quia non in abundantia cujusquam vita ejus est ex iis quæ possidet. » Docens nos Dominus quomodo oporteat contemnere temporalia, et quod non opus sit multum occupari in terrenis, dimittit a se eum qui vocaverat se ut partiretur hæreditatem paternam; ideo et dicit: Quis me constituit judicem vel divisorem super vos? Quoniam enim ille omiserat petere utilia, et animæ saluti conferentia, in terrenis et temporalibus negotiis quærebat ipsum facere divisorem: cujus gratia quasi obstreperum, et nihil ex utilibus discere volentem, dimittit, idque mansuete et non austere faciens. Docet autem omnino per hoc omnes et qui tunc et qui nunc audiunt, omnia quidem terrena negligenda, et ob temporalia negotia non contendendum cum fratribus, cedendum autem magis illis, etiamsi velint avari esse. Ab eo enim, inquit, qui aufert tua, ne repetas. Quærenda igitur quæcunque utilia et necessaria sunt ad salutem animæ; ideo et subdidit dicens: Videte et custodite vos ab avaritia, ut a diabolica quadam fovea admonet nos ut fugiamus. Ad quos autem dixit: Videte et custodite vos ab avaritia? Ad duos illos fratres, quoniam de hæreditate illi contendebant. Verisimile autem erat, unum ex illis duobus alterum injuria affecisse, et propterea de avaritia cum illis loquitur. Magnum enim hoc malum: idcirco et Paulus idololatriam ipsam vocat: forte quod ad solos pertineat qui Deum ignorant; vel, id quod etiam verius, quia idola gentium, argentum et aurum. Igitur qui colit argentum et aurum, similis est idolorum cultoribus. Eamdem enim materiam adorant et amplexantur uterque. Supervacua itaque fugienda. Quare? Quia non in abundanti quodam

« Εἶπε δέ τις αὐτῷ ἐκ τοῦ ὄχλου· Διδάσκαλε, εἰπὲ τῷ ἀδελφῷ μου μερίσασθαι μετ' ἐμοῦ τὴν κληρονομίαν. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ· Ἄνθρωπε, τίς με κατέστησε δικαστὴν ἢ μεριστὴν ἐφ' ὑμᾶς; Εἶπε δὲ πρὸς αὐτούς· Ὁρᾶτε καὶ φυλάσσεσθε ἀπὸ τῆς πλεονεξίας, ὅτι οὐκ ἐν τῷ περισσεύειν τινὶ ἡ ζωὴ αὐτοῦ ἐστιν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ. » Διδάσκων ἡμᾶς ὁ Κύριος, πῶς δεῖ καταφρονεῖν τῶν βιωτικῶν, καὶ ὅτι οὐ δεῖ περισπᾶσθαι περὶ τὰ γήϊνα, ἀποπέμπεται τὸν προσκαλούμενον αὐτὸν εἰς τὸ μερίσασθαι τὴν πατρῴαν κληρονομίαν. Διὸ καί φησι· Τίς με κατέστησε δικαστὴν ἢ μεριστὴν ἐφ' ὑμᾶς; Ἐπειδὴ γὰρ ἐκεῖνος, καταλιπὼν αἰτεῖν τὰ χρήσιμα καὶ πρὸς ψυχικὴν σωτηρίαν συμφέροντα, περὶ γηΐνων καὶ προσκαίρων πραγμάτων μεριστὴν αὐτὸν γενέσθαι ἠτεῖτο, τούτου χάριν ὡς ὀχληρὸν καὶ οὐδὲν ἐθέλοντα μαθεῖν τῶν δεόντων ἀποπέμπεται, καὶ τοῦτο πράως ποιῶν καὶ οὐκ ἐπιπληκτικῶς. Πείθει δὲ πάντως διὰ τούτου πάντας τοὺς καὶ τότε καὶ νῦν ἀκούοντας παντὸς μὲν ἀμελεῖν προσκαίρου καὶ γηΐνου πράγματος, μὴ φιλονεικοῦντας ἀδελφοῖς, εἴκοντας δὲ μᾶλλον αὐτοῖς, κἂν βούλωνται πλεονεκτεῖν. Ἀπὸ γὰρ τοῦ αἴροντος, φησὶ, τὰ σὰ μὴ ἀπαίτει, ζητοῦντας ὅσα πέρ ἐστι χρήσιμα καὶ ἀναγκαῖα πρὸς σωτηρίαν ψυχῆς. Διὸ καὶ ἐπήγαγε λέγων· Ὁρᾶτε καὶ φυλάσσεσθε ἀπὸ τῆς πλεονεξίας, ὡς βόθρον τινὰ διαβολικὸν παραινῶν ἡμῖν ταύτην ἀποφεύγειν. Πρὸς τίνας δὲ τοῦτο εἶπε, Ὁρᾶτε καὶ φυλάσσεσθε ἀπὸ τῆς πλεονεξίας; Πρὸς τοὺς δύο τούτους ἀδελφούς· ἐπεὶ γὰρ περὶ κληρονομίας ἦν αὐτοῖς ἡ ἀμφιβολία, εἰκὸς δὲ ἦν τῶν δύο τούτων τὸν ἕνα ἀδικεῖν τὸν ἕτερον, διὰ τοῦτο περὶ πλεονεξίας αὐτοῖς διαλέγεται. Μέγα γὰρ τοῦτο κακόν· διὸ καὶ Παῦλος, εἰδωλολατρείαν τοῦτο καλεῖ, τάχα ὡς μόνοις πρέπον τοῖς μὴ εἰδόσι Θεόν· ἢ ὅπερ καὶ ἀληθέστερον, ἐπεὶ τὰ εἴδωλα τῶν ἐθνῶν, ἀργύριον καὶ χρυσίον. Ὅμοιος τοῖς εἰδωλολάτραις ὁ τιμῶν τὸ ἀργύριον καὶ τὸ χρυσίον· τὴν γὰρ αὐτὴν ὕλην προσκυνοῦσι καὶ περιέπουσιν ἀμφότεροι. Δεῖ

Digitized by Google

οὖν φεύγειν τὸ περιττόν. Διατί; Διότι οὐκ ἐν τῷ περισσεύειν τινὶ ἡ ζωὴ αὐτοῦ ἐστι, τουτέστιν, οὐ συνεκτείνεται τὸ τῆς ζωῆς μέτρον τῇ περιουσίᾳ· οὐ γὰρ δὴ ὁ ἔχων πολλὰ, ἤδη που καὶ ἐς μακρὸν ζήσεται, οὐδὲ ἀκολουθεῖ τῷ πλήθει τοῦ πλούτου ἡ μακροζωΐα. Τοῦτο δὲ λέγει ὁ Κύριος, ἀνατρέπων τοὺς τῶν φιλοπλούτων λογισμούς· ἐπειδὴ γὰρ οἱ φιλόπλουτοι δοκοῦσιν ὡς φιλόζωοι περιέπειν τὸν πλοῦτον, καὶ ὡς ἐπὶ μακρὸν μέλλοντες βιώσεσθαι, παντα-χόθεν συνάγειν, φησίν· Ἄθλιε καὶ ταλαίπωρε, μὴ γὰρ ἐκ τοῦ ἔχειν πολλὰ προσγενήσεταί σοι καὶ τὸ μακρόβιον; τί τοίνυν κακοπαθεῖς προδήλως ὑπὲρ τῆς ἀδήλου ἀναπαύσεως; Ἄδηλον μὲν γὰρ, εἴγε ὄψεσθε εἰς γῆρας, οὗ εἵνεκα θησαυρίζεις. Πρόδηλον δὲ ὅτι νῦν δαπανᾷ περὶ τὸν πορισμὸν τῶν χρημάτων.

« Εἶπε δὲ παραβολὴν πρὸς αὐτοὺς λέγων· Ἀνθρώπου τινὸς πλουσίου εὐφόρησεν ἡ χώρα, καὶ διελογίζετο ἐν ἑαυτῷ λέγων· Τί ποιήσω, ὅτι οὐκ ἔχω ποῦ συνάξω τοὺς καρπούς μου; Καὶ εἶπε· Τοῦτο ποιήσω, καθελῶ μου τὰς ἀποθήκας, καὶ μείζονας οἰκοδομήσω, καὶ συνάξω ἐκεῖ πάντα τὰ γεννήματά μου, καὶ τὰ ἀγαθά μου, καὶ ἐρῶ τῇ ψυχῇ μου· Ψυχή, ἔχεις πολλὰ ἀγαθὰ κείμενα εἰς ἔτη πολλά, ἀναπαύου, φάγε, πίε, εὐφραίνου. Εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Θεός· Ἄφρον, ταύτῃ τῇ νυκτὶ τὴν ψυχήν σου ἀπαιτοῦσιν ἀπὸ σοῦ· ἃ δὲ ἡτοίμασας, τίνι ἔσται; Οὕτως ὁ θησαυρίζων ἑαυτῷ, καὶ μὴ εἰς Θεὸν πλουτῶν. » Εἰπὼν ὅτι οὐ τῇ περισσείᾳ τῶν χρημάτων καὶ ἡ τοῦ ἀνθρώπου ζωὴ συμπαρεκτείνεται, πρὸς βεβαίωσιν τούτου ἐπιφέρει καὶ παραβολήν. Καὶ ὅρα πῶς ὑπογράφει ἡμῖν ἀνοήτου πλουσίου ἀπλήστους λογισμούς. Ὁ μὲν γὰρ Θεὸς τὰ ἑαυτοῦ ἐπορίει, καὶ τὴν οἰκείαν εὐσπλαγχνίαν ἐπεδείκνυτο· οὐ γὰρ ἓν γήδιον τοῦ πλουσίου, ἀλλ' ὅλη ἡ χώρα εὐφόρησεν. Ὁ δὲ οὕτως ἦν ἄκαρπος περὶ τὴν εὐσπλαγχνίαν, ὥστε πρὶν ἢ λαβεῖν, συνεῖχεν. Ὅρα δὲ καὶ τὰς τοῦ πλουσίου ἡδονάς, Τί ποιήσω; Τοιαύτας φωνὰς οὐχὶ καὶ ὁ πένης λέγει, τί ποιήσω, ὅτι οὐκ ἔχω πῶς τραφήσομαι, πῶς ἐνδύσομαι; Ἴδε μοι καὶ τὰς τοῦ πλουσίου φωνάς· Τί ποιήσω, ὅτι οὐκ ἔχω ποῦ συνάξω τοὺς καρπούς μου; Καλή γε ἀνάπαυσις. Εἴγε καὶ ὁ πένης φησί· Τί ποιήσω, ὅτι οὐκ ἔχω; καὶ ὁ πλούσιος, Τί ποιήσω, ὅτι οὐκ ἔχω; τί τοίνυν συνάγομεν ἐκ τοῦ πλείω συνάγειν; ἀνάπαυσιν μὲν γὰρ οὐ κερδαίνομεν. Καὶ δῆλον ἀπὸ τῶν φροντίδων, ἁμαρτιῶν δὲ μόνον πλῆθος ἑαυτοῖς ἐπισωρεύομεν. Καθελῶ μου τὰς ἀποθήκας, καὶ μείζονας οἰκοδομήσω. Ἐὰν δὲ πλέον εὐφορήσῃ εἰς τὸ μέλλον ἡ χώρα, πάλιν καθαιρήσεις, καὶ πάλιν οἰκοδομήσεις· καὶ τίς χρεία καθαιρεῖν καὶ οἰκοδομεῖν; Ἔχεις ἀποθήκας τῶν πτωχῶν τὰς γαστέρας, πολλὰ δυναμένας χωρεῖν, καὶ ἀκαταλύτους καὶ ἀφθάρτους· οὐράνιοι γάρ εἰσι καὶ θεῖαι, εἴπερ ὁ τρέφων πέτηνα, Θεὸν τρέφει. Ὅρα δὲ καὶ ἕτερον ἀνώτερον. Τὰ γεννήματά μου, καὶ τὰ ἀγαθά μου. Οὐ γὰρ ἐνόμιζε ταῦτα ἔχειν ἐκ Θεοῦ, ἢ γὰρ ἄν, ὡς Θεοῦ οἰκονόμος, περὶ ταῦτα διέκειτο. Ἀλλ' οἰκείων πόνων γεννήματα ταῦτα ᾤετο, διὸ καὶ ἑαυτῷ ταῦτα σφετερίζόμενος, Τὰ γεννήματά μου καὶ τὰ ἀγαθά μου, ἔλεγεν· οὐδένα γὰρ, φησὶν, ἔχω κοινωνὸν, οὐδένα

A vita illis est : id est, vitæ mensura non simul extenditur cum ipsa abundantia, neque enim qui multa possidet, diutius vivit : neque comitatur divitiarum multitudinem vitæ longævitas. Hoc autem dicit Dominus confutans cogitationes amantium divitias. Quoniam enim divitiarum amatores existimant quod multo tempore divitias possessuri sint, et quasi diu victuri, undequaque opes colligunt, dicit : Miser et ærumnose, nunquid ex multorum possessione vita tua productior erit ? cur igitur affligeris manifeste pro **370** incerta quiete ? Incertum enim num ad senectutem pertingas, cujus gratia thesaurizas : manifestum autem quod nunc insumis in opes conquirendas.

B Vers. 16-21. « Dixit autem similitudinem ad illos, dicens : Hominis cujusdam divitis uberes fructus ager attulit, et cogitabat intra se, dicens : Quid faciam, quod non habeam quo congregem fructus meos ? Et dixit : Hoc faciam, destruam horrea mea, et majora exstruam, et congregabo illuc omnia bona mea quæ mihi nata sunt, et dicam animæ meæ : Anima, habes multa bona reposita in annos multos, requiesce, comede, bibe, gaude. Dixit autem illi Deus : Stulte, hac nocte animam tuam repetent abs te : quæ vero parasti, cui cedent ? Sic qui recondit sibi, nec est erga Deum dives. » Postquam dixit vitam hominis non produci cum divitiarum abundantia, ad confirmationem ejus affert C etiam parabolam : et vide quomodo describit nobis insatiabiles stulti divitis cogitationes. Deus enim sua faciebat, et solitam ostendebat misericordiam, ut non unus tantum divitis agellus, sed tota regio uberes illi fructus afferret : verum hic tam immisericors erat, ut antequam reciperet ea, clauderet. Vide item et divitis voluptates. Quid faciam ? Neutiquam pauper ita loqueretur, quid faciam, quia non habeo quomodo induar, quomodo alar ? Vide autem et divitis voces : Quid faciam, quia non habeo ubi congregem fructus meos ? Bona quidem est quies. Siquidem et pauper dicit : Quid faciam, quia non habeo ? et dives dicit : Quid faciam quia non habeo ? Quid igitur lucramur ex eo quod plura congregamus ? Quietem enim non lucramur, et D manifestum id, quod a curis : tantum autem peccatorum multitudinem nobis accumulamus. Destruam horrea mea, et majora exstruam : quod si regio plures in posterum fructus attulerit, iterum illa destrues, et alia ædificabis. Et quæ utilitas destruendi et exstruendi ? Habes horrea, pauperum ventres, quæ multa capere possunt, quæque incorruptibilia sunt : cœlestia enim sunt, et divina, quandoquidem qui pascit pauperem, Deum pascit. Vide item et aliam insipientiam. Proventus meos, hoc est quæ mihi nata sunt, et bona mea. Non enim putabat hæc se habere ex Deo, alioquin ut dispensator Dei aliter hæc disposuisset : sed suis laboribus parta putabat, idcirco et sibi hæc tribuens, bona sua et sibi nata dicebat, quasi diceret :

Digitized by Google

Nullum habeo socium, nullum divisorem facio : non Dei sunt, sed mea : solus igitur fruar, et ad fruitionem illorum Deum non assumam. Quia autem ista stulta, videamus et reliqua. Anima, habes multa bona reposita in multos annos. Longam sibi præstituit vitam, quasi et illam, terram colendo excoluisset : non enim et illa tibi inde nata est, neque hoc tuum **371** bonum. Comede, bibe, lætare. Euge qualia animæ bonæ affectiones : nam comedere et bibere, irrationalis animæ bonum est : igitur cum etiam ipse talem animam sortitus sis, merito illi hæc tribuis. Rationalis vero animæ bonum est, intelligere, ratiocinari, lætari in lege Dei et bonis cogitationibus. Non sufficit autem tibi et comedere et bibere, o stulte, sed et abominabilem voluptatem et turpissimam, quæ hanc consequitur, animæ imperas? Clare enim Dominus per hoc quod dicit, Lætare, affectiones declaravit libidinosas et intemperatas, quæ satietatem ciborum et potuum comitantur. Dixit autem ei Deus : Stulte, hac nocte animam tuam repetent. Non hoc dicitur quasi Deus familiare colloquium habeat cum divite, Dixit ei Deus ; sed sensum hunc habet quod dicit, Cum hæc ille in mente haberet, dixit Deus (fingitur enim hæc parabola) : Stulte. Stultum igitur illum vocat, ut qui prorsus insulsa cogitet, quemadmodum declaravimus. Insipiens enim est et vanus omnis qui talis est, sicut et David dicit : Vane omnis homo, [88], et causa est : thesaurizat et nescit cui congreget ea. Nam quo pacto non est insipiens, qui ignorat quod vitæ mensura apud solum Deum, nec sibi quisquam suam vitam definire possit? Observa item et verbum, Repetent. Angeli enim sicut crudeles tributorum exactores et terribiles, tuam repetent animam, te etiam invito, utpote propter vitæ præsentis immodicum amorem, obluctante. Nam a justo non repetitur anima, sed ille gaudens et exsultans commendat eam Deo Patri spirituum, neque mortem ægre fert. Corpore enim circumamictus est ut onere, quod leviter deponit. Peccator vero qui animam carni subdidit corpori nimium affectus, etiam illam fecit carnem, indivulsam eam habere vult : idcirco dicitur ab eo repetita, sicut ab inobediente quodam debitore qui traditur crudelibus exactoribus. Vide quoque quod non dixit : Repeto animam tuam : sed, Repetent. Justorum enim animæ in manu Dei. Et profecto in nocte ab hujusmodi repetitur anima. Non enim habet lumen divinæ scientiæ sibi fulgens, sed cum est in nocte cupiditatis divitiarum, et ab illa obtenebratur, morte comprehenditur. Sic utique stultus est qui sibi thesaurizat, et insipiens dicitur, et non perficit cogitationem suam, sed in ipso cogitationis momento ex tota vita abscinditur. At si pauperibus et Deo congregasset, non sic se habuisset, curemus igitur, ut divites flamus in Deo, hoc est ut in illo fiduciam habeamus et ut illum habeamus divitias

A μεριστὴν ποιοῦμαι, οὐ τοῦ Θεοῦ εἰσιν, ἀλλ' ἐμά, μόνος οὖν ἀπολαύσω· οὐ τὸν Θεὸν προσλήψομαι εἰς τὴν τούτων ἀπόλαυσιν. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα αὐτοῦ ἀνόητα, ἴδωμεν καὶ τὰ ἑξῆς. Ψυχή, ἔχεις πολλὰ ἀγαθὰ κείμενα εἰς ἔτη πολλά. Μῆκος ἑαυτῷ ὁρίζει ζωῆς, ὥσπερ καὶ τοῦτο ἐκ γῆς γεωργήσας· μὴ γὰρ καὶ τοῦτο γέννημα σὸν, μὴ γὰρ καὶ τοῦτο ἀγαθὸν σόν. Φάγε, πίε, εὐφραίνου. Εὖγε τῶν ἀγαθῶν τῆς ψυχῆς· τὸ γὰρ φαγεῖν καὶ τὸ πιεῖν, ἀλόγου ψυχῆς ἀγαθόν· τοιαύτην οὖν ἔχων καὶ αὐτὸς ψυχὴν, εἰκότως αὐτῇ ταῦτα προσανατίθης. Λογικῆς δὲ ψυχῆς ἀγαθὸν, νοῆσαι, λογίσασθαι, εὐφρανθῆναι νόμῳ Θεοῦ καὶ διανοήμασιν ἀγαθοῖς. Οὐκ ἀρκεῖ δέ σοι τὸ φαγεῖν καὶ πιεῖν, ὦ ἄφρον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐπακολουθοῦσαν τούτοις αἰσχίστην καὶ μυσαρὰν ἡδονὴν ἐπιτάττεις

B τῇ ψυχῇ; Εὐφήμως γὰρ ὁ Κύριος διὰ τοῦ, Εὐφραίνου, τὰ ἀσελγέστατα πάθη ἐδήλωσεν, ἃ τῇ πλησμονῇ τῶν βρωμάτων καὶ πομάτων παρέπεται. Εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Θεός· Ἄφρον, ταύτῃ τῇ νυκτὶ τὴν ψυχήν σου ἀπαιτοῦσιν ἀπὸ σοῦ. Οὐχ ὡς τοῦ Θεοῦ τῷ πλουσίῳ ὁμιλήσαντος λέγεται τὸ, Εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Θεὸς, ἀλλὰ τοιοῦτόν τι λέγει, ὅτι ταῦτα δὲ αὐτοῦ ἐνθυμουμένου, εἶπεν ὁ Θεὸς (πλάττεται γὰρ ταῦτα ἡ παραβολή)· Ἄφρον. Ἄφρονα μὲν οὖν αὐτὸν ὀνομάζει, ὡς πάντη ἀνόητα βουλευσάμενον, καθὰ δὴ ἀπεδείξαμεν. Ἄφρων γὰρ καὶ μάταιος πᾶς τοιοῦτος, καθὰ καὶ Δαυὶδ λέγει· Μάτην πᾶς ἄνθρωπος· καὶ ἡ αἰτία, θησαυρίζει καὶ οὐ γινώσκει τίνι συνάξει αὐτά· πῶς γὰρ οὐκ ἄφρων,

C ὁ μὴ γνοὺς ὅτι ζωῆς μέτρα παρὰ μόνῳ τῷ Θεῷ, καὶ οὐκ αὐτός τις ἕκαστος ἑαυτῷ ὁριστὴς τῆς ζωῆς, Ὅρα δὲ καὶ τὴν λέξιν τοῦ, Ἀπαιτοῦσιν. Ὥσπερ γάρ τινες ἀπηνεῖς φορολόγοι, φοβεροὶ ἄγγελοι τὴν ψυχήν σου ἀπαιτοῦσιν ἄκοντος, οἷα διὰ φιλοζωΐαν ἀντιποιουμένου τῶν ἐνταῦθα· ὁ μὲν γὰρ δίκαιος οὐκ ἀπαιτεῖται τὴν ψυχὴν, ἀλλὰ παρατίθεται ταύτην τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ τῶν πνευμάτων, χαίρων καὶ ἀγαλλόμενος, καὶ οὐδὲ δυσφορεῖ περὶ τὴν ἀπόθεσιν· ἐλαφρὸν γὰρ φορτίον τὸ σῶμα περίκειται· ὁ δέ γε ἁμαρτωλὸς κατασαρκώσας τὴν ψυχὴν, καὶ προσωματοποιώσας αὐτὴν, καὶ σῆν ποιήσας, δυσαποσπάστως αὐτὴν ἔχειν παρεσκεύασε, διὸ καὶ ἀπαιτεῖσθαι

D ταύτην λέγεται, ὥσπερ τις χρεώστης ἀπειθὴς πράκτορσιν ἀπηνέσι παραδιδόμενος. Ὅρα δὲ πῶς οὐκ εἶπεν· Ἀπαιτῶ τὴν ψυχήν σου, ἀλλ', Ἀπαιτοῦσι· τῶν δικαίων γὰρ αἱ ψυχαὶ ἐν χειρὶ Θεοῦ. Τῷ ὄντι οὖν ἐν νυκτὶ ἀπαιτεῖται τὴν ψυχὴν ὁ τοιοῦτος. Οὐ γὰρ ἔχει φῶς θείας ἐπιγνώσεως ἐπιλάμπον αὐτῷ, ἀλλ' ἐν νυκτὶ τῆς φιλοπλουτίας ὤν, καὶ ὑπὸ ταύτης ἐσκοτισμένος, θανάτῳ καταλαμβάνεται· οὕτως ἄρα ὁ θησαυρίζων ἑαυτῷ, ἄφρων δηλαδὴ καλούμενος, καὶ μὴ περαίνων τὰς αὐτοῦ βουλὰς, ἀλλ' ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ τῆς βουλῆς ἐκτεμνόμενος ὅλως τοῦ βίου. Εἰ δέ γε τοῖς πένησι καὶ τῷ Θεῷ ἐθησαύριζεν, οὐκ ἂν εἶχεν οὕτως· σπουδάσωμεν οὖν εἰς Θεὸν πλουτεῖν, τουτέστιν, ἐπ' ἐκείνῳ πεποιθέναι, καὶ ἐκεῖνον ἡμέτερον ἔχειν πλοῦτον, καὶ τοῦ πλούτου ταμείαν, καὶ μὴ λέγειν ὅτι τὰ ἀγαθά μου, ἀλλὰ, τὰ ἀγαθὰ τοῦ Θεοῦ·

[88] Psal. xxxviii, 12.

Digitized by Google

εἰ δὲ Θεοῦ εἰσιν ἀγαθὰ, μὴ ἀποστερώμεθα τὸν Θεὸν τῶν ἀγαθῶν αὐτοῦ· τοῦτο ἔστι τὸ εἰς Θεὸν πλουτεῖν, τὸ πιστεύειν ὅτι ἐὰν πάντα δώσω καὶ κενώσω, οὐδέν μοι τῶν ἀναγκαίων ἐπιλείψει· ταμεῖον γάρ μοι τῶν ἀγαθῶν ἐστιν ὁ Θεός· ἀνοίγω καὶ αἴρω τὰ χρειώδη.

A nostras (*a*) et divitiarum dispensatorem. Nec dicamus, bona nostra, sed, bona Dei : si autem Dei sunt bona, ne privemus Deum bonis suis. Hoc est ditari in Deo, credere quod **372** si omnia dedero et evacuavero, nihil eorum quibus mihi opus fuerit deficiet (*b*). Promptuarium enim bonorum Deus est : aperiam et tollam necessaria.

« Εἶπε δὲ πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ· Διὰ τοῦτο ὑμῖν λέγω, μὴ μεριμνᾶτε τῇ ψυχῇ τί φάγητε, μηδὲ τῷ σώματι ὑμῶν τί ἐνδύσησθε. Ἡ γὰρ ψυχὴ πλείων ἐστὶ τῆς τροφῆς, καὶ τὸ σῶμα τοῦ ἐνδύματος· κατανοήσατε τοὺς κόρακας ὅτι οὐ σπείρουσιν, οὐδὲ θερίζουσιν, οἷς οὐκ ἔστι ταμεῖον, οὐδὲ ἀποθήκη, καὶ ὁ Θεὸς τρέφει αὐτούς. Πόσῳ μᾶλλον ὑμεῖς διαφέρετε τῶν πετεινῶν; Τίς δὲ ἐξ ὑμῶν μεριμνῶν δύναται προσθεῖναι ἐπὶ τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ πῆχυν ἕνα; Εἰ οὖν οὔτε ἐλάχιστον δύνασθε, τί περὶ τῶν λοιπῶν μεριμνᾶτε; » Κατὰ μικρὸν ἐπὶ τὰ τελειότερα προάγει τὴν διδασκαλίαν ὁ Κύριος. Ὅρα γὰρ τὴν τάξιν. Ὑπέδειξε φυλάτεσθαι ἀπὸ τῆς πλεονεξίας, καὶ προσέθηκε παραβολὴν, τὴν περὶ τοῦ πλουσίου, διὰ ταύτης δεικνὺς, ὅτι ἄφρων ὁ τοῦ πλείονος ὀρεγόμενος. Εἶτα προκόπτων τῷ λόγῳ, οὐδὲ περὶ τῶν ἀναγκαίων ἡμᾶς μεριμνᾷν ἐᾷ. Ὥσπερ οὖν ὁ διάβολος ἀπὸ τῶν μικρῶν ἀρχόμενος περιπίπτειν ἡμᾶς τοῖς μείζωσι ποιεῖ (διὸ καὶ μυρμηκολέων ὠνόμασται παρὰ τῷ Ἰώβ), οὕτως ἐκ τοῦ ἐναντίου ὁ Κύριος ἀναλύων αὐτοῦ τὰ ἔργα, πρότερον τὰ μεγάλα ἁμαρτήματα φεύγει, εἶτα καὶ τὰς ἀρχὰς τούτων ὑποδείκνυσι. Τὴν οὖν πλεονεξίαν ὑποδείξας ἡμῖν φυλάττεσθαι, ἔρχεται καὶ ἐπὶ τὴν ῥίζαν ταύτης, ἵνα καὶ ταύτην ὑποτέμῃ, φημὶ δὴ τὴν μέριμναν, καί φησι· Διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν, ἐπειδὴ, φησὶν, ἄφρων ἐστὶν ὁ πλείονα ζωῆς μέτρα ἑαυτῷ διαγράφων, καὶ ἀπατώμενος τοῦ πλείονος ἐντεῦθεν ὀρέγεσθαι, οἷος ἦν ὁ πλούσιος, διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν, μὴ μεριμνήσετε τῇ ψυχῇ ὑμῶν τί φάγητε, οὐχ ὡς τῆς νοερᾶς ψυχῆς ἐσθιούσης, ἀλλ' ἐπεὶ δοκεῖ ἡ ψυχὴ μὴ ἄλλως ἀνέχεσθαι τῷ σώματι συνδεδέσθαι, εἰ μὴ τρεφομένων ἡμῶν· διὰ τοῦτο οὕτως εἶπεν. Ἄλλως τε· τὸ μὲν σῶμα καὶ νεκρὸν ἐνδύεται, οὐ τρέφεται δέ. Ἐπεὶ οὖν τοῦ ἐμψύχου τὸ τρέφεσθαι, εἰκότως ἀνέθηκε τῇ ψυχῇ τὸ τρέφεσθαι. Ἢ οὐχὶ καὶ ἡ θρεπτικὴ δύναμις ψυχὴ λέγεται; Μὴ μεριμνήσητε οὖν τῷ θρεπτικῷ μέρει τῆς ἀλόγου ψυχῆς, τί φάγητε, μηδὲ τῷ σώματι, τί ἐνδύσησθε. Εἶτα ἐπιφέρει λογισμόν· ὁ γὰρ τὸ μεῖζον δούς, τὴν ψυχὴν, οὐ δώσει καὶ τὴν τροφήν; Ὁ τὸ σῶμα δούς, οὐχὶ καὶ τὸ ἔνδυμα δώσει; Εἶτα ἀπὸ παραδείγματος τῶν κοράκων, ὡς ἂν ἐνθρέψῃ ἡμᾶς, τὰ πετεινὰ εἰς μέσον ἄγει. Ἠδύνατο μὲν γὰρ ἁγίους προφήτας παραγαγεῖν, οἷον τὸν Ἠλίαν καὶ τὸν Μωϋσῆν, ἀλλὰ πρὸς πλείω δυσωπίαν τὰ πετεινὰ φέρει. Εἶτα καὶ ἕτερον λογισμὸν ἐπιφέρει. Εἰπέ μοι, τί μεριμνῶν κερδαίνεις; Προστίθης τῇ ἡλικίᾳ σου κἂν τὸ ἐλάχιστον; Οὐχὶ, μᾶλλον μὲν οὖν ὑφαιρεῖς τῶν σαρ-

VERS. 22-26. « Dixitque ad discipulos suos : Ideo dico vobis : Nolite solliciti esse animæ quid edatis, neque corpori vestro quid induamini ; anima enim plus est quam esca, et corpus plus quam indumentum. Considerate corvos quia non seminant, neque metunt, quibus non est penuarium neque horreum, et Deus pascit illos. Quanto magis vos præstatis volucribus ? Quis autem vestrum sollicitudine sua potest adjicere ad staturam suam cubitum unum ? Si ergo ne id quidem, quod minimum est, potestis, quid de cæteris solliciti estis? » Paulatim in sublimiora subducit doctrinam Dominus. Vide enim ordinem. Docuit cavere ab avaritia, et apposuit parabolam illam de divite, per illam monstrans quod insipiens sit qui plura desiderat. Deinde proficiens sermone, neque de necessariis sollicitos nos esse sinit. Quemadmodum igitur diabolus a parvis incipit, ut nos in graviora mala faciat incidere, quamobrem et myrmicoleon a Job nominatur[86] : ita e diverso Dominus resolvit ejus opera. Primum enim magna peecata fugat, deinde etiam principia eorum ostendit. Cum igitur indicasset ut ab avaritia caveremus, venit et ad ipsam radicem, ut et ipsam amputet, sollicitudinem inquam, et dicit : Propter hoc dico vobis, quoniam insipiens est, qui plura quam vitæ necessitas exigat, inquirit, et plus in hac vita appetit, qualis erat dives ; idcirco dico vobis, ne solliciti sitis animæ vestræ quid comedatis : non quod mentales animæ comedant, sed quia apparet animam non aliunde corpori colligari, nisi nos alamur. Propterea sic dicit. Et aliter, corpus quidem mortuum induitur, non pascitur autem. Proinde quia animatorum est pasci, merito addidit animæ pasci. Annon et nutritiva vis anima dicitur ? Igitur ne solliciti sitis vegetativæ parti animæ non rationalis, quid comedatis, neque corpori quo induamini. Deinde affert rationem : Nam qui majus dedit, nempe animam, nonne et cibum dabit ? Qui dedit corpus, nonne et indumentum dabit ? Postea etiam ab exemplo corvorum probat quod nos nutriet, volatilia in medium afferens. Potuerat enim sanctos prophetas in medium afferre, utpote Eliam vel Mosen, sed ad majorem pudorem volatilia affert. Deinde et aliam rationem adducit. Dic, quæso, quid sollicitudine proficis ? adjicis staturæ tuæ vel minimum quid ? Non, imo aufers potius quidpiam e carnalibus. Sollicitudo enim tabefacit. Si igitur adjicere non potes id quod minimum, quid de reliquis

[86] Job IV, *juxta* LXX.

(*a*) Edit. Lut. *divitiarum cellam.*
(*b*) Ibid. *Evacuavero me totum, nec aliquid rerum necessarium defecturum est.*

Digitized by Google

sollicitus es ? Perspicuum enim, quod sicut Deus incrementum dat, ita et alia dabit.

Vers. 27-31. « Considerate **373** lilia quomodo crescunt : non laborant, neque nent. Dico autem vobis, nec Solomon in omni gloria sua vestiebatur sicut unum ex istis. Si autem gramen quod hodie est in agro, et cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit : quanto magis vos vestiet, o parum fidentes ? Et vos nolite quærere quid esuri sitis, aut quid bibituri : et nolite in sublime tolli. Hæc enim omnia gentes mundi quærunt. Pater autem vester scit quod istis indigeatis. Quin potius quærite regnum Dei, et hæc omnia adjicientur vobis. » Et hoc liliorum exemplum posuit, ut nos magis pudore suffunderet. Si enim hæc sic vestit Deus, ut neque Salomon in omnibus deliciis suis possit sic vestiri ut unum ex istis, quorum nulla quidem est necessitas pulchritudinis ; quanto magis nos, honorabiles præ cæteris creaturas, vestiet, præsertim cum necessitas corporis indumentum postulet ? Quid igitur, dicet quispiam, jubes ut non colamus agros ? Non dixit, Ne colatis agros : sed, Ne solliciti sitis. Etenim non prohibeo ne labores, sed ne sollicitus sis, interdico : hoc est, ne spem ponas in te ipso. Sic qui laborat, et spem habet in Deo, is citra sollicitudinem vivit. Quod enim sollicitudinem ut a Deo abducentem resecet, manifestum est. Proinde dicit : Ne quæratis quid comedatis, vel quid bibatis, et nolite in sublime tolli. In sublime tolli prorsus nihil aliud dicit quam distractionem, et mentis instabilem versionem, nunc hoc, nunc illud cogitantis et ab hoc in illud salientis, et semper sublimius quiddam imaginantis secum. Annon fuerit in sublime tolli ? Hanc igitur sollicitudinem, hoc est ita in sublime tolli, quia a Deo abducit, prohibet Dominus, dicens hæc omnia gentes inquirere. Sollicitudo enim non solis necessariis contenta est, sed, ut dixi, semper altius et majus quid requirit, et propterea dicitur μετεωρισμὸς elatio in sublime. Et ut aliquid exempli gratia dicam : non habemus panem, solliciti sumus unde habeamus : et non in hoc subsistimus, sed et ut adipem frumenti, deinde et vinum, idque fragrantissimum, et ad hæc assas carnes, et ad has attagines et phasianos. Vides sollicitudinem, et in sublime ac amplius extollentiam quam dicit μετεωρισμόν? Eapropter Dominus amputat hæc omnia : gentiles enim hæc quærunt. Insuper et aliam affert rationem : quia Pater noster scit quia his opus habetis, imo non unam rationem, sed multas. Pater est, inquit, et si Pater, quomodo non dabit? Sed et scit, nec enim ignorat : sed et vos opus habetis (*a*), nec enim superflua sunt, sed vobis necessaria. Igitur cum et ipse sit Pater, et vos opus habeatis, et sciat ille, quomodo non daturus esset? Quærite igitur regnum Dei ante omnia, **374** et tempora-

A κῶν· τηκεδὼν γὰρ ἡ μέριμνα. Εἰ τοίνυν τὸ ἐλάχιστον οὐ δύνασαι προσθῆναι, τί περὶ τῶν λοιπῶν μεριμνᾷς ; Πρόδηλον γάρ ὅτι, ὥσπερ τὴν αὔξησιν ὁ Θεὸς δίδωσιν, οὕτω καὶ τἄλλα δώσει.

« Κατανοήσατε τὰ κρίνα πῶς αὐξάνει· οὐ κοπιᾷ, οὐδὲ νήθει. Λέγω ὑμῖν, ὅτι οὐδὲ Σολομὼν ἐν πάσῃ τῇ δόξῃ αὐτοῦ περιεβάλετο ὡς ἓν τούτων. Εἰ δὲ τὸν χόρτον ἐν τῷ ἀγρῷ σήμερον ὄντα, καὶ αὔριον εἰς κλίβανον βαλλόμενον, ὁ Θεὸς οὕτως ἀμφιέννυσι, πόσῳ μᾶλλον ὑμᾶς, ὀλιγόπιστοι; Καὶ ὑμεῖς μὴ ζητεῖτε τί φάγητε ἢ καὶ τί πίητε, καὶ μὴ μετεωρίζεσθε. Ταῦτα γὰρ πάντα τὰ ἔθνη τοῦ κόσμου ἐπιζητεῖ. Ὑμῶν δὲ ὁ Πατὴρ οἶδεν, ὅτι χρῄζετε τούτων· πλὴν ζητεῖτε τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν. » Καὶ τὸ τῶν κρίνων ὑπόδειγμα, πρὸς τὸ ἐντρέψαι ἡμᾶς πλεῖον ἔθηκεν· εἰ γὰρ ταῦτα οὕτως; ἀμφιέννυσιν ὁ Θεὸς, ὡς μηδὲ τὴν τοῦ Σολομῶντος; δόξαν ἰσχύσαι περιβαλέσθαι ποτὲ ὡς ἓν τούτων, καὶ ταῦτα τοῦ κάλλους τῶν κρίνων μὴ ἀναγκαίου ὄντος, πόσῳ μᾶλλον ἡμᾶς, τὸ τίμιον πλάσμα, οὐκ ἀμφιέσει, καὶ ταῦτα ἀναγκαίου ὄντος τῷ σώματι ἡμῶν τοῦ ἐνδύματος; Τί οὖν, φησὶ, κελεύεις ἡμᾶς μὴ γεωργεῖν ; Οὐκ εἶπε· Μὴ γεωργεῖτε, ἀλλὰ, Μὴ μεριμνᾶτε. Ἐργάζεσθαι μὲν γὰρ οὐ κωλύω, μεριμνᾷν δὲ, ὅπερ ἐστὶ τὴν ἐλπίδα ἔχειν ἐν ἑαυτοῖς, τοῦτο ἀπαγορεύω. Ὡς ὄγε ἐργαζόμενος μὲν, ἐλπίζων δὲ εἰς Θεὸν, οὕτως ἀμερίμνως διάγει. Ὅτι γὰρ τὴν μέριμναν ὡς ἀπάγουσαν Θεοῦ ἐκκόπτει, δῆλον. Φησὶ γάρ· Μὴ ζητεῖτε τί φάγητε, ἢ τί πίητε, καὶ μὴ μετεωρίζεσθε. Μετεωρισμὸν γὰρ πάντως οὐδὲν ἄλλο λέγει, ἢ τὸν περισπασμὸν, καὶ τοῦ λογισμοῦ τὴν ἄστατον περιφοράν, ἄλλοτε ἄλλο ἐνθυμουμένου, καὶ ἀπὸ τούτου πηδῶντος ἐπ' ἐκεῖνο, καὶ ἀεὶ τὰ ὑψηλότερα φανταζομένου· οὐχὶ τοῦτό ἐστιν ὁ μετεωρισμός ; Ὡς οὖν ἀπάγουσαν ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ τὴν τοιαύτην μέριμναν, ἤτοι τὸν μετεωρισμὸν, ἀπαγορεύει ὁ Κύριος, εἰπὼν, ὅτι Ταῦτα πάντα τὰ ἔθνη ἐπιζητεῖ. Οὐ γὰρ μέχρι τῶν ἀναγκαίων ἡ μέριμνα ἵσταται, ἀλλ' ὅπερ εἶπον, ἀεὶ τὰ ὑψηλότερα ζητεῖ· διὸ καὶ μετεωρισμὸς λέγεται, οἷόν τί φημι· Οὐκ ἔχομεν ἄρτον, μεριμνῶμεν πόθεν ἔξωμεν, καὶ οὐκ ἄχρι τούτου ἱστάμεθα, ἀλλὰ καὶ ὁποῖον στέαρ πυροῦ· εἶτα καὶ οἶνον, καὶ τοῦτον ἀνθοσμίαν, καὶ ὄψον πρὸς τούτοις. Καὶ τοῦτο ἀτταγῆνος ἢ φασιανοῦ. Ὁρᾷς τὴν μέριμναν, καὶ τὸν μετεωρισμόν; Διὰ τοῦτο ὁ Κύριος παντελῶς ταύτην ἀποκόπτει· οἱ ἐθνικοὶ γὰρ ταῦτα ζητοῦσιν. Εἶτα καὶ ἕτερον ἐπάγει λογισμὸν, ὅτι ὁ Πατὴρ ἡμῶν οἶδεν ὅτι χρῄζετε, καὶ οὐχ ἕνα λογισμὸν, ἀλλὰ καὶ πλείους. Πατὴρ γάρ ἐστι, φησὶ, καὶ εἰ Πατὴρ, πῶς οὐ δώσει, Ἀλλὰ καὶ οἶδε, μὴ γὰρ ἀγνοεῖ, ἀλλὰ καὶ χρῄζετε, μὴ γὰρ περιττά ἐστιν, ἀλλὰ χρειώδη. Εἰ οὖν καὶ Πατὴρ, καὶ ὑμεῖς χρῄζετε, καὶ οἶδεν ἐκεῖνος, πῶς οὐ δώσει ; Ζητεῖτε οὖν τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ προηγουμένως, καὶ τὴν περὶ τὰ βιωτικὰ μέριμναν ἀποποιήσασθε, ὡς ἐκκόπτουσαν ἡμᾶς ἀπὸ τούτου. Καὶ τότε ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν. Ὁρᾷς Θεόν;

(*a*) Edit. Lut. *Sed et scit : quomodo enim ignoraret ? Sed et quod opus habetis.*

Digitized by Google

εἰ ζητεῖς τὰ μικρὰ, οὐκ ἀρεστὸν αὐτῷ ποιεῖς· καταισχύνεις γὰρ τὸ αὐτοῦ μεγαλόδωρον. Εἰ ζητεῖς τὰ μεγάλα, ἐκεῖνά τε λήψῃ, καὶ πρός γε προσθήκην ἕξεις καὶ τὰ μικρά· εἰ γὰρ ἴδοι σε ἀσχολούμενον περὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, ἀναγκαῖον πάντως, ὅτι προνοήσεταί σου ἐν τοῖς σοῖς. Ἢ οὐχὶ καὶ ἡμεῖς ἐν ταῖς οἰκείαις οὕτω ποιοῦμεν, μᾶλλον ἐκείνων φροντίζοντες τῶν ὅλους ἑαυτοὺς ἐπιδεδωκότων τῇ ἡμετέρᾳ θεραπείᾳ, καὶ τούτων προνοούμενοι, ὡς μὴ προνοουμένων αὐτῶν; οὐ πολλῷ οὖν μᾶλλον ὁ Κύριος; Ἐκκόπτει τοίνυν τὴν περὶ τῶν βιωτικῶν μέριμναν ὁ Κύριος, ἵνα πείσῃ ἡμᾶς ζητεῖν τὴν βασιλείαν αὐτοῦ· μεριμνῶσι γὰρ τοῦτο οὐκ ἔνεστιν. Μὴ φοβοῦ, τὸ μικρὸν ποίμνιον, ὅτι εὐδόκησεν ὁ Πατὴρ ὑμῶν δοῦναι ὑμῖν τὴν βασιλείαν.

A lium sollicitudinem abjicite, quæ ab illo abducit, adjicienturque vobis tunc omnia. Vides quod si parva quæsieris a Deo, nihil illi gratum facias : munificentiam enim ejus dehonestas. Sin quæsiveris magna, et illa accipies et cum illis accipies etiam parva. Nam cum te viderit occupatum regno suo, plane necessarium ut et tibi in rebus tuis prospiciat. Annon et nos in rebus propriis sic facimus, et magis curam illorum agimus, qui se totos nobis manciparunt, deque illis solliciti sumus tanquam seipsos ipsi negligant? quanto magis id agit Dominus? Propterea Dominus omnium temporalium curam rejicit, ut quæramus regnum ejus, id quod de temporalibus solliciti non faciunt. Noli timere, pusillus grex, quia complacitum est Patri vestro dare vobis regnum.

B

Vers. 33, 34. « Vendite quæ possidetis et date eleemosynam. Parate vobis sacculos qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in cœlis, quo fur non accedit, neque tinea corrumpit. Ubi enim thesaurus vester est, ibi et cor vestrum erit. » Dominus nominat discipulos et doctrinam suam suscipientes pusillum gregem : vel quod perpauci sunt sancti in mundo qui sponte paupertatem illam obeant : vel quod si ad angelos conferantur, numero incomparabiliter inferiores sint, quia multo plures sunt angeli. Et manifestum est hoc ex parabola quam dixit Dominus, quod gaudeat pastor plus super una ove inventa quæ perierat, quam super nonaginta novem quæ non erraverunt. Quo loco monstratur quod sicut unum se habet ad nonaginta novem, ita humana natura ad angelicam. Ne timeas igitur, dicit, o pusille grex, hoc est, ne sis incredulus. Gerit enim tui curam ac providentiam Deus, etiam si tu sollicitus non sis. Quare? Quia bonum visum est, et placet Patri ut det vobis regnum. Qui igitur vobis regnum dat, multo magis terrena concedet. Ne igitur diffidas, quod si divitiarum sollicitudinem abjeceris, non sis habiturus aliquem qui tibi provideat : sed vende ea quæ habes, et da eleemosynam, et fac tibi thesaurum indeficientem. Ad hæc persuadet nobis rationibus quibus contradicere non possumus. In hac enim vita, inquit, tinea corrumpit, in cœlis autem non sic. Non ergo insipientis esset colligere thesauros in loco in quo corrumpuntur? Postea quia aurum a tinea non corrumpitur, dixit, et quo fur non accedit. Tinea quidem non corrumpit aurum, sed fur diripit. Denique quia non omnia furto pereunt, adjicit rationem majorem, et contradictione superiorem. Ubi enim est thesaurus vester, inquit, illic et cor vestrum erit. Esto enim, inquit, quod neque tinea corrumpat, neque fur accedat : istuc ipsum tamen habere cor addictum thesauro defosso, et animam quæ divina possessio est, injicere terræ, **375** per se quanto supplicio fuerit dignum? imo quomodo non summo, si quis animadvertat? Ubi enim thesaurus tuus, illic et cor tuum : si in terra ille, et in terra hoc :

« Πωλήσατε τὰ ὑπάρχοντα ὑμῶν, καὶ δότε ἐλεημοσύνην· ποιήσατε ἑαυτοῖς βαλάντια μὴ παλαιούμενα, θησαυρὸν ἀνέκλειπτον ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὅπου κλέπτης οὐκ ἐγγίζει, οὐδὲ σὴς διαφθείρει· ὅπου γάρ ἐστιν ὁ θησαυρὸς ὑμῶν, ἐκεῖ καὶ ἡ καρδία ὑμῶν ἔσται. » Μικρὸν ποίμνιον ὀνομάζει τοὺς αὐτῷ μαθητεύειν θέλοντας ὁ Κύριος, ἢ διότι ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ οἱ ἅγιοι μικροὶ καὶ ἐλάχιστοι διὰ τὴν ἑκούσιον ἀκτημοσύνην καὶ ἀχρηματοσύνην, ἢ διὰ τὸ ἡττᾶσθαι τῆς τῶν ἀγγέλων πληθύος ἀμετρήτου οὔσης, καὶ ἀσυγκρίτως ὑπερεχούσης τὰ καθ' ἡμᾶς· ὅτι γὰρ πλείους οἱ ἄγγελοι, δῆλον ἐκ τῆς παραβολῆς, ἣν εἶπεν ὁ Κύριος· ὅτι χαίρει ὁ ποιμὴν ἐπὶ τῷ ἑνὶ πλανηθέντι καὶ εὑρεθέντι, ἢ ἐπὶ τοῖς ἐννενηκονταεννέα τοῖς μὴ πεπλανημένοις· ἔδειξε γὰρ ἐντεῦθεν, ὅτι ὥσπερ τὸ ἓν πρὸς τὰ ἐννενηκονταεννέα, οὕτω καὶ ἡ ἀνθρωπίνη φύσις πρὸς τὴν ἀγγελικήν. Μὴ φοβοῦ, φησὶ, ὦ μικρὸν ποίμνιον, ἀντὶ τοῦ, Μὴ ἀπιστήσῃς, ὅτι προνοήσεταί σου ὁ Θεὸς, κἂν μὴ σὺ μεριμνᾷς. Διὰ τί; Διότι εὐδόκησεν ὁ Πατὴρ δοῦναι ὑμῖν τὴν βασιλείαν. Ἐπεὶ οὖν τὴν βασιλείαν δίδωσι, πολλῷ μᾶλλον τὰ τῆς γῆς. Μὴ τοίνυν ἀπίστει, ὅτι ἐὰν ἀκτημοσύνην ἐπιτηδεύσῃ, οὐχ ἕξεις τὸν προνοησόμενόν σου, ἀλλὰ πώλησον τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δὸς ἐλεημοσύνην, καὶ ποίησον θησαυρὸν ἀνέκλειπτον. Εἶτα πείθει ἡμᾶς καὶ ἀπὸ λογισμῶν ἀναντιῤῥήτων. Ἐνταῦθα μὲν γάρ, φησὶ, σὴς διαφθείρει, ἐν οὐρανοῖς δὲ οὐ τοῦτο. Οὐκ ἄρα οὖν ἀνόητον τὸ θησαυρίζειν ἐν τόπῳ, ἐν ᾧ διαφθορά; Εἶτα ἐπειδὴ τὸν χρυσὸν οὐ διαφθείρει σὴς, εἶπε καὶ τὸ, Ὅπου κλέπτης οὐκ ἐγγίζει. Σὴς μὲν γὰρ οὐ διαφθείρει χρυσὸν, ἀλλὰ κλέπτης συλᾷ. Εἶτα ἐπειδὴ οὐ πάντες κλέπτονται, προστίθησι τὸν μείζω πάντη καὶ ἀναντίῤῥητον λογισμόν. Ὅπου γάρ ἐστιν ὁ θησαυρὸς ὑμῶν, ἐκεῖ καὶ ἡ καρδία ὑμῶν ἔσται. Ἔστω γάρ, φησὶν, ὅτι οὔτε σὴς διαφθείρει, οὔτε κλέπτης ἐγγίζει, αὐτὸ τοῦτο τὸ ἔχειν τὴν καρδίαν προσηλωμένην τῷ κατορωρυγμένῳ θησαυρῷ, καὶ τὸ θεῖον χρῆμα τῆς ψυχῆς τῇ γῇ ἐμβαλεῖν, πόσης ἄξιον τιμωρίας; Μᾶλλον δὲ πῶς οὐ μεγίστη τιμωρία τῷ γε νοῦν ἔχοντι; Ὅπου ὁ θησαυρός σου, ἐκεῖ καὶ ἡ καρδία σου· εἰ ἐν τῇ γῇ, καὶ αὕτη, εἰ ἐν τῷ οὐρανῷ ἐκεῖνος, ἄνω καὶ αὕτη. Τίς οὖν οὐκ ἂν ἕλοιτο εἶναι ἄνω

C

D

Digitized by Google

sin autem in cœlo ille, sursum est et hoc. Quis igitur non sursum esse, et non sub terra, mallet? Quis non diligeret potius esse angelus, quam talpa semper in subterraneis latebris agens?

VERS. 35-40. « Sint lumbi vestri præcincti, et lucernæ accensæ, et vos similes hominibus exspectantibus dominum suum quando revertatur a nuptiis: ut cum venerit et pulsaverit, confestim aperiant ei. Beati servi illi, quos cum venerit dominus, invenerit vigilantes. Amen dico vobis quod præcinget se, et faciet illos discumbere, et transiens ministrabit illis. Et si venerit in secunda vigilia, et in tertia vigilia venerit, atque ita invenerit, beati sunt servi illi. Hoc autem scitote, quod si scisset paterfamilias qua hora fur venturus fuisset, vigilasset utique, nec passus fuisset perfodi domum suam. Et vos igitur estote parati, quia qua hora non putatis, Filius hominis veniet. » Dominus postquam discipulum suum absque superfluis fecit et nudavit ab omni sollicitudine et cupiditate temporalium, et ita plane levem reddidit, nunc et ministrum suum facit. Eum enim qui minister esse voluerit, levem et expeditum esse oportet; ideo dicit: Sint lumbi vestri præcincti, hoc est, omnibus modis parati estote ad opera Domini vestri. Et lucernæ ardentes in manibus vestris, hoc est, ne in tenebris et absque judicio versemini, sed sit vobis lumen verbi, quod monstrabit vobis quæ facienda et quæ non facienda. Est igitur hic mundus nox. Porro succincti lumbis sunt, qui activam vitam agunt: ejusmodi enim habilibus utuntur operarii, quibus et ardentibus candelis opus est. Opus enim habet vita activa etiam judicii dono, ut is qui activam vitam agit, non solum sciat quid oporteat facere, sed et quomodo. Multi enim bonum quidem fecerunt, sed non bene, et tales quidem succincti fuerunt lumbis, et opera quidem fecerunt, sed non bene: nec habuerunt ardentes lucernas in manibus, hoc est, non habuerunt rectum judicium, sed vel in fastum inciderunt, vel in aliud arrogantiæ præcipitium. Consideres autem et hoc, quod primum lumbi nostri succincti sint, deinde lucernæ ardeant. Primum enim operatio, et deinde contemplatio, quæ mentis est illustratio. Lucerna enim est mens nostra, quæ cum habet lumen Dei in se fulgens, tum dicitur ardere. Demus igitur operam, ut virtute simus præditi duas habentes lucernas ardentes, et sermonem internum in affectibus, et quem pronuntiamus: et internum quidem ut per omnia animam illustret: eum autem quem proferimus, ut in **376** lingua refulgeat lucidus. Internus nos illuminet, doctorum autem sermo, et qui pronuntiatur, alios. Et nos similes simus hominibus exspectantibus dominum suum quando revertatur a nuptiis. Quis autem hic dominus alius quam Christus Jesus? qui humanam quidem assumpsit naturam, et sicut sponsam copulavit sibi, et nuptias fecit, in carnem unam ci se adjungendo: imo non unas fecit nuptias, sed multas. Quotidie enim nuptiæ fiunt in cœlo sanctarum animarum, quas ei commendat Paulus, vel si

A καὶ μὴ ὑπὸ γῆν; ἄγγελος εἶναι καὶ μὴ ἀσπάλαξ ὑπὸ γῆν ἀεὶ ἐν τοῖς ὀρύγμασι διαιτώμενος

« Καὶ εἶπον οἱ ἀπόστολοι τῷ Κυρίῳ· Πρόσθες ἡμῖν πίστιν. Εἶπε δὲ ὁ Κύριος· Εἰ εἴχετε πίστιν ὡς κόκκον σινάπεως, ἐλέγετε ἂν τῇ συκαμίνῳ ταύτῃ· Ἐκριζώθητι, καὶ φυτεύθητι ἐν τῇ θαλάσσῃ, καὶ ὑπήκουσεν ἂν ὑμῖν. Τίς δὲ ἐξ ὑμῶν δοῦλον ἔχων ἀροτριῶντα ἢ ποιμαίνοντα, ὃς εἰσελθόντι αὐτῷ ἐκ τοῦ ἀγροῦ ἐρεῖ· Εὐθέως παρελθὼν ἀνάπεσαι, ἀλλ' οὐχὶ ἐρεῖ αὐτῷ· Ἑτοίμασον τί δειπνήσω, καὶ περιζωσάμενος διακόνει μοι, ἕως φάγω καὶ πίω, καὶ μετὰ ταῦτα φάγεσαι καὶ πίεσαι σύ; Μὴ χάριν ἔχει τῷ δούλῳ ἐκείνῳ, ὅτι ἐποίησε τὰ διαταχθέντα αὐτῷ; Οὐ δοκῶ. Οὕτω καὶ ὑμεῖς, ὅταν ποιήσητε πάντα τὰ διαταχθέντα ὑμῖν, λέγετε, ὅτι Ἀχρεῖοι δοῦλοι ἐσμεν, ὃ ὠφείλομεν ποιῆσαι, πεποιήκαμεν. » Οἱ ἀπόστολοι ἐπίστευον μὲν τῷ Κυρίῳ, πλὴν εἰς συναίσθησιν τῆς ἀσθενείας αὐτῶν ἐλθόντες, καὶ ἀκούσαντες τοῦ Κυρίου περὶ μεγάλων τινῶν εἰπόντος αὐτοῖς, καὶ περὶ τοῦ κινδύνου τοῦ ἀπὸ τῶν σκανδάλων, δέονται ὡς ἂν πλεονάσῃ αὐτοῖς ἡ τῆς πίστεως δύναμις, δι' ἧς δυνήσονται ταῦτα, ἃ εἶπε, κατορθῶσαι, τὰ περὶ ἀκτημοσύνης φημί. Οὐδὲν γὰρ οὕτω κατορθοῖ ἀκτημοσύνην, ὡς τὸ πιστεῦσαι καὶ θαρρῆσαι Θεῷ· ὥσπερ οὐδὲν οὕτω ποιεῖ θησαυρίζειν, ὡς τὸ μὴ πιστεύειν, ὅτι μέγας ταμίας ὁ Θεὸς, καὶ ταμεῖον ἀκένωτον ἡ ἀγαθότης αὐτοῦ. Ἔτι τε καὶ πρὸς τὰ σκάνδαλα διὰ τῆς πίστεως ἔξουσιν ἀντιστῆναι, διὸ προσερχόμενοί φασι· Πρόσθες ἡμῖν πίστιν, τελειοτέρους ἀνάδειξον ἡμᾶς ἐν τῇ πίστει καὶ βεβαιοτέρους. Ὁ δὲ Κύριος δεικνύων αὐτοῖς, ὅτι καλῶς αἰτοῦσι, καὶ ὅτι ταύτην τὴν γνώμην δεῖ αὐτοὺς ἔχειν βεβαίαν περὶ τῆς πίστεως ὡς μεγάλα δυναμένης, φησὶν, ὅτι, Εἰ εἴχετε πίστιν, καὶ ταύτην ἂν τὴν συκάμινον μετεφυτεύετε. Δύο δὲ ἐν ταὐτῷ τὰ μεγάλα, τό τε μετακινηθῆναι τὸ κατὰ γῆς ἐρριζωμένον, καὶ τὸ ἐν τῇ θαλάσσῃ μεταφυτευθῆναι· ἐν ὕδατι γὰρ τί ἂν φυτευθείη; Δῆλον δὲ ὅτι διὰ τοῦ ταῦτα εἰπεῖν· τὴν τῆς πίστεως δείκνυσι δύναμιν. Τάχα δ' ἄν τις ἀλληγορῶν τὴν συκάμινον, εἰποι εἶναι τὸν διάβολον, ὡς τοῦ αἰωνίου σκώληκος πρόξενον ἡμῖν, καὶ τροφεῖα γινόμενον διὰ τῶν ἐξ αὐτοῦ φυομένων λογισμῶν, τῆς γὰρ συκαμίνου τὰ φύλλα σκώληκας τρέφουσι, δι' ὧν τὰ σηρικὰ νήματα γίνονται. Ταύτην οὖν τὴν συκάμινον ἡ πίστις δύναται ἐκρι-

loco pro sæpius positum est; sicut et cum dicitur: Sterilis peperit septem. Quoties igitur pœnitentiam agit, toties remittere oportet. Non enim cogites quod Dominus ponat numerum remissionis, sed per septies intellige sæpius, et sine numero: quemadmodum et in familiari colloquio dicimus urbem decem millium, non quod decem millia et non plures viros habeat: nam fortassis plures habet: sed idem dicere volumus ac si diceremus multorum virorum. Et quod hoc dicat manifestum est ex Matthæo. Illic enim cum dixisset Petrus: Nunquid, Domine, usque septies remittam ei [83]? Dominus dixit: Non, sed septuagies septies, et per hoc innumerabilia designat.

Vers. 5-10. « Et dixerunt apostoli Domino: Adauge nobis fidem. Dixit autem Dominus: Si haberetis fidem sicut granum sinapis, dixissetis huic arbori sycamino, Eradicare et transplantare in mare, et obedisset vobis. Quis autem vestrum habens servum arantem aut pascentem, qui regresso ab agro dicat: Statim transi et accumbe; ac non potius dicit illi: Para quod cœnem, et præcinge te, ac ministra mihi donec edero et bibero, et post hæc edito et bibito tu? Num gratiam habet servo illi, quia fecit quæ imperata fuerant? Non puto. Sic et vos cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite: Servi inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus. » Apostoli credebant quidem Domino, verum tamen cum venissent in conscientiam infirmitatis suæ, et audivissent Dominum de magnis quibusdam sibi dicentem et de periculo ab offendiculis, precantur ut augeatur in eis fidei virtus, per quam possint hæc quæ dicit perfici, de paupertate videlicet. Nihil enim adeo ad paupertatem de qua loquitur, perficiendam conducit, atque credere et confidere Deo: quemadmodum nihil ita facit thesauros reponere, ut non credere quod magnus sit thesaurarius Deus, et inexhaustum promptuarium bonitas ejus. Insuper ut et offendiculis per fidem obsistere possint, ideo accedentes dicunt: Auge nobis fidem, fac nos perfectiores et firmiores in fide. Dominus autem ostendens eis quod bene petant, et quod hanc mentem firmiter habere debeant de fide ut multum efficaci, dicit: Si haberetis fidem, istam sycaminum transplantassetis. Duo autem in hoc magna sunt, nempe in alium locum moveri radicatam in terra, et plantari in mari. In aqua enim quidnam plantatur? Manifestum autem quod, dum hæc dicit, fidei monstrat virtutem. Fortassis autem per allegoriam quis sycaminum dixerit esse diabolum, quod nobis auctor et alumnus sit vermis æterni, propter cogitationes quas ille generat. Folia enim sycamini vermes pascunt, unde fiunt serica. Hanc igitur sycaminum fides eradicare **425** valet ex corde humano, et in mare projicere, hoc est, in abyssum perdere. Et quia hæc dicit de fide, subdit doctrinam aliam magis necessariam. Qualis hæc?

[83] Matth. xviii, 21, 22.

Digitized by Google

Non superbiendum esse in bonis operibus. Quoniam enim fides multa corrigit, et facit implere mandata eum qui illam habet, cum eo quod adornat miraculorum operibus. Verum quia verisimile est hominem ex his in superbiam incidere, munit apostolos ita, ut non extollantur in bonis operibus, pulcherrimo exemplo. Quis enim vestrum, inquit, servum habens, et cætera. Monstratur enim per hanc parabolam quod non oportet extolli in bono quopiam opere, imo neque in omnium mandatorum impletione. Servo enim necessitas incumbit ut faciat mandata domini, neque ut bonum opus sibi illud ascribere debet. Quippe si non operabitur, dignus est multis plagis : cum autem operatus fuerit, contentus sit quod plagas effugerit. Proinde non oportet de hoc pretium vel honorem necessario quærere. Liberalitatis enim domini fuerit dare ipsi, imo largiri quidpiam. Igitur et qui servit Deo, etiamsi mandata perficiat, non debet extolli.. Nihil enim magnum fecit, sed væ erit ei nisi fecerit ; sicut Apostolus dicit : « Væ mihi nisi evangelizavero [84]. » Proinde si dona fuerit assecutus, non debet in illis superbire, et de eis se jactare. Beneficia enim sunt per misericordiam Dei illi concessa, non quod debeat ei aliquid Dominus : imo servus debet domino suo ut faciat omnia ejus mandata. Si autem et cum omnia mandata fecerimus, magnum quiddam tunc sentire non debemus, quid, cum maximam partem mandatorum Dei non perficimus, amplius extollimur ? Adverte autem quod in dicta parabola primum posuit arantem, et subdidit postea pascentem. Primum enim oportet esse aratorem, deinde et pastoralem curam assumere. Nam qui carnem suam bene araverit quasi terram quamdam, dignus erit etiam aliorum pastor fieri. Qui enim suæ domui nescit præesse ut oportet, quomodo Ecclesiæ curam geret? Ara igitur prius teipsum, et tunc pasces alios, sicut et Jeremias dicit : Novate vobis novalia, deinde subdit : Illuminate vos lumine scientiæ : quod pastorum præcipuum munus fuerit.

A ζῶσαι ἀπὸ καρδίας ἀνθρωπίνης, καὶ εἰς τὴν θάλασσαν βαλεῖν, τουτέστιν, εἰς τὴν ἄβυσσον ἀπολύσαι. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα εἶπε περὶ τῆς πίστεως, ἐπιφέρει καὶ ἀναγκαιοτάτην ἑτέραν διδασκαλίαν, ποίαν ταύτην; Τὴν περὶ τοῦ μὴ δεῖν μεγαλοφρονεῖν ἐπὶ κατορθώμασι· ἐπειδὴ γὰρ ἡ πίστις πολλὰ κατορθοῖ, καὶ τῶν ἐντολῶν πληρωτὴν ποιεῖ τὸν ταύτην ἔχοντα μετὰ τοῦ καὶ θαυματουργίαις κατακοσμεῖν αὐτὸν, ἐκ τούτων δὲ εἰκὸς τὸν ἄνθρωπον εἰς μεγαλοφροσύνην ἐκπεσεῖν πολλάκις, ἀσφαλίζεται τοὺς ἀποστόλους, ὥστε μὴ ἐπαίρεσθαι ἐπὶ κατορθώμασι, δι' ὑποδείγματος χαριεστάτου. Τίς γὰρ, φησὶν, ὑμῶν δοῦλον ἔχων, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἐνδείκνυται γὰρ διὰ ταύτης τῆς παραβολῆς, ὅτι οὐ δεῖ ἐπαίρεσθαι ἐπί τινι κατορθώματι, μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἐπὶ τῇ πασῶν τῶν ἐντολῶν ἐκπληB ρώσει. Δούλῳ γὰρ ἀνάγκη ἐπίκειται, τὸ πληροῦν τὰς ἐντολὰς τοῦ Κυρίου, οὐ μὴν ὡς κατόρθωμα ἐπιγράφεσθαι ἑαυτῷ τοῦτο ὀφείλει. Εἰ γὰρ μὴ ἐργάσηται, πληγῶν ἀξιωτέος, ἐπεὶ δὲ εἰργάσατο, ἀρκεῖσθω ὅτι τὰς πληγὰς ἐξέφυγεν, οὐ μὴν ὀφείλει ἐπὶ τούτῳ τιμὴν ζητεῖν ἀναγκαίως. Τῆς γὰρ τοῦ δεσπότου φιλοτιμίας ἐστὶ τὸ δοῦναι αὐτῷ, μᾶλλον δὲ χαρίσασθαί τι. Οὐκοῦν καὶ τῷ Θεῷ δουλεύων, εἴτε τὰς ἐντολὰς κατορθοῖ, οὐκ ὀφείλει ἐπαίρεσθαι. Οὐδὲν γὰρ μέγα ἐποίησεν· ἀλλ' οὐαὶ ἦν αὐτῷ, εἰ μὴ ἐποίησεν, ὡς ὁ Ἀπόστολός φησιν, « Οὐαί μοι, ἐὰν μὴ εὐαγγελίζωμαι. » Οὔτ' αὖ εἰ χαρισμάτων ἔτυχεν, ὀφείλει ἐπὶ τούτοις μεγαλοφρονεῖν· χαρίσματα γάρ εἰσι διὰ ἔλεον Θεοῦ χαρισθέντα αὐτῷ, οὐχὶ διότι ἐχρεώστει αὐτῷ ὁ δεσπότης. Μᾶλλον γὰρ ὁ δοῦλος C χρεωστεῖ τῷ δεσπότῃ αὐτοῦ, τὸ ποιεῖν πάσας τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ. Εἰ δὲ καὶ ὅταν πάσας τὰς ἐντολὰς ποιήσωμεν, οὐδὲ τότε ὀφείλομεν οἰεσθαί τι μέγα, τί γενόμεθα, ὅταν μηδὲ τὸ πολλοστὸν μέρος τῶν ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ κατορθοῦντες ἔτι ἐπαιρόμεθα; Ἐπίστησον δὲ ἐν τῷ τῆς παραβολῆς ῥητῷ, ὅτι πρῶτον ἔταξε τὸ, ἀροτριῶντα, εἶτα ἐπήγαγε τὸ, ποιμαίνοντα. Πρῶτον μὲν γὰρ δεῖ ἀρότην εἶναί τινα, εἶτα καὶ ποιμαντικὴν ἐγχειρισθῆναι. Ὁ γὰρ τὴν ἑαυτοῦ σάρκα καλῶς ἀροτριώσας οἷόν τινα γῆν, οὗτος ἄξιός ἐστι καὶ ποιμὴν ἑτέρων γενέσθαι. Ὃς γὰρ τοῦ ἰδίου οἴκου οὐκ οἶδεν, ὡς δεῖ, προστῆναι, πῶς Ἐκκλησίας ἐπιμελήσεται; Ἄροσον οὖν πρότερον σεαυτὸν, καὶ τότε ποιμανεῖς ἑτέρους, καθὰ καὶ Ἱερεμίας φησί· Νεώσατε ἑαυτοῖς νεώματα, εἶτα τό· Φωτίσατε ἑαυτοῖς φῶς γνώσεως, ὃ δηλοῖ τῆς ποιμαντικῆς τὸ κυριώτατον μέρος.

Vers. 11-19. « Et factum est dum iret Hierosolymam, et ipse transibat per mediam Samariam et Galilæam. Et cum ingrederetur quamdam civitatem, occurrerunt ei decem viri leprosi, qui steterunt procul, intentaque voce dixerunt : Jesu præceptor, miserere nostri. Quos ut vidit, dixit illis : Ite, ostendite vos sacerdotibus. Et factum est ut inter eundum mundati sint. Unus autem ex illis ut vidit quod mundatus esset, regressus est, cum voce magna glorificans Deum, et procidit in 426 faciem ad pedes ejus, gratias agens ei : et hic erat Samaritanus. Respondens autem Jesus dicit : Nonne decem mundati sunt ? novem autem illi ubi ? Non sunt

D « Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ πορεύεσθαι αὐτὸν εἰς Ἱερουσαλὴμ, καὶ αὐτὸς διήρχετο διὰ μέσου Σαμαρείας καὶ Γαλιλαίας. Καὶ εἰσερχομένου αὐτοῦ εἴς τινα πόλιν, ἀπήντησαν αὐτῷ δέκα λεπροὶ ἄνδρες, οἳ ἔστησαν πόρρωθεν, καὶ αὐτοὶ ἦραν φωνὴν, λέγοντες· Ἰησοῦ ἐπιστάτα, ἐλέησον ἡμᾶς. Καὶ ἰδὼν εἶπεν αὐτοῖς· Πορευθέντες ἐπιδείξατε ἑαυτοὺς τοῖς ἱερεῦσι. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ὑπάγειν αὐτοὺς, ἐκαθαρίσθησαν. Εἷς δὲ ἐξ αὐτῶν ἰδὼν ὅτι ἰάθη, ὑπέστρεψε, μετὰ φωνῆς μεγάλης δοξάζων τὸν Θεὸν, καὶ ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον παρὰ τοὺς πόδας αὐτοῦ, εὐχαριστῶν αὐτῷ· καὶ αὐτὸς ἦν Σαμαρείτης. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν· Οὐχὶ οἱ δέκα ἐκαθαρίσθησαν; οἱ δὲ ἐννέα ποῦ;

[84] I Cor. IX, 16.

Digitized by Google

Οὐχ εὑρέθησαν ὑποστρέψαντες δοῦναι δόξαν τῷ Θεῷ, εἰ μὴ ὁ ἀλλογενὴς οὗτος. Καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ἀναστὰς πορεύου, ἡ πίστις σου σέσωκέ σε. » Κἀντεῦθεν ἂν τις ἐπιγνοίη, ὡς οὐδὲν ἐμποδίζει τινὶ πρὸς τὸ εὐαρεστεῖν Θεῷ, κἂν ἐπικαταράτου γένους εἴη, μόνον εἰ προαίρεσιν ἀγαθὴν ἔχοι. Ἰδοὺ γὰρ δέκα μὲν λεπροὶ συνήντησαν τῷ Ἰησοῦ μέλλοντι εἰσελθεῖν εἴς τινα πόλιν. Ἀπήντησαν δὲ ἔξω τῆς πόλεως. Οὐ γὰρ ἐξῆν αὐτοῖς ἀκαθάρτοις νομιζομένοις εἴσω τῆς πόλεως διάγειν· πόρρωθεν δὲ στάντες, οἷα αἰσχυνόμενοι τὴν δοκοῦσαν αὐτῶν ἀκαθαρσίαν, καὶ μὴ τολμῶντες ἐγγίσαι· ἐνόμιζον γὰρ καὶ τὸν Ἰησοῦν βδελυχθῆναι ἂν αὐτούς, ὥσπερ καὶ οἱ λοιποὶ ἐποίουν· αἴρουσι τὴν φωνὴν, καὶ ἱκετεύουσι. Τῷ μὲν τόπῳ πόρρω ἔστησαν, τῇ δὲ ἱκεσίᾳ ἐγγὺς ἐγένοντο. Ἐγγὺς γὰρ καὶ πᾶσι τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτὸν ἐν ἀληθείᾳ. Καὶ οὐχ ὡς ἁπλῶς ἄνθρωπον ἱκετεύουσιν, ἀλλ' ὡς ὑπὲρ ἄνθρωπον. Ἐπιστάτην γὰρ αὐτὸν ὀνομάζουσιν, ὅ ἐστι, Κύριον, κηδεμόνα, ἔφορον, ὅπερ ἐγγύς ἐστι τοῦ Θεὸν νομίζειν αὐτόν. Ὁ δὲ προστάττει αὐτοῖς ἐπιδεῖξαι ἑαυτοὺς τοῖς ἱερεῦσιν· οἱ γὰρ ἱερεῖς ἐδοκίμαζον τοὺς τοιούτους, καὶ παρ' ἐκείνων τὴν ψῆφον ἐδέχοντο, εἴτε καθαροὶ τῆς λέπρας εἶεν, εἴτε μή. Εἶχον γὰρ σημεῖα οἱ ἱερεῖς δι' ὧν τὴν ἀνίατον λέπραν ἐχαρακτήριζον. Ἀλλὰ καὶ μεθ' ὃ ἐλεπρώθη τις, εἶτα ὑγιείας ἔτυχεν, οἱ ἱερεῖς ἐδοκίμαζον, καὶ δῶρον προσεφέρετο τὸ ἐν τῷ νόμῳ διαταχθέν. Ἐνταῦθα δὲ ὁμολογουμένως λεπρῶν ὄντων τούτων, τί ἔδει αὐτοὺς ὑποδειχθῆναι τοῖς ἱερεῦσιν, εἰ μὴ πάντως ἔμελλον καθαρισθῆναι; Τὸ γὰρ προστάξαι αὐτοῖς ἀπελθεῖν πρὸς τοὺς ἱερεῖς, οὐδὲν ἄλλο ἐνέφαινεν, ἢ ὅτι καθαροὶ ἔσονται, διὸ καί φησιν, ὅτι ἐν τῷ ὑπάγειν ἐκαθαρίσθησαν. Ἀλλ' ὅρα ὅπερ ἐν ἀρχῇ εἴπομεν, ὅτι δέκα ὄντων, οἱ μὲν ἐννέα, καίτοι Ἰσραηλῖται ὄντες, ἀχάριστοι ἐφάνησαν, ὁ δὲ Σαμαρείτης, ἀλλογενὴς ὤν, ὑπέστρεψε καὶ τὴν τῆς εὐγνωμοσύνης φωνὴν ἠφίει. Ἀσσύριοι γὰρ οἱ Σαμαρεῖται, ἵνα μηδεὶς ἐθνικὸς ἀπογινώσκῃ, καὶ ἵνα μηδεὶς ἐκ προγόνων ἁγίων ὢν καυχᾶται. Αἰνίττεται δὲ τὸ θαῦμα τοῦτο καὶ τὴν κοινὴν κατὰ παντὸς τοῦ ἀνθρωπίνου γένους γενομένην σωτηρίαν, δέκα μὲν γὰρ λεπροί, ἡ παντελὴς τῶν ἀνθρώπων φύσις λεπρωθεῖσα τῇ κακίᾳ, καὶ τὴν τῆς ἁμαρτίας ἀσχημοσύνην περιφέρουσα, καὶ ἔξω τῆς τῶν οὐρανῶν πόλεως διὰ τὴν ἀκαθαρσίαν διάγουσα, καὶ πόρρωθεν ἱσταμένη Θεοῦ· αὐτὸ δὲ τοῦτο τὸ πόρρωθεν ἱστασθαι, ἱκετηρίαν εἶχε. Τῷ γὰρ φιλανθρώπῳ, καὶ θέλοντι πάντας σωθῆναι καὶ ἀγαθύνεσθαι, μεγίστη πρόφασις εἰς ἔλεον τὸ μηδένα ὁρᾷν μετέχοντα τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ, δι' αὐτὸ γὰρ τοῦτο ἐπικάμπτεται πρὸς τὸ θεραπεῦσαι τοὺς οὕτως ἀθλίως ἔχοντας. Καὶ μέντοι καὶ ἐθεράπευσε πᾶσαν τὴν λεπρωθεῖσαν φύσιν, ὑπὲρ παντὸς ἀνθρώπου καὶ σαρκωθεὶς· καὶ θανάτου γευσάμενος. Ἀλλ' οἱ μὲν Ἰουδαῖοι, καί τοι ὅσον τὸ ἐπὶ τῷ Κυρίῳ, καθαρισθέντες τῶν οἰκείων τῆς λεπρώδους ἁμαρτίας ἀκαθαρσιῶν, ἀγνώμονες ἀνεφάνησαν, καὶ οὐχ ὑπέστρεψαν

A reperti qui redierint ut darent gloriam Deo, nisi hic alienigena. Et ait illi: Surge, vade, fides tua te servavit. » Et hinc discere quis potest, quod nihil cuiquam obest ad hoc ut Deo placeat, etiamsi maledicti generis sit, modo bonam voluntatem habeat. Ecce enim decem leprosi occurrerunt Jesu in civitatem quamdam ingressuro: occurrerunt autem extra civitatem. Non enim licebat eis qui habebantur immundi, in civitatibus versari. Procul igitur stabant, utpote propter immunditiam quæ in eis apparebat erubescentes: et neque audebant appropiare, putantes quod abominabiles ei essent, sicut et aliis. Extollunt igitur vocem suam et orant: et loco quidem procul stant, oratione autem appropiant. Prope enim est Dominus omnibus invocantibus eum in veritate[86]. Et non simpliciter orant B ut hominem, sed ut eum qui supra hominem. Præceptorem enim eum nominant, hoc est, Dominum, curatorem, provisorem: id quod est putare illum prope Deum. At ille præcipit eis ut ostendant se sacerdotibus. Nam sacerdotes probabant tales, et ab illis sententiam accipiebant an mundi essent a lepra vel non. Habebant enim sacerdotes signa per quæ insanabilem lepram investigabant. Sed et quando lepra quis infectus, postea sanitatem assecutus erat, eum sacerdotes probabant, et donum offerebatur in lege præceptum. Hoc autem loco cum ex confesso essent leprosi, quid opus erat se ostendere sacerdotibus, nisi omnino fuissent mundandi? Nam quod præcipiebat eis ut sacerdotes adirent, C nihil aliud indicabat, quam quod mundi futuri essent; idcirco et dicit quod inter eundum mundati fuerunt. At vide hoc, ut in principio diximus, quod cum decem essent, novem quidem quamvis Israelitæ ingrati apparuerunt: at Samaritanus cum esset generis alterius, reversus est, et vocem gratitudinis emisit. Assyrii enim erant Samaritani: ut nullus gentilis desperet, et nullus de sanctis parentibus glorietur. Insinuat hoc miraculum etiam communem totius humani generis salutem fieri. Decem enim leprosi omne genus hominum signant lepra malitiæ infectum, ac turpitudinem peccati circumferens, et extra regni cœlorum civitatem propter immunditiam constitutum, procul- que D a Deo stans. Et istuc ipsum procul stare, supplicandi speciem habet. Misericordi enim et volenti omnibus salutem afferre (*a*) ac benefacere, magna occasio est ad miserendum, nullum videre participem suæ bonitatis; propter hoc enim inclinavit se, ut sanaret **427** eos qui tam male habebant. Quamvis etiam omnem naturam sanaverit lepra infectam, pro omnibus et incarnatus et mortuus: attamen Judæi, quamvis a Domino mundati fuissent ab immunditiis leprosi peccati, ingrati fuerunt, et non reversi sunt a via vanitatis suæ, ita ut darent gloriam ei qui salvos eos fecerat, hoc est, ut crede-

[86] Psal. CXLIV, 18.

(*a*) Ed. Lut. non habet, *omnibus salutem adferre.*

Digitized by Google

rent ei, quod, cum Deus esset, extremam passionem tulerit. Hæc enim est gloria Dei, caro et crux. Hi igitur incarnatum et crucifixum Dominum gloriæ non sunt confessi. Alienus autem, populus gentilium, agnovit eum qui mundaverat, et glorificavit eum credendo quod tam misericors et tam potens sit Dominus, ut et propter nos vilissima tulerit, id quod est misericordiæ, et cum pertulerit, nihil inde incommodi in suam naturam acceperit, id quod potentiæ est.

Vers. 20-25. « Interrogatus autem a Pharisæis quando venturum esset regnum Dei, respondit eis et dixit : Non venit regnum Dei cum observatione : neque dicent, Ecce hic, aut, Ecce illic. Ecce enim regnum Dei intra vos est. Et ait ad discipulos : Venient dies quando desideretis videre unum dierum Filii hominis, nec videbitis; et dicent vobis : Ecce hic, aut Ecce illic. Nolite ire, neque sectemini. Nam sicut fulgur coruscans e regione quæ sub cœlo est, in alteram quæ sub cœlo est, fulget : ita erit Filius hominis in die suo. Sed prius oportet illum multa pati, et reprobari a natione hac. » In multis quidem doctrinæ suæ locis Dominus regnum Dei nominat. Pharisæi autem hæc audientes, irridebant eum : et propterea de hoc interrogaturi accedunt ad eum, rogantes quando venturum sit, irridentes eum ut insanum, de insolita et admirabili re prædicantem. Nullus ex doctoribus et prophetis qui superioribus sæculis fuerunt, ejus mentionem fecit. Vel fortassis in mente habentes quod paulo post occisuri essent eum, accedunt per irrisionem rogantes, et quasi per ironiam dicentes : Tu quidem de regno facis sermones, quando autem erit regnum illud tuum? Tu enim cras a nobis occidendus es, et feres crucem, et ignominiosa quæque. Quid igitur Christus? Non juxta stultam sententiam et insipientiam respondit insipientibus, sed relictis ipsis ut errent in nomine regni, et non manifestata eis re : neque enim accepissent, si eis de regno disseruisset, quod non sit mundanum regnum illud, sed plus quam mundanum. Illis igitur relictis ceu his qui indigni essent ut audirent, eo quod ultro obsurdescerent, de tempore regni disserit, quod ignotum sit et inobservabile. Non enim habet præfinitum tempus, sed semper volenti adest Dei regnum. Omnino enim regnum quidem Dei est, angelorum more vivere. **428** Tunc enim vere dicitur regnare Deus, quando nihil mundanum in animabus nostris versatur, sed omnino aliter vivitur quam mundus solet. Hanc autem vitam intra nos habemus, hoc est, quando voluerimus. Non enim longo tempore neque longa peregrinatione opus, sed prope nos est et fides, et post fidem divina vita. Isthuc ipsum etiam Apostolus dicebat : Prope te verbum est in ore tuo et in corde tuo, hoc est verbum fidei. Credere enim, et secundum fidem ambulare, sicut dignum est vocatione, intra nos est. Itaque Pharisæi irridebant Dominum tanquam de

A ἀπὸ τῆς ὁδοῦ αὐτῶν τῆς ματαιότητος, ὥστε δοῦναι δόξαν τῷ Θεῷ τῷ σώσαντι, τουτέστι, πιστεῦσαι αὐτῷ, ὅτι Θεὸς ὢν, ἠνέσχετο τὰ ἔσχατα παθεῖν. Τοῦτο γὰρ δόξα Θεοῦ, ἡ σὰρξ καὶ ὁ σταυρός. Οὗτοι μὲν οὖν τὸν σαρκωθέντα καὶ σταυρωθέντα Κύριον τῆς δόξης οὐχ ὡμολόγησαν. Ὁ δὲ ἀλλογενὴς λαὸς τῶν ἐθνῶν ἐπέγνω τὸν καθαρίσαντα, καὶ ἐδόξασεν αὐτὸν ἐν τῷ πιστεῦσαι, ὅτι τοσοῦτον φιλάνθρωπός ἐστιν ὁ Θεὸς καὶ δυνατὸς, ὥστε καὶ ἀτιμώτατα δι' ἡμᾶς ἀναδέξασθαι, ὅπερ ἐστὶ φιλανθρωπίας, καὶ ἀναδεξάμενος μηδὲν παραβλαβῆναι εἰς τὴν οἰκείαν φύσιν, ὅπερ ἐστὶ δυνάμεως.

« Ἐπερωτηθεὶς δὲ ὑπὸ τῶν Φαρισαίων, πότε ἔρχεται ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, ἀπεκρίθη αὐτοῖς καὶ εἶπεν· Οὐκ ἔρχεται ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ μετὰ παρατηρήσεως, οὐδὲ ἐροῦσιν, Ἰδοὺ ὧδε, ἢ, Ἰδοὺ ἐκεῖ. Ἰδοὺ B γὰρ ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ἐντὸς ὑμῶν ἐστιν. Εἶπε δὲ πρὸς τοὺς μαθητάς· Ἐλεύσονται ἡμέραι, ὅτε ἐπιθυμήσετε μίαν τῶν ἡμερῶν τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου ἰδεῖν, καὶ οὐκ ὄψεσθε, καὶ ἐροῦσιν ὑμῖν· Ἰδοὺ ὧδε, ἢ, Ἰδοὺ ἐκεῖ. Μὴ ἀπέλθητε, μηδὲ διώξητε. Ὥσπερ γὰρ ἡ ἀστραπὴ ἡ ἀστράπτουσα ἐκ τῆς ὑπ' οὐρανὸν, εἰς τὴν ὑπ' οὐρανὸν λάμπει, οὕτως ἔσται καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ ἡμέρᾳ αὐτοῦ· πρῶτον δὲ δεῖ αὐτὸν πολλὰ παθεῖν, καὶ ἀποδοκιμασθῆναι ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης. » Πολλαχοῦ μὲν τῶν διδασκαλιῶν αὐτοῦ ὁ Κύριος ἐμέμνητο τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ. Οἱ δὲ Φαρισαῖοι, ταῦτα ἀκούοντες, κατειρωνεύοντο αὐτοῦ, καὶ διὰ τοῦτο περὶ ταύτης προσίεσαν ἐρωτῶντες πότε ἔρχεται, διαγελῶντες αὐτὸν ὡς ἀλλόκοτα καὶ περὶ ἀσυνήθους καὶ ξένου πράγματος κηρύττοντα. Οὐδεὶς C γὰρ τῶν προγενεστέρων διδασκάλων καὶ προφητῶν ταύτης ἐπεμνήσθη. Ἢ τάχα καὶ κατὰ νοῦν ἔχοντες ὅτι ὅσον μέλλουσιν αὐτὸν ἀποκτεῖναι, προσίασιν ὡς ἐν μυκτηρισμῷ καὶ εἰρωνείᾳ ἐρωτῶντες, καὶ ὡσανεὶ τοιαῦτα φάσκοντες· Σὺ μὲν περὶ βασιλείας ποιεῖς τοὺς λόγους, πότε δὲ ἔσται ἡ βασιλεία σου αὕτη; Σὺ γὰρ αὔριον ὑφ' ἡμῶν θανατοῦσθαι μέλλεις, καὶ σταυρός σε παραλήψεται, καὶ ὅσα τῆς ἀτιμίας. Τί οὖν ὁ Χριστός; Οὐ κατὰ τὴν ἀνόητον αὐτῶν γνώμην καὶ ἀφροσύνην ἀποκρίνεται τοῖς ἄφροσιν, ἀλλ' ἀφεὶς αὐτοὺς πλανᾶσθαι περὶ τὴν ὁμωνυμίαν τῆς βασιλείας, καὶ μὴ ἀποκαλύψας αὐτοῖς· οὐδὲ γὰρ ἐδέξαντο ἄν, περὶ ποίας βασιλείας διαλέγεται, καὶ ὅτι οὐχ ὡς οἷόν τε ἐγκόσμιός ἐστιν αὕτη ἡ βασιλεία, ἀλλ' ὑπερ- D κόσμιος. Ταῦτα οὖν ἀφεὶς, ὡς μὴ ἀξίων ὄντων τούτων ἀκούειν διὰ τὸ ἐθελοκωφεῖν, περὶ τοῦ καιροῦ τῆς βασιλείας διαλέγεται, ὡς ἀγνώστου ἐστὶ καὶ ἀπαρατήρητος. Οὐ γὰρ ἔχει καιρὸν ὡρισμένον, ἀλλ' ἀεὶ τῷ βουλομένῳ πάρεστιν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ. Πάντως γὰρ βασιλεία μὲν τοῦ Θεοῦ ἐστιν ἡ ἀγγελικὴ κατάστασις καὶ διαγωγή. Τότε γὰρ δὴ λέγεται βασιλεύειν τῷ ὄντι Θεὸς, ὅταν μηδὲν κοσμικὸν ἐν ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν πολιτεύηται, ἀλλὰ τὰ πάντα ὦμεν ὑπερκοσμίως διάγοντες. Ταύτην δὲ τὴν διαγωγὴν ἐντὸς ἡμῶν ἔχομεν, τουτέστιν, ὅταν βουληθῶμεν. Οὐ καιροῦ γὰρ μακροῦ, οὐδὲ ἀποδημίας χρεία, ἀλλ' ἐγγὺς ἡμῶν ἐστι καὶ ἡ πίστις, καὶ ἡ μετὰ τὸ πιστεῦσαι κατὰ Θεὸν διαγωγή. Ταυτὸ δὲ τοῦτο καὶ ὁ Ἀπόστολος ἔφη, ἐγγύς σου τὸ ῥῆμά ἐστιν ἐν τῷ στόματί σου, καὶ ἐν

Digitized by Google

τῇ καρδίᾳ σου, τουτέστι, τὸ ῥῆμα τῆς πίστεως. Καὶ τὸ πιστεῦσαι γὰρ, καὶ τὸ μετὰ τὴν πίστιν ἀξίως περιπατῆσαι τῆς κλήσεως, ἐντὸς ἡμῶν ἐστιν. Οἱ μὲν οὖν Φαρισαῖοι διεχλεύαζον τὸν Κύριον, ὡς περὶ τῆς βασιλείας κηρύττοντα, περὶ ἧς οὐδεὶς ἐκήρυξεν. Ὁ δὲ Κύριος δεικνὺς (8), ὅτι ἀγνοοῦσι πρᾶγμα, ὃ ἐντὸς αὐτῶν ἐστι, καὶ βουλομένοις τοῦτο λαβεῖν πολλὴ ἡ εὐκολία. Νῦν γὰρ ὄντος ἐμοῦ μέσον ὑμῶν, δύνασθε πάντως τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ δέξασθαι, πιστεύσαντες εἰς ἐμὲ, καὶ κατὰ τὰς ἐμὰς ἐντολὰς ζῆν ἐλόμενοι. Τοῖς δὲ μαθηταῖς αὐτοῦ εἶπεν, « Ἐλεύσονται ἡμέραι, » καὶ τὰ ἑξῆς· τουτέστι, καὶ ὑμῖν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ πάρεστιν, ἐν ὅσῳ εἰμὶ μεθ' ὑμῶν. Πάρεστι δὲ αὕτη ὑμῖν, οὐ μόνον καθὸ ἐπιστεύσατέ μοι καὶ ἠκολουθήσατε, ἀλλὰ καὶ καθὸ ἐν πάσῃ ἀφροντισίᾳ διάγετε νῦν, ἐμοῦ ὑμῶν κηδομένου καὶ προνοουμένου. Ἐλεύσονται δὲ ἡμέραι ὅτε, ἀπόντος ἐμοῦ, κινδύνοις παραδοθήσεσθε, καὶ ἐπὶ ἡγεμόνας καὶ βασιλεῖς ἀγόμενοι τὸν νῦν ἀκίνδυνον καιρὸν καὶ τὴν ἀφροντισίαν, ἣν ἐμοῦ συνόντος ὑμῖν ἔχετε, ὡς βασιλείαν Θεοῦ ποθήσετε. Καὶ πολλάκις ἐπιθυμήσετε τῶν ἐμῶν ἡμερῶν μιᾶς ἐπιτυχεῖν, τουτέστι, ταύτης τῆς μετ' ἐμοῦ συνδιαγωγῆς, ὡς ἀκινδυνωτέρας. Εἰ γὰρ καὶ σὺν αὐτῷ ὄντες, οὐ πάντη ἄπονον καὶ ἀκίνδυνον ἦγον βίον, ἀλλὰ φεύγοντι συμφεύγοντες ἐκακοπάθουν, καὶ λοιδορουμένῳ συνελοιδοροῦντο, ἀλλὰ πρὸς τοὺς μέλλοντας κινδύνους συγκρινόμενα τὰ πρότερον αὐτοῖς ἐπισυμβαίνοντα, τὸ ἀκίνδυνον πολὺ ἔχειν φανήσονται. Ὥστε ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ καὶ κατὰ τοῦτόν γε τὸν τρόπον ἐντὸς τῶν ἀποστόλων ἦν, κατὰ τὸ ἀκίνδυνον καὶ ἄπονόν φημι. Ἐπεῖτοι γε μετὰ τὴν ἀνάστασιν ὡς αἰχμάλωτοι καὶ διωκόμενοι περιῆεσαν. Κατασκευάζει δὲ διὰ τούτων τῶν λόγων τὰς τῶν ἀποστόλων καρδίας φερεπόνους καὶ καρτερικὰς, καὶ προλέγει αὐτοῖς, ἵνα μὴ πλανηθῶσιν. Ἂν γὰρ εἴπωσι, φησὶν, Ἰδοὺ ὧδε, ἢ Ἰδοὺ ἐκεῖ, μὴ διώξητε. Μηδεὶς γὰρ, φησὶν, ὑμᾶς πείσειεν, ὅτι ἦλθον ὧδε ἢ ἐκεῖ· οὐ γὰρ τόπῳ περικλεισθήσεται ἡ δευτέρα μου παρουσία ἡ λαμπροτέρα, καὶ ἐνδοξοτέρα. Ἀλλ' ὥσπερ ἀστραπὴ οὐ λανθάνει, ἀλλ' ἀπ' ἄκρου τῆς γῆς ἐπὶ θάτερον ἄκρον φαίνει, οὕτω καὶ ἡ ἐμὴ παρουσία λαμπρὰ καὶ ἐπιφανὴς ἔσται, καὶ οὐδένα ἀποκρυβήσεται. Μὴ οὖν πλανηθῆτε ὑπὸ τῶν ψευδοχρίστων. Οὐ γὰρ ὥσπερ πρότερον ἐν φάτνῃ καὶ πτωχείᾳ διὰ τριάκοντα ἐτῶν ἐφάνην, οὕτω καὶ τότε, ἀλλὰ πάντα ἐν δόξῃ, δορυφορούντων ἀγγέλων, καὶ ἐν ῥιπῇ. Εἶτα ἐπειδὴ αὐτοῖς φοβερὰ προεῖπεν ἀπαντήσειν, παραμυθούμενος αὐτοὺς, καὶ παρακαλῶν γενναίως φέρειν, τῷ καθ' ἑαυτὸν ὑποδείγματι τοῦτο συνιστᾷ. Μὴ γὰρ θαυμάσητε, φησὶν, εἰ συμβήσεται ὑμῖν τοιαῦτα ἐπίπονα οἷα ἐπιθυμίαν ὑμῖν ἀγαγεῖν τῆς μετ' ἐμοῦ ταύτης τῆς νυνὶ συνδιαγωγῆς. Αὐτὸς γὰρ ἐγὼ ὁ μέλλων ὡς ἀστραπὴ φανῆναι, πρότερον μέλλω παθεῖν πολλὰ, καὶ ἀποδοκιμασθῆναι, καὶ οὕτως ἐν τῇ δόξῃ ταύτῃ ἐλθεῖν. Ὥστε τοῦτο

regno prædicantem, de quo nullus prædicaverat. At ipse ostendit quod ignorent rem quæ intra se sit, et quæ valde facilis, si qui capere velint. Nunc enim cum sim medius inter vos, potestis omnino regnum Dei capere, si creditis in me, et vultis juxta mandata mea vivere. Discipulis vero suis dixit : « Venient dies, » etc., hoc est, et vobis regnum Dei adest, quatenus sum vobiscum. Adest autem illud vobis, non solum quod credidistis et secuti estis me, sed quia nunc in magna securitate vivitis absque sollicitudine, me curam vestri gerente. Venient autem dies, cum ego abfuero, et trademini periculis, et ad reges et præsides trahemini : tunc desiderabitis securam illam et sollicitudine carentem vitam, quam me præsente agitis, sicut regnum Dei. Et sæpe desiderabitis vel unum ex diebus meis habere, hoc est, ex secura illa quam mecum agitis vita. Quamvis autem et quo tempore cum ipso erant, non omnino sine labore et periculis vitam agebant, sed cum fugiente fugientes affligebantur, cumque eo convicia audiebant : tamen si quæ tunc ferebant, compararentur cum his quæ postea laturi erant, viderentur prorsus secura et absque periculis. Atque ita regnum Dei etiam hoc modo intra apostolos erat, hoc est, minime laboriosum et periculosum regnum. Post resurrectionem enim sicut captivi, et qui persecutionem patiuntur, obambulant. Porro his verbis apostolorum corda ad ferendos labores et parat et roborat et prædicit eis ne decipiantur. Nam si qui dixerint, inquit, Ecce hic, vel Ecce illic, ne sectemini. Nullus, inquit, vobis persuadeat, quod venerim huc vel illuc. Non enim loco circumscribetur secundus ille meus adventus, qui gloriosior et clarior. Verum sicut fulgur non latet, sed ab una summitate terræ usque ad aliam conspicuum est : ita et meus adventus clarus erit et illustris, nullisque ignotus. Ne igitur decipiamini a Pseudochristis. Non enim sicut prius in præsepio et humilitate per triginta annos apparui, ita et tunc, sed cum omni gloria stipantibus me angelis, et in momento. Postea quia dixerat eis eventura valde aspera, consolatur **429** eos et exhortatur, et, ut generose ferant, exemplo suo commendat. Non enim admiremini, inquit, si evenerint vobis tam molesta, quæ vobis desiderium afferent dierum, quibus ego vobiscum sum. Nam et ego ipse qui venturus sum sicut fulgur, prius passurus multa reprobandusque sum, et ita in gloria ista veniam. Atque ita hoc vobis sit exstimulatio ad patientiæ virtutem, et ad fortiter ferendum alacres vos faciat, dum in me respicitis et speratis : quia et vobis obveniet gloria ex periculis, dum patimini et reprobamini, quemadmodum et mihi.

Ex collatione codd. Venet. S. Marci.

(8) Cod. 26, Περὶ ἧς οὐδεὶς ἐκήρυξεν. Ὁ δὲ ἀντιστρέφει αὐτοῖς τὸν κατάγελων, δεικνὺς, κ. τ. λ. « De quo nullus prædicaverat. At ipse in illos irrisionem convertit, ostendens, » etc. — Unde non male habebat edit. Lut. *illos in risum convertit* : quæ verba sustulit corrector Venetus quod non exstarent in textu Græco, qui potius per hunc codicem corrigendus est.

Digitized by Google

ὑμῖν ἔστω εἰς παράκλησιν τὴν πρὸς ἀρετὴν, καὶ προθυμοποιείτω ὑμᾶς εἰς τὸ καρτερεῖν, τὸ ἀφορᾷν δηλαδὴ πρὸς ἐμὲ, καὶ ἐλπίζειν, ὅτι καὶ ὑμῖν ἡ δόξα ἐκ τοῦ κινδύνους παθεῖν καὶ ἀποδοκιμασθῆναι περιγενήσεται, ὥσπερ οὖν καὶ ἐμοί.

VERS. 26-30. « Et sicut accidit in diebus Noe, ita erit et diebus Filii hominis. Edebant, bibebant, uxores ducebant, et dabantur nuptum ad eum usque diem, quo Noe in arcam intravit : et venit diluvium, et perdidit omnes. Consimiliter etiam sicut accidit in diebus Lot. Edebant, bibebant, emebant, vendebant, plantabant, ædificabant : cæterum quo die exiit Lot e Sodomis pluit igni et sulphure de cœlo, et omnes perdidit. Secundum hæc erit dies quo Filius hominis revelabitur. » Et per hæc repentinum et inexspectatum suum adventum ostendit. Nam sicut temporibus Noe repente venit diluvium, et abstulit omnes, ita erit et adventus ejus. Insinuatur autem per exempla hæc diluvii et Sodomitici incendii, quod, cum venerit Antichristus, illicitæ voluptates in hominibus increscent, et dissoluti erunt, deliciis vacantes : id quod et Apostolus dixit, quod in extremis temporibus erunt homines voluptatum, magis quam Dei amatores[86]. Et merito in regno deceptoris florebant mala. Erit enim ille peccati et malitiæ omnis sentina : unde quam aliam politiam et vitam invehet miserandæ tunc hominum generationi, quam omnino eam quæ illi propria? ex impuro enim quid purificabitur? Erunt tunc homines in omnibus deliciis, sicut temporibus Noe, et nihil grave formidabunt : sed neque credent si quis illis de quibusdam adversis eventuris dicet, sicut et hi qui temporibus Noe et Lot fuerunt.

A « Καὶ καθὼς ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ Νῶε, οὕτως ἔσται καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου· ἤσθιον καὶ ἔπινον, ἐγάμουν καὶ ἐξεγαμίζοντο, ἄχρι ἧς ἡμέρας εἰσῆλθε Νῶε εἰς τὴν κιβωτὸν, καὶ ἦλθεν ὁ κατακλυσμὸς, καὶ ἀπώλεσεν ἅπαντας. Ὁμοίως καὶ ὡς ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις Λὼτ, ἤσθιον, ἔπινον, ἠγόραζον, ἐπώλουν, ἐφύτευον, ᾠκοδόμουν, ᾗ δὲ ἡμέρᾳ ἐξῆλθε Λὼτ ἀπὸ Σοδόμων, καὶ ἔβρεξε πῦρ καὶ θεῖον ἀπ' οὐρανοῦ, καὶ ἀπώλεσεν ἅπαντας. Κατὰ ταῦτα ἔσται ᾗ ἡμέρᾳ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἀποκαλύπτεται. » Καὶ διὰ τούτων τὸ αἰφνίδιον καὶ ἀπροσδόκητον τῆς αὐτοῦ παρουσίας ἐνδείκνυται. Ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τοῦ Νῶε ἐξαίφνης ἦλθεν ὁ κατακλυσμὸς, καὶ ἦρεν ἅπαντας, οὕτως ἔσται καὶ ἡ παρουσία αὐτοῦ. Αἰνίττεται δὲ διὰ τῶν ὑποδειγμάτων τούτων, τοῦ τε τῶν κατὰ τὸν κατακλυσμὸν ἀνθρώπων, καὶ τοῦ τῶν Σοδομιτῶν, ὅτι τοῦ Ἀντιχρίστου ἐλθόντος, τὰ τῶν ἀτόπων ἡδονῶν ἐπιθήσονται τοῖς ἀνθρώποις, καὶ λάγνοι ἔσονται, καὶ ἀθέσμοις ἡδοναῖς ἐκδεδωκότες, ὅπερ δὴ καὶ ὁ Ἀπόστολος εἶπεν, ὅτι ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις ἔσονται οἱ ἄνθρωποι φιλήδονοι μᾶλλον, ἢ φιλόθεοι· καὶ εἰκότως ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ πλάνου ἀνθήσει τὰ κακά· τῆς γὰρ πονηρίας καὶ πάσης ἁμαρτίας καταγώγιον ὢν ἐκεῖνος, τί ἄλλο ἐμπολιτεύσεσθαι ποιήσειε τῇ ἐλεεινῇ τῶν τότε ἀνθρώπων γενεᾷ, ἢ πάντως τὰ οἰκεῖα αὐτῷ; ἐξ ἀκαθάρτου γὰρ τί καθαρισθήσεται; Ἔσονται οὖν τηνικαῦτα οἱ ἄνθρωποι ἐν πάσῃ τρυφῇ, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ Νῶε, καὶ οὐδὲν δυσχερὲς ἐλπίσουσιν, ἀλλὰ καὶ ἀπιστήσουσιν, ἐάν τις αὐτοῖς περί τινων συμβησομένων δυσχερῶν λέγῃ, ὥσπερ καὶ οἱ ἐπὶ τοῦ Νῶε, καὶ οἱ ἐπὶ τοῦ Λώτ.

B

VERS. 31-33. « In illo die qui fuerit in tecto, et vasa ejus in domo, ne descendat ad tollendum illa : et qui in agro, similiter non redeat ad relicta. Memores estote uxoris Lot. Quicunque quæsierit animam suam servare, perdet illam : et quicunque perdiderit illam, vitam illi parabit. » In illa die adventus Antichristi, is qui fuerit super tectum, hoc est in summis virtutibus, ne descendat, neque ab illis desistat cujuspiam temporalis rei gratia. Omnia enim temporalia hæc vasa dicuntur hominî conferentia, alii quidem ad virtutem, alii vero ad malitiam. Igitur qui in summis est virtutibus, ne **430** descendat propter temporale aliquod, et excidat a suo fastigio, sed resistat malitiæ, et non demulceatur. Et is qui in agro, similiter non revertatur ad ea quæ post se: Nam eum, qui in agro est, hoc est mundo, et operatur virtutem, non oportet reverti ad ea quæ post se, sed urgeri ad anteriora. Nam sicut alio loco dicit : « Nullus qui manum suam ad aratrum mittit, et conversus est retrorsum, idoneus est ad regnum cœlorum[87] ; » affert item exemplum mulieris Lot, quæ, cum conversa est retro, in statuam salis riguit, hoc est, non exiit a

C « Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ὃς ἔσται ἐπὶ τοῦ δώματος, καὶ τὰ σκεύη αὐτοῦ ἐν τῇ οἰκίᾳ, μὴ καταβάτω ἆραι αὐτά. Καὶ ὁ ἐν τῷ ἀγρῷ ὁμοίως, μὴ ἐπιστρεψάτω εἰς τὰ ὀπίσω. Μνημονεύετε τῆς γυναικὸς Λώτ. Ὃς ἐὰν ζητήσῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι, ἀπολέσει αὐτὴν, καὶ ὃς ἂν ἀπολέσῃ αὐτὴν, ζωογονήσει αὐτήν. » Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ τῆς τοῦ Ἀντιχρίστου παρουσίας ὁ ὢν ἐπὶ τοῦ δώματος, τουτέστι τοῦ ὕψους τῆς ἀρετῆς, μὴ καταβάτω, μηδὲ ὑφεθήτω ἀπὸ ταύτης διά τινα πρόφασιν βιωτικήν. Πάντα γὰρ τὰ βιωτικὰ, σκεύη λέγονται εἶναι τῷ ἀνθρώπῳ, ἄλλῳ μὲν εἰς ἀρετὴν, ἄλλῳ δὲ εἰς κακίαν συμβαλλόμενα. Μὴ τοίνυν ὁ ἐπὶ τοῦ ὕψους τῆς ἀρετῆς ἱστάμενος, καταβάτω διά τι βιωτικὸν, καὶ ἀποπεσέτω τοῦ οἰκείου ὕψους, ἀλλ' ἐνστήτω πρὸς τὴν κακίαν, καὶ μὴ μαλακισθήτω. D Καὶ ὁ ἐν τῷ ἀγρῷ ὁμοίως μὴ ἐπιστρεψάτω εἰς τὰ ὀπίσω· τὸν γὰρ ἐν τῷ ἀγρῷ, τῷ κόσμῳ τούτῳ, ἐργαζόμενον τὴν ἀρετὴν οὐ δεῖ ἐπιστρέφειν εἰς τὰ ὀπίσω, ἀλλὰ τοῖς ἔμπροσθεν ἐπεκτείνεσθαι. Ὥσπερ καὶ ἀλλαχοῦ φησιν· « Οὐδεὶς ἐπιβαλὼν τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπ' ἄροτρον, καὶ στραφεὶς εἰς τὰ ὀπίσω, εὔθετός ἐστιν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. » Ἐπιφέρει δὲ ὑπόδειγμα τὴν γυναῖκα τοῦ Λώτ, ἣ στοαφεῖσα

[86] II Tim. III, 4. [87] Luc. IX, 62.

Digitized by Google

ὀπίσω, εἰς στήλην ἁλὸς ἐπάγη, τουτέστι, μὴ ἐξελθοῦσα τῆς κακίας, ἐναπέμεινε τῇ ταύτης ἁλμυρίᾳ, ὅλη κακὴ γενομένη, καὶ στηλιτεύουσα τὴν ἧτταν, ἣν ἔπαθε, παγεῖσα καὶ ἐναπομείνασα τῇ κακίᾳ. Εἶτα ἐπιφέρει τὰ ἀκόλουθα τοῖς ἄνω εἰρημένοις, Ὅς ζητήσει τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι, ἀπολέσει αὐτήν. Μὴ γάρ, φησὶ, σπουδασάτω τις ἐν τῷ τοῦ Ἀντιχρίστου διωγμῷ περιποιήσασθαι τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν· ἀπολέσει γὰρ αὐτήν. Ὃς δ' ἂν ἑαυτὸν σφαγεῖς καὶ ἁπλῶς κινδύνοις ἐκδῷ, σωθήσεται, μὴ ὑποκύπτων τῷ τυράννῳ διὰ τὸ φιλόζωον. Ὥσπερ οὖν ἀνωτέρω εἶπεν, ὅτι ὁ ἐπὶ τοῦ ὕψους τῆς ἀρετῆς, μὴ διὰ τὰ βιωτικὰ πράγματα καταβήτω μαλακιζόμενος τυχὸν διὰ κτήματα καὶ χρήματα, καὶ διὰ ταῦτα ὑφιέμενος τῆς ἐνστάσεως, οὕτω καὶ νῦν ὁδῷ προϊὼν φησι, καὶ τί λέγω ὅτι μὴ καταβήσῃ διὰ σκεύη; μηδὲ διὰ τὰ ἐκτὸς προήσῃ τὴν ἀρετὴν, μηδὲ δι' αὐτὴν τὴν τῆς ψυχῆς περιποίησιν δέξῃ ὑποκλιθῆναι τῷ πλάνῳ καὶ διώκτῃ. Ταῦτα δὲ ὁ Ματθαῖος πάντα διὰ τὴν τῶν Ἱεροσολύμων ἅλωσιν λεχθῆναι τῷ Κυρίῳ φησὶν, αἰνιττομένῳ τὴν τῶν ἐχθρῶν ἐπίθεσιν, καὶ ὅτι ἀμεταστρεπτὶ φεύγειν δεῖ τοὺς Ῥωμαίους ἐπιόντας, καὶ μήτε ἐν τῷ δώματι ὄντας, καταβαίνειν εἰς τὴν οἰκίαν διά τι χρειῶδες, ἀλλ' εὐθὺς φεύγειν· οὐ γάρ ἐστι καιρὸς σχολῆς, ὥστε συσκευάζεσθαι, μήτε ἐν ἀγρῷ ὄντας, στρέφεσθαι εἰς τὴν οἰκίαν· καὶ τὸν ἐν τῇ οἰκίᾳ γὰρ ὄντα φεύγειν δεῖ. Οὐδὲν δὲ θαυμαστὸν καὶ ἐν τῇ ἁλώσει τῶν Ἱεροσολύμων ταῦτα γεγονέναι, καὶ μέλλειν αὖθις γενήσεσθαι ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ Ἀντιχρίστου· μᾶλλον δὲ πρὸς αὐτῷ τῷ καιρῷ τῆς συντελείας, θλίψεως καὶ τότε μελλούσης γίνεσθαι ἀφορήτου.

A malitia, sed mansit in salsugine sua, tota facta mala, ac celebre faciens et quasi columnæ inscribens malum quod passa est : obstinata enim mansit in malitia sua. Deinde affert ea quæ ad supradicta sequuntur : Quicunque quæsierit animam suam salvare, perdet eam. Non quærat aliquis, inquit, in Antichristi persecutione animam suam salvare : perdet enim eam. At qui se occisioni et periculis exposuerit, salvabitur. Ne igitur se humiliet tyranno propter vitæ amorem. Quippe sicut supra dixit, Qui est in fastigio virtutis, propter res temporales ne descendat, divitiis et possessionibus delinitus, et propterea cedat periculis : sic et nunc ulterius progrediens dicit, dico, non descendas propter vasa, neque propter externa virtutem deseras, neque propter animæ lucrum annuas, ut inclineris impostori et persecutori. Hæc quidem Matthæus propter Hierosolymorum captivitatem dicta esse a Domino narrat insinuante hostium vim, et quod Romanos qui invasuri sunt, fugere oporteat, ita ut ne respiciatur : neque qui in tecto sint, descendant in domum alicujus rei temporalis gratia, sed statim fugiant ; non erit enim tempus otii, ita ut vasa colligere liceat : neque qui in agro est, revertatur in domum suam, sed eum qui in domo est fugere oportet[88]. Nihil enim mirum in Hierosolymorum captivitate hoc factum esse, iterumque futurum in adventu Antichristi, imo ad ipsum tempus consummationis futura est tribulatio gravissima.

« Λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐν ταύτῃ τῇ νυκτὶ ἔσονται δύο ἐπὶ κλίνης μιᾶς, ὁ εἷς παραληφθήσεται, καὶ ὁ ἕτερος ἀφεθήσεται. Δύο ἔσονται ἀλήθουσαι ἐπὶ τὸ αὐτὸ, ἡ μία παραληφθήσεται, καὶ ἡ ἑτέρα ἀφεθήσεται. Καὶ ἀποκριθέντες λέγουσιν αὐτῷ· Ποῦ, Κύριε; Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· Ὅπου τὸ πτῶμα, ἐκεῖ καὶ οἱ ἀετοὶ συναχθήσονται. » Καὶ ἐντεῦθεν τὸ ἀπροσδόκητον καὶ αἰφνίδιον τῆς αὐτοῦ παρουσίας μανθάνομεν· τὸ γὰρ εἰπεῖν, ὅτι δύο ἔσονται ἐπὶ κλίνης μιᾶς, ἀμεριμνίαν ἐμφαίνει· καὶ τὸ ἀλήθειν δὲ καὶ τοῦτο ἀπροσδόκητον ἔσεσθαι τὴν παρουσίαν ὑποδηλοῖ. Καὶ ἄλλο δὲ μανθάνομεν, ὅτι ἐν νυκτὶ ἡ παρουσία ἔσται, φησὶν οὖν ὅτι καὶ ἐκ τῶν πλουσίων τῶν ἐπὶ κλίνης ἀναπαυομένων, οἱ μὲν σωθήσονται, οἱ δὲ οὔ. Ἐπεὶ γὰρ εἶπεν, ὅτι δυσκόλως οἱ πλούσιοι σώζονται. Δείκνυσι νῦν, ὅτι οὔτε οὗτοι ἀπόλλυνται, οὔτε οἱ πένητες σώζονται, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν πλουσίων ὁ μὲν παραλαμβάνεται εἰς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου ἁρπαζόμενος, ὡς κοῦφος τῷ πνεύματι καὶ οὐράνιος, ὁ δὲ ἀφίεται κάτω ὡς κατάκριτος. Καὶ ἐκ τῶν πενήτων ὁμοίως, οὓς διὰ τὸ ἀλήθειν ἐσήμανεν, ὁ μὲν σωθήσεται, ὁ δὲ οὔ. Οὐ γὰρ πάντες πένητες δίκαιοι· ἐκ τούτων γὰρ οἱ κλέπται, καὶ βαλαντιοτόμοι, διὰ τοῦ ἀλήθειν οὖν τὸν ἐπίπονον βίον τῶν πενήτων ἐδήλωσεν. Ἐρωτησάντων δὲ τῶν μαθητῶν· Ποῦ, Κύριε, παραληφθήσονται οὗτοι; ἔφη, Ὅπου τὸ πτῶμα, ἐκεῖ καὶ οἱ ἀετοὶ,

Vers. 34-37. « Dico vobis, in illa nocte erunt duo in lecto uno, unus assumetur, et alter relinquetur. Duæ erunt molentes simul, una assumetur, et altera relinquetur. Et respondentes dicunt illi : Ubi, Domine ? Qui dixit illis : Ubicunque fuerit cadaver, illuc congregabuntur et aquilæ. » Ex hoc etiam loco repentinum et inopinatum ejus adventum discimus. Duos enim esse in lecto uno, significat sollicitudinis carentiam, et molere quoque, inexspectatum significat adventum. Discimus et aliud quiddam, quod in nocte adventus erit. Dicit igitur, quod ex divitibus qui in lecto quiescent, alii quidem salvabuntur, alii autem non. Nam **431** quia dixit quod difficile divites salvantur, ostendit nunc quod neque hi pereunt, neque pauperes omnes salvantur. Sed et ex divitibus unus assumitur in occursum Domini raptus, quasi levis spiritu et cœlestis, et alius relinquitur infra ut condemnatus. Et ex pauperibus similiter, quos per molentes significavit, quoniam per pistrinum laboriosam pauperum vitam insinuat, unus quidem salvabitur, alius autem non. Non omnes pauperes justi. Nam ex illis fures et marsupiorum incisores. Cum autem rogassent discipuli : Quo, Domine, assumentur illi? dixit : Ubi cadaver, illic et aquilæ : hoc est, ubi Filius hominis, illic et sancti ejus leves et in sublime vo-

[88] Matth. XXIV, 17, 18.

Digitized by Google

lantes : sicut peccatores graves, qui et infra relinquentur. Nam sicut jacente cadavere, omnes carnivoræ volucres advolant : ita et ubi Filius hominis propter nos mortuus, et in casum positus, de cœlo apparuerit, omnes sancti congregabuntur, et ipsi angeli. Cum illis veniet in gloria Patris, et in splendore indicibili : licet enim tempus illud nocten. vocarit, eo quod repentinum et inopinatum, vel quia tenebris involventur peccatores, dixit : Justis lux orietur, imo et ipsi fulgebunt sicut sol.

A τουτέστιν, ὅπου ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, ἐκεῖ πάντες οἱ ἅγιοι οἱ κοῦφοι καὶ ὑψιπετεῖς, ὡς οἵγε ἁμαρτωλοὶ βαρεῖς, διὸ καὶ κάτω ἀφίενται. Ὥσπερ καὶ σώματος νεκροῦ κειμένου, πάντες οἱ σαρκοβόροι ὄρνεις ἐπ' αὐτὸ φέρονται, οὕτω καὶ τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου τοῦ δι' ἡμᾶς νεκρωθέντος, καὶ εἰς πτῶσιν τεθέντος, ἀπ' οὐρανῶν φανέντος, πάντες οἱ ἅγιοι συναχθήσονται, καὶ αὐτοὶ οἱ ἄγγελοι· μετ' αὐτῶν γὰρ ἥξει ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς, καὶ ἐν ἀῤῥήτῳ αἴγλῃ. Εἰ γὰρ καὶ νύκτα ὠνόμασε τὸν καιρὸν ἐκεῖνον, ἀλλὰ διὰ τὸ ἀπροσδόκητον, καὶ διὰ τὸ τοῖς ἁμαρτωλοῖς μέλλον προσγενέσθαι σκότος, τοῦτο εἴρηκε· τοῖς γὰρ δικαίοις φῶς ἀνατελεῖ, μᾶλλον δὲ καὶ αὐτοὶ ἐκλάμψουσιν ὡς ὁ ἥλιος.

CAPUT XVIII.

Quod assidue orandum. De injusto judice. De Pharisæo et publicano. De puerulis quorum est regnum B *Dei. De interpellante Christum. De lepraso.*

Vers. 1-8. « Dicebat autem et parabolam ad illos huc spectantem, quod oporteret semper orare nec defatigari, dicens : Judex quidam erat in quadam civitate, qui Deum non timebat, nec hominem reverebatur. Vidua autem quædam erat in civitate illa, et veniebat ad eum dicens : Vindica me de adversario meo. Et nolebat aliquandiu. Post hæc autem dixit intra se : Quanquam Deum non timeo, nec hominem revereor, tamen quia molesta est mihi hæc vidua, vindicabo illam, ne tandem veniens sugillet me. Ait autem Dominus : Audite quid judex iniquus dicat. Deus autem non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte etiam C cum patiens fuerit super illis? Dico vobis quod faciet vindictam illorum cito. Verum tamen Filius hominis cum venerit, an reperturus est fidem in terra? » Postquam mentionem fecit afflictionum et periculorum, nunc subdit quomodo in illis salvemur. Curantur enim oratione perseverante et sollicita. Nam ventura sunt hæc omnia. Cæterum magnum auxilium in his fert precatio, modo perseverans sit et continua. Oportet enim nos considerare quomodo injusti judicis pertinaciam **432** sedulitas viduæ fregerit. Si enim illum omni malitia repletum, neque Deum neque homines reverentem, perseverantis oratio demulsit : quanto magis nos Patrem misericordiæ Deum ad miserationem movebimus, D etiamsi cunctetur nonnihil? Vide autem majoris malitiæ indicium esse, neque homines revereri. Deum enim multi non timent, attamen homines reverentur, ideo et minus peccant : quando autem et apud homines quis impudens fuerit, tunc omnis malitiæ vertex videtur. Idcirco et Dominus postea posuit, neque hominem reverens, quasi hoc dicens, Judex erat Deum non timens, et quid dico quod Deum non timuerit? majus malitiæ indicium habuit, quia neque hominem reverebatur. Porro hæc parabola nos docet, quod sæpe dicimus inter exhortandum, ne defatigemur in precibus. Sane sicut alibi dicit : Quis vestrum amicum habens, et cum venerit et pulsaverit nocte, illum rejecturus est?

ΚΕΦΑΛ. ΙΗ'.

Περὶ τοῦ ἀεὶ προσεύχεσθαι. Περὶ τοῦ κριτοῦ τῆς ἀδικίας. Περὶ τοῦ Φαρισαίου καὶ τελώνου. Περὶ τῶν παιδίων, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ. Περὶ τοῦ ἐπερωτήσαντος τὸν Ἰησοῦν. Περὶ τοῦ λεπροῦ.

« Ἔλεγε δὲ παραβολὴν αὐτοῖς πρὸς τὸ δεῖν αὐτοὺς πάντοτε προσεύχεσθαι, καὶ μὴ ἐκκακεῖν, λέγων· κριτής τις ἦν ἔν τινι πόλει τὸν Θεὸν μὴ φοβούμενος, καὶ ἄνθρωπον μὴ ἐντρεπόμενος. Χήρα δέ τις ἦν ἐν ἐκείνῃ τῇ πόλει, καὶ ἤρχετο πρὸς αὐτὸν λέγουσα, Ἐκδίκησόν με ἀπὸ τοῦ ἀντιδίκου μου. Καὶ οὐκ ἤθέλησεν ἐπὶ χρόνον. Μετὰ δὲ ταῦτα εἶπεν ἐν ἑαυτῷ· Εἰ καὶ τὸν Θεὸν οὐ φοβοῦμαι, καὶ ἄνθρωπον οὐκ ἐντρέπομαι, διά γε τὸ παρέχειν μοι κόπους τὴν χήραν ταύτην, ἐκδικήσω αὐτὴν, ἵνα μὴ εἰς τέλος ἐρχομένη ὑποπιέζῃ με. Εἶπε δὲ ὁ Κύριος· Ἀκούσατε τί ὁ κριτὴς τῆς ἀδικίας λέγει· ὁ δὲ Θεὸς οὐ μὴ ποιήσῃ τὴν ἐκδίκησιν τῶν ἐκλεκτῶν αὐτοῦ τῶν βοώντων πρὸς αὐτὸν ἡμέρας καὶ νυκτὸς, καὶ μακροθυμῶν ἐπ' αὐτοῖς; λέγω ὑμῖν, ὅτι ποιήσει τὴν ἐκδίκησιν αὐτῶν ἐν τάχει. Πλὴν ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐλθὼν ἆρα εὑρήσει τὴν πίστιν ἐπὶ τῆς γῆς; » Ἐπειδὴ θλίψεων ἐμνημόνευσε καὶ κινδύνων, ἐπιφέρει καὶ τὴν θεραπείαν τούτων, ἡ δέ ἐστιν ἡ προσευχὴ, καὶ οὐχ ἁπλῶς προσευχὴ, ἀλλ' ἐπίμονος καὶ μεμεριμνημένη. Μέλλουσι μὲν γὰρ, φησὶ, ταῦτα πάντα τοῖς τότε συμβαίνειν, ἀλλὰ μέγας βοηθὸς πρὸς ταῦτα ἡ προσευχὴ, ἂν ἐπιμόνως καὶ συνεχῶς ποιεῖσθαι δεῖ ἡμᾶς ἐννοοῦντας, πῶς τὸν κριτὴν τῆς ἀδικίας ἡ τῆς χήρας προσεδρεία κατεδυσώπησεν. Εἰ γὰρ τοῦτον τὸν πάσης κακίας πεπληρωμένον, καὶ πρὸς Θεὸν καὶ πρὸς ἀνθρώπους ἀπαναιδεσάμενον ἡ καρτερία ἐμάλαξε, πόσῳ μᾶλλον ἡμεῖς τὸν πατέρα τοῦ ἐλέους Θεὸν οὐχ ἑλκύσομεν εἰς οἶκτον, κἂν μακροθυμῇ πρὸς τὸ παρόν; Ὅρα δὲ ὅτι τὸ μηδὲ ἀνθρώπους αἰσχύνεσθαι χείρονος κακίας δεῖγμα· τὸν μὲν γὰρ Θεὸν πολλοὶ οὐ φοβοῦνται, πλὴν ἀλλ' ἀνθρώπους αἰσχύνονται, διὸ καὶ ἧττον ἁμαρτάνουσιν. Ὅταν δὲ καὶ πρὸς ἀνθρώπους ἀπαναισχυντήσειέ τις, ἐνταῦθα ἤδη τῆς κακίας ἡ κορυφή. Διὸ καὶ ὁ Κύριος ὕστερον τέθεικε τὸ, ἄνθρωπον μὴ ἐντρεπόμενος, ὡσανεὶ τοῦτο λέγων· Ὅτι κριτὴς ἦν τὸν Θεὸν μὴ φοβούμενος, καὶ τί λέγω τοῦτο, ὅτι τὸν Θεὸν οὐκ ἐφοβεῖτο; τὸ μεῖζον εἶχε δεῖγμα τῆς κακίας, ὅτι οὐδὲ ἄνθρωπον ᾐσχύνετο. Ταῦτα μὲν οὖν ἡ παραβολὴ ἡμᾶς διδάσκει, ὡς πολλάκις εἴπομεν, νουθετοῦσα μὴ ἐκκακεῖν ἐν ταῖς προσευχαῖς, ὥσπερ οὖν

Digitized by Google

καὶ ἀλλαχοῦ ἔφη· Τίς ἐξ ὑμῶν φίλον ἔχων, εἶτα ἐλθόντα καὶ κρούοντα νυκτὸς ἀποπέμψεται; Διὰ γὰρ τὴν ἀναίδειαν αὐτοῦ, εἰ μὴ δι' οὐδὲν ἄλλο ἀνοίξει. Καὶ πάλιν· « Τίς ἐξ ὑμῶν, ὃν ἐὰν ὁ υἱὸς αὐτοῦ αἰτήσῃ ἄρτον, » καὶ τὰ ἑξῆς. Διὰ τούτων γὰρ πάντων τὴν ἔμμονον σχολὴν ἐν ταῖς προσευχαῖς ἡμῖν ὑποτίθεται. Ἐπειράθησαν δέ τινες περιεργότερον τὴν παραβολὴν ταύτην ἐκλαβέσθαι, καὶ ἀπεικάσαι ἐτόλμησαν τῇ ἀληθείᾳ. Χήρα μὲν, ἔφασαν, ἐστὶ πᾶσα ψυχὴ τὸν ἄνδρα ἀποβαλοῦσα αὐτῆς, ὃν εἶχε πρότερον, τὸν διάβολον φημὶ, καὶ διὰ τοῦτο ἀντίδικον αὐτὸν ἔχουσα ἀεὶ ἐπιτιθέμενον αὐτῇ· ἡ δὲ προσέρχεται τῷ Θεῷ κριτῇ τῆς ἀδικίας, τουτέστι, τῷ κατακρίνοντι τὴν ἀδικίαν, ὃς οὔτε Θεὸν φοβεῖται. Αὐτὸς γὰρ Θεὸς μόνος, καὶ οὐκ ἔχει ὃν φοβηθήσεται ἕτερον· ἀλλ' οὔτε ἄνθρωπον αἰσχύνεται, Θεὸς γὰρ πρόσωπον ἀνθρώπου οὐ λαμβάνει. Ταύτην τὴν χήραν ψυχὴν δεομένην τοῦ Θεοῦ συνεχῶς διὰ τὸν ἀντίδικον αὐτῆς διάβολον, οἰκτείρει ὁ Θεὸς καταδυσωπησάσης αὐτὸν τῆς προσεδρείας ταύτης. Ταῦτα μὲν οὖν ὅτῳ φίλον, δεχέσθω. Παρετέθη γὰρ, ἵνα μὴ ἀγνοῶνται. Πλὴν ταῦτα διδάξας ἡμᾶς ὁ Κύριος περὶ τοῦ δεῖν προσεύχεσθαι, καὶ ὑποδείξας, ὅτι εἰ οὗτος ὁ ἄνομος, καὶ πάσης κακίας πεπληρωμένος ᾤκτειρε τῇ συνεχείᾳ τῆς δεήσεως, πόσῳ μᾶλλον ὁ Θεὸς ὁ πάσης δικαιοσύνης ἀρχηγὸς οὐ ποιήσειε τὴν ἐκδίκησιν ἐν τάχει, καίτοι μακροθυμῶν, καὶ φαινόμενος ἀνηκουστεῖν τῶν δεομένων αὐτοῦ νυκτὸς καὶ ἡμέρας; Ταῦτα οὖν διδάξας, καὶ δείξας ἡμῖν, ὅτι ἐν τῷ καιρῷ τῆς συντελείας τῇ προσευχῇ χρηστέον πρὸς τοὺς μέλλοντας τότε κινδύνους ἐπιγενήσεσθαι, ἐπιφέρει, ὅτι, Ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἆρα ἐλθὼν εὑρήσει τὴν πίστιν ἐπὶ τῆς γῆς; ἐν σχήματι ἐρωτήσεως τὸ σπάνιον τῶν τότε εὑρεθησομένων πιστῶν ὑποσημαίνων. Τοσοῦτον γὰρ καταχρατήσει τότε ὁ υἱὸς τῆς ἀνομίας, ὥστε πλανᾷν καὶ τοὺς ἐκλεκτοὺς, εἰ δυνατόν. Εἴωθε δὲ ἐπὶ τοῦ σπανίως εὑρισκομένου, τῷ ἐρωτηματικῷ τρόπῳ χρᾶσθαι, ὡς καὶ ἐπὶ τοῦ· Τίς ἄρα ἐστὶν ὁ πιστὸς δοῦλος, καὶ φρόνιμος; Καὶ ἐνταῦθα οὖν τὸ αὐτὸ ὑποδηλῶν, καὶ ὅτι βραχεῖς, καὶ ὀλιγόστοι ἔσονται οἱ τὴν πρός τε τὸν Θεὸν, καὶ πρὸς ἀλλήλους πίστιν φυλάττοντες, τῇ ἐρωτήσει ταύτῃ ἐχρήσατο. Εἰκότως δὲ τῇ περὶ τοῦ προσεύχεσθαι παραινέσει τὸν περὶ τῆς πίστεως λόγον ἐπισυνῆψεν. Ἐπειδὴ γὰρ πάσης προσευχῆς βάθρον, καὶ κρηπὶς ἡ πίστις· εἰ μὴ γὰρ πιστεύσει ὁ ἄνθρωπος, ὅτι ὃ ἐὰν αἰτήσῃ, λήψεται πρὸς τὸ συμφέρον, ματαία ἡ προσευχὴ, ἣν ποιεῖται· διὰ τοῦτο ὁ Κύριος περὶ τοῦ προσεύχεσθαι διδάσκων, καὶ τῆς πίστεως ἐπεμνήσθη, δηλῶν κεκρυμμένως, ὅτι ὀλίγων ἔσται καὶ τὸ προσεύχεσθαι τότε, ἐπειδὴ καὶ ἡ πίστις ἐν ὀλίγοις εὑρεθήσεται. Ἐλθὼν μὲν οὖν ὁ Κύριος ἐν νεφέλαις, οὐχ εὑρήσει τὴν πίστιν ἐπὶ τῆς γῆς, εἰ μὴ ἄρα ἐν ὀλίγοις, ποιήσει δὲ ταύτην τότε, καὶ ἄκοντες γὰρ πάντες ὁμολογήσουσιν, ὅτι Κύριος Ἰησοῦς εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρὸς, καὶ εἴ γε χρὴ ταῦτα πίστιν, ἀλλὰ μὴ ἀνάγκην εἰπεῖν, οὐδεὶς τῶν ἀπίστων ἔσται, ὃς οὐ πιστεύσει, ὅτι μόνος ὁ Σωτὴρ ὁ παρ' αὐτοῦ πρὶν βλασφημούμενος.

A Nam propter impudentiam ejus, si non propter aliud, aperiet. Et iterum : « Quis ex vobis, a quo si filius ejus panem petat, etc. » Quibus sollicita ac perpetua oratio præscribitur. At tentarunt quidam parabolam hanc curiosius exponere, et veritati comparare sunt ausi (a). Viduam enim dicunt omnem animam esse, virum autem dimisisse quem prius habuit, diabolum : et propter hoc illum habet adversarium semper resistentem sibi. Ipsa autem accedit ad Deum judicem injustitiæ, hoc est, condemnantem injustitiam, qui neque Deum timet. Ipse enim Deus solus non habet quem timeat alium, sed neque hominem reveretur; Deus enim personam hominis non recipit [89]. Huic viduæ, quæ dum orat continuis precibus propter adversarium suum diaB bolum, miseretur Deus, et placatur propter assiduitatem ejus. Hæc, qui volet, et cui placent, suscipiat. Proposita enim sunt ne ignorentur. Atqui Dominus hæc nos docuit, quod oporteat semper orare : et per exemplum indicavit, quod etiam iniste iniquus et omni malitia plenus, misereretur tamen ob continuas preces, quanto magis Deus omnis justitiæ dux non faciet brevi vindictam, quamvis differat, et videatur non audire orantes die ac nocte? Itaque qui docuit et monstravit nobis quod in tempore consummationis sæculi opus sit oratione, ut in futuris periculis durare valeamus, subdit : Nunquid Filius hominis cum venerit, inveniet fidem in terra [90]? Qua interrogationis figura raros dicit tunc inveniendos fideles. In tantum enim invalescet filius iniquiC tatis, ut etiam, si possibile esset, seduceret electos. In raris enim solet hujusmodi interrogandi figura uti, sicut et cum dicit : Quis putas fidelis et prudens servus? Atque hoc loco idem significans, quod pauci numero **433** erunt qui erga Deum et inter se fidem servabunt, hac interrogatione usus est. Merito autem sermoni de oratione sermonem de fide connexuit, quoniam omnis orationis fundamentum ac basis est fides. Nisi enim crediderit homo, quod hoc quod petit accepturus sit in suam utilitatem, vana est oratio quam facit. Et propterea Dominus de oratione docens, etiam fidei meminit, declarans interim, paucorum fore tunc orare : quandoquidem fides in paucis invenietur. Igitur cum venerit DoD minus in nubibus, non inveniet fidem super terram, nisi in paucis. Faciet autem hanc tunc : inviti autem omnes confitebuntur quod Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris : si quidem hæc fides vocanda est, et non potius necessitas. Nullus enim erit infidelium qui non credet quod solus sit Salvatoris, quem antea blasphemarat.

[89] Galat. II, 6. [90] Luc. XVIII, 8.

(a) Edit. Lut. non habet, *et veritati comparare sunt ausi.*

Digitized by Google

Vers. 9-16. « Ἤρξατο δὲ πρὸς τὸν λαὸν λέγειν τὴν παραβολὴν ταύτην· Ἄνθρωπός τις ἐφύτευσεν ἀμπελῶνα, καὶ ἐξέδοτο αὐτὸν γεωργοῖς, καὶ ἀπεδήμησε χρόνους ἱκανούς. Καὶ ἐν καιρῷ ἀπέστειλε πρὸς τοὺς γεωργοὺς δοῦλον, ἵνα ἀπὸ τοῦ καρποῦ τοῦ ἀμπελῶνος ἐπιδῶσιν αὐτῷ· οἱ δὲ γεωργοὶ δείραντες αὐτὸν, ἐξαπέστειλαν B κενόν. Καὶ προσέθετο πέμψαι ἕτερον δοῦλον, οἱ δὲ κἀκεῖνον δείραντες, καὶ ἀτιμάσαντες, ἐξαπέστειλαν κενόν. Καὶ προσέθετο πέμψαι τρίτον, οἱ δὲ καὶ τοῦτον τραυματίσαντες ἐξέβαλον. Εἶπε δὲ ὁ κύριος τοῦ ἀμπελῶνος· Τί ποιήσω; Πέμψω τὸν υἱόν μου τὸν ἀγαπητόν· ἴσως τοῦτον ἰδόντες ἐντραπήσονται. Ἰδόντες δὲ αὐτὸν οἱ γεωργοὶ, διελογίζοντο πρὸς ἑαυτοὺς λέγοντες· Οὗτός ἐστιν ὁ κληρονόμος, δεῦτε, ἀποκτείνωμεν αὐτὸν, ἵνα ἡμῶν γένηται ἡ κληρονομία. Καὶ ἐκβαλόντες αὐτὸν ἔξω τοῦ ἀμπελῶνος, ἀπέκτειναν. Τί οὖν ποιήσει αὐτοῖς ὁ κύριος τοῦ ἀμπελῶνος; Ἐλεύσεται, καὶ ἀπολέσει τοὺς γεωργοὺς τούτους, καὶ δώσει τὸν ἀμπελῶνα ἄλλοις. » Βραχεῖα μὲν αὕτη ἡ παραβολὴ, πλὴν πολλὰ καὶ μεγάλα διδάσκει ἡμᾶς· τὴν πρόνοιαν τοῦ Θεοῦ, ἣν ἐπὶ τοῖς C Ἑβραίοις τοσαύτην ἐχαρίσατο, μᾶλλον δὲ ἐπεδείξατο, τὸ ἐξ ἀρχῆς αὐτῶν φονικὸν, τὸ καὶ τῆς Παλαιᾶς καὶ τῆς Νέας ἕνα εἶναι τὸν Θεὸν, τὸ εἰσαχθήσεσθαι τὰ ἔθνη, τὸ ἀπορριφήσεσθαι τοὺς Ἰουδαίους. Ἀμπελὼν οὖν αὕτη ἡ Συναγωγὴ τῶν Ἰουδαίων, γεωργοὶ δὲ οἱ Γραμματεῖς, καὶ Φαρισαῖοι οἱ προέχοντες, καὶ ἐπιστάται τοῦ λαοῦ, ἢ καὶ ἕκαστος ἡμῶν αὐτὸς ἀμπελὼν, αὐτὸς γεωργός· ἕκαστος γὰρ ἡμῶν αὐτὸς ἑαυτὸν γεωργεῖ. Τοῦτον οὖν τὸν ἀμπελῶνα ἐκδοὺς γεωργοῖς ὁ φιλάνθρωπος, ἀπεδήμησε, τουτέστιν, αὐτεξουσίους αὐτοὺς ἀφῆκε πορεύεσθαι. Ἀπέστειλε δὲ διαφόρους δούλους, προφήτας φημὶ, ὡς ἂν σχοίη τι κέρδος μικρόν. Ἐκ τοῦ καρποῦ γὰρ, φησὶν, ἤθελε λαβεῖν, οὐ τὸν καρπὸν ἅπαντα· τί γὰρ κερδαίνει ὁ Θεὸς ἀφ' D ἡμῶν, εἰ μὴ τὴν αὐτοῦ ἐπίγνωσιν; Καὶ αὕτη δὲ ἡμέτερον κέρδος, ὅμως τὴν σωτηρίαν ἡμῶν καὶ τὸ ἡμέτερον κέρδος οἰκεῖον ποιεῖται. Ὕβρισαν δὲ τοὺς ἀποσταλέντας οἱ κακοὶ γεωργοὶ, δείραντες, μετὰ καὶ τοῦ κενοῦ· ἐξαποστεῖλαι, τουτέστιν, εἰς τοσοῦτον ἀγνωμοσύνης ἦλθον, ὥστε οὐ μόνον ἐξέκλιναν ἀπὸ τοῦ καλοῦ, καὶ οὐδένα καρπὸν ἀγαθὸν ἔδωκαν, ἀλλὰ καὶ πονηρίαν ἐποίησαν, ὃ μείζονος κολάσεως ἄξιον. Τῶν οὖν προφητῶν οὕτω τὰ δεινότατα παθόντων, ὁ Υἱὸς ἀποστέλλεται. Ἴσως γὰρ, φησὶν, ἐντραπήσονται τὸν Υἱόν μου. Τοῦτο δὲ εἶπεν, οὐχ ὡς ἀγνοῶν τὸ μέλλον, καὶ ὅτι μέλλουσι μᾶλλον αὐτὸν χεῖρον τῶν προφητῶν διαθέσθαι, ἀλλ' ἐκεῖνο λέγων, ὅπερ ἔδει γενέσθαι· ἔδει γὰρ ἐντραπῆναι αὐτόν. Εἰ δὲ καὶ αὐτοὶ

Vers. 9-16. « Cœpit autem dicere ad plebem parabolam hanc : Homo quidam plantavit vineam, et locavit eam colonis, et ipse peregre egit multo tempore. Cumque essetopportunum, misit ad colonos servum, ut de fructu vineæ darent ipsi : qui cæsum emiserunt eum inanem. Et rursus adhuc alterum servum misit. Illi vero hunc quoque cæsum, et contumeliis affectum, emiserunt inanem. Rursus misit et tertium. At illi hunc quoque vulneribus inflictis ejecerunt. Dixit autem dominus vineæ : Quid faciam? Mittam filium meum dilectum, forsitan cum hunc viderint, reverebuntur. Quem cum vidissent coloni, cogitaverunt intra se, dicentes : Hic est hæres, venite, occidamus 452 illum, ut nostra fiat hæreditas : et ejectum illum extra vineam, occiderunt. Quid ergo faciet illis dominus vineæ? Veniet et perdet colonos istos, et dabit vineam aliis. » Brevis quidem ista parabola, multa tamen et magna nos docet : Curam quam Deus tantam erga Hebræos exhibuit, qui ab initio fuerunt homicidæ; unum esse Deum veteris et novæ legis; vocandas gentes, et abjiciendos Judæos. Vinea igitur ista, Synagoga erat Judæorum : cultores autem, Scribæ et Pharisæi, qui præerant populo. Est et unusquisque vinea, et idem agricola. Unusquisque enim nostrum seipsum colit. Hanc igitur vineam cum collocasset agricolis misericors, peregre profectus est, hoc est, permisit eos juxta liberum arbitrium ingredi. Misit autem diversos servos, prophetas dico, ut haberet vel parvum quoddam lucrum. Volebat enim de fructu capere, non fructum omnem; quid enim lucrifaceret Deus ex nobis nisi sui agnitionem? Illud autem etiam nostrum est lucrum : attamen salutem nostram, lucrumque nostrum, suum facit. Contumeliis autem affecerunt mali agricolæ missos, et cæsos miserunt vacuos, hoc est, in tantam pervenerunt ingratitudinem, ut non solum declinaverint a bono, et nullum fructum dederint, sed et mala fecerint : quod majori supplicio dignum. Igitur cum prophetæ tam gravia sustinuissent : Filius mittitur. Forte enim, inquit, hunc reverebuntur. *Forte* dixit, non ut ignorans futurum quod pejus eum affecturi essent quam prophetas : sed illud dicit quod fieri debebat : debebant enim revereri illum. At illi usque adeo non sunt reveriti, ut etiam occiderint : quod in majorem eorum accusationem est, quia postquam affirmavit Deus bonum hoc esse, reverentiam haberi Filio, illi olim contrarium tulerunt sententiam. Hæc autem

Digitized by Google

proprietas sæpe in Scripturis invenitur : ut cum dicitur, Si forte audiant. Neque enim illic ignorans futurum ita dicit, sed ne quidam præscientiam Dei necessariam inobedientiæ causam esse dicant, idcirco ejusmodi verborum figura utitur. Ejectum autem illum extra vineam, occiderunt. Extra vineam, exponi solet; extra Hierusalem : extra enim civitatem Christus passus est. At quia supra vineam populum, non Jerusalem exposuimus : quid si magis proprie dixerimus quod occiderit quidem populus ipsum, sed extra vineam, hoc est, non ipse sua manu ei mortis fuerit auctor, sed tradiderit illum Pilato et gentibus? Et ita extra vineam, hoc est, extra populi manus passus est Christus. Etenim non licebat his occidere quemquam, unde militum manibus occisus est. Nonnulli per vineam intellexerunt **453** Scripturam. Extra Scripturam enim passus est Dominus. Illi enim qui non crediderunt Mosi, occiderunt eum. Nam si credidissent Mosi et Scripturis, easque scrutati fuissent, Dominum Scripturarum utique non occidissent. Iis dictis protulit et sententiam in eos ferendam, quod vinea locanda sit aliis vineæ cultoribus, hoc est, aliis dabit hoc beneficium ut dicantur populus meus. Vide autem quod hi qui dicunt Scripturam vineam esse, magis assequi videntur sensum, ut hinc manifestum. Elocata est enim nobis Scriptura, ab Hebræis sublata. Fidenter autem dixerit quis omnia spiritualia esse vineam quamdam, sive in Scripturis et legibus, sive in actis et historiis sita sint, quibus omnibus privati sunt Judæi, et nos fruimur.

A τοσοῦτον οὐκ ἐνετράπησαν, ὥστε καὶ ἀπέκτειναν· τοῦτο εἰς μείζονα κατηγορίαν αὐτοῖς, ὅτι καὶ μετὰ τὸ ἀποφήνασθαι τὸν Θεὸν, ὅτι οὕτως ἦν καλὸν γενέσθαι, καὶ ἐντραπῆναι αὐτὸν, αὐτοὶ τὴν ἐναντίαν ψῆφον ἔθεντο. Τὸ δὲ τοιοῦτον ἰδίωμα παρὰ τῇ Γραφῇ πολλαχοῦ εὑρίσκεται, ὡς τὸ, Ἐὰν ἄρα ἀκούσωσιν. Οὐδὲ γὰρ ἐκεῖ ἀγνοῶν τὸ μέλλον, τοῦτό φησιν, ἀλλ' ἵνα μὴ λέγωσί τινες, ὅτι ἡ πρόγνωσις τοῦ Θεοῦ ἀναγκαίως αἰτία γέγονε τῆς παρακοῆς· διὰ τοῦτο οὕτως σχηματίζει τὰς λέξεις. Ἐκβαλόντες δὲ τὸν Υἱὸν ἔξω τοῦ ἀμπελῶνος, ἀπέκτειναν· τὸ μὲν πρόχειρον εἰπεῖν, ἔξω τῆς Ἱερουσαλήμ· ἔξω γὰρ τῆς πύλης ὁ Χριστὸς ἔπαθεν· ἐπεὶ δὲ ἄνωθεν ἀμπελῶνα τὸν λαὸν, οὐχὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἐξελάβομεν, μήποτε οἰκειότερον εἰπεῖν, ὅτι ἀπέκτεινε μὲν αὐτὸν ὁ λαὸς, ἔξω δὲ τοῦ ἀμπελῶνος, τουτέστιν, οὐκ αὐτὸς αὐτόχειρ τοῦ θανάτου γενόμενος, ἀλλὰ τῷ Πιλάτῳ, καὶ τοῖς ἔθνεσιν ἐκδεδωκότες αὐτόν. Ἔξω οὖν τοῦ ἀμπελῶνος, ἤγουν τῶν τοῦ λαοῦ χειρῶν ἔπαθεν ὁ Κύριος· αὐτοῖς γὰρ οὐκ ἐξῆν ἀποκτεῖναι οὐδένα· ὑπὸ στρατιωτικῶν μέντοι χειρῶν ἀπέθανε. Τινὲς δὲ ἀμπελῶνα τὴν Γραφὴν ἐνόησαν· ἔξω οὖν τῶν Γραφῶν ἔπαθεν ὁ Κύριος, τουτέστιν, οἱ μὴ πιστεύοντες Μωσεῖ, οὗτοι ἀπέκτειναν αὐτόν. Εἰ γὰρ ἐπίστευον Μωσεῖ, καὶ ἐν ταῖς Γραφαῖς ἦσαν ἐρευνῶντες αὐτὰς, οὐκ ἂν ἀπέκτειναν τὸν Δεσπότην τῶν Γραφῶν. Ταῦτα εἰπὼν, ἐπάγει καὶ τὴν ψῆφον, ἣν ἐπ' αὐτοὺς ἐξοίσει, ὅτι ἐκδώσεται ἄλλοις τὸν ἀμπελῶνα, τουτέστιν, ἄλλοις δώσει ταύτην τὴν χάριν, τὸ καλεῖσθαι λαός μου. Ὅρα δὲ, ὅτι οἱ λέγοντες τὴν Γραφὴν εἶναι τὸν ἀμπελῶνα, μᾶλλον ἐπιτυγχάνειν δοκοῦσιν, ὡς ἐντεῦθεν δηλοῦται. Ἐξεδόθη γὰρ ἡμῖν ἡ Γραφὴ ἀρθεῖσα ἀπὸ τῶν Ἑβραίων. Θαῤῥῶν δὲ, εἴποι ἄν τις πάντα τὰ πνευματικὰ εἶναι τὸν ἀμπελῶνα, εἴτε ἐν τῇ Γραφῇ καὶ νόμοις, εἴτε ἐν πράξεσι καὶ ἱστορίαις ἕκειντο, ὧν πάντων ἐστερήθησαν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ ἡμεῖς ἀπολαύομεν

B

C

Vers. 16-20. « Quod cum audissent, dixerunt, Absit. Ille vero intuitus eos ait : Quid est ergo hoc quod scriptum est, Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, is factus est in caput anguli; omnis qui ceciderit super lapidem illum, conquassabitur : super quem autem cadet, disperget illum? Et quærebant principes sacerdotum et scribæ injicere in illum manus eadem hora, et timuerunt populum : cognoverunt enim quod in ipsos dixisset parabolam hanc. » Lucas quidem, ut audis, inquit dicere Dominum quod dominus vineæ perditurus sit ingratos colonos, et vineam daturus aliis. Quod cum audissent Pharisæi, dixerunt, Absit. Matthæus vero aliter dicit : nempe quod interrogaverit eos Dominus : Quid faciet agricolis illis dominus vineæ [a]? responderintque Judæi, ac dixerint : Malos male perdet illos, et vineam daturus est agricolis aliis. Nunquid igitur contrarii sunt? Absit. Utrumque enim factum fuisse verisimile est, et quod secundum Matthæum sententiam ipsi tulerint, et deinde animadverterint quo tendat parabola, et quod de ipsis dicta sit : ac iterum dixerint hoc quod Lucas dicit, nempe, Absit. Quid igitur Christus? adducit et aliud testimonium ex David, lapi-

« Ἀκούσαντες δὲ εἶπον· Μὴ γένοιτο. Ὁ δὲ ἐμβλέψας αὐτοῖς, εἶπε· Τί οὖν ἐστι τὸ γεγραμμένον τοῦτο, Λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας; Πᾶς ὁ πεσὼν ἐπ' ἐκεῖνον τὸν λίθον, συνθλασθήσεται· ἐφ' ὃν δ' ἂν πέσῃ, λικμήσει αὐτόν. Καὶ ἐζήτησαν οἱ ἀρχιερεῖς, καὶ οἱ Γραμματεῖς ἐπιβαλεῖν ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ, καὶ ἐφοβήθησαν τὸν λαόν. Ἔγνωσαν γὰρ, ὅτι πρὸς αὐτοὺς τὴν παραβολὴν ταύτην εἶπεν. » Ὁ μὲν Λουκᾶς, ὡς ἀκούεις, τὸν Κύριόν φησιν εἰπεῖν, ὅτι Ἀπολέσει ὁ δεσπότης τοὺς ἀγνώμονας γεωργοὺς, καὶ τὸν ἀμπελῶνα ἐκδώσεται ἄλλοις· ὅπερ ἀκούσαντας τοὺς Φαρισαίους, εἰπεῖν, Μὴ γένοιτο. Ὁ δὲ Ματθαῖος ἑτέρως φησί· τὸν μὲν γὰρ Κύριον ἐρωτῆσαι, Τί ποιήσει τοῖς γεωργοῖς ἐκείνοις ὁ δεσπότης τοῦ ἀμπελῶνος; καὶ τοὺς Ἰουδαίους ὑποκριθέντας εἰπεῖν, Κακοὺς κακῶς ἀπολέσει αὐτοὺς, καὶ τὸν ἀμπελῶνα ἐκδώσεται ἄλλοις. Ἆρ' οὖν ἐναντιολογία ἐστίν; Ἄπαγε. Ἀμφότερα γὰρ εἰκὸς γεγενῆσθαι, καὶ κατὰ μὲν τὸν Ματθαῖον αὐτοὺς ἐκείνους τὴν ψῆφον ἐξενεγκεῖν, εἶτα συναισθομένους ποῦ φέρει ἡ παραβολὴ, καὶ ὅτι δι' αὐτοὺς εἴρηται, πάλιν εἰπεῖν τοῦτο, ὃ νῦν ὁ Λουκᾶς φησι, τὸ,

D

[a] Matth. xxi, 40.

Digitized by Google

Μὴ γένοιτο. Τί οὖν ὁ Χριστός; Ἐπάγει καὶ ἑτέραν μαρτυρίαν ἀπὸ τοῦ Δαυὶδ, λίθον μὲν ἑαυτὸν ὀνομάζων, οἰκοδόμους δὲ τοὺς διδασκάλους αὐτοὺς καθὰ καὶ ὁ Ἰεζεκιὴλ φησιν, Οἰκοδομοῦντες τὸν τοῖχον, καὶ ἀλείφοντες ἀναρτύτως, τουτέστιν, οἱ τὰ πρὸς χάριν λέγοντες, καὶ συγκαλύπτοντες τὰ ἐλαττώματα τοῦ λαοῦ καὶ οἷον ἐμπλάττοντες ἐπιπολαίως τὰ σαθρὰ τοῦ λαοῦ, ὥσπερ τινὸς τοίχου. Πῶς δὲ ἀπεδοκίμασαν τοῦτον τὸν λίθον; Εἰπόντες· Οὗτος οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ Θεοῦ. Δύο δὲ ἀπωλείας ἐνταῦθα λέγει· μίαν μὲν τὴν τῶν ψυχῶν αὐτῶν, ἣν αὐτοὶ σκανδαλισθέντες ἔπαθον· Πᾶς γὰρ ὁ πεσὼν ἐπὶ τὸν λίθον τοῦτον συνθλασθήσεται· ἑτέραν δὲ τὴν ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας, ἣν ὁ λίθος αὐτοῖς ἐπήγαγεν, ὁ παρ' αὐτῶν ἐξουδενωθείς. Ἐφ' ὃν γὰρ, φησὶ, πέσει, λικμήσει αὐτόν. Οὕτως οὖν ἐλικμήθησαν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ διεσπάρησαν, ὥσπερ ἄχυρα ἀπὸ μιᾶς ἅλωνος, τῆς Ἰουδαίας, εἰς πάντα τὸν κόσμον. Παρατήρησον δὲ, ὅτι πρότερον ἐκεῖνοι ἔπεσον ἐπὶ τὸν λίθον, τουτέστιν, ἐσκανδαλίσθησαν, εἶθ' οὕτως ὁ λίθος ἔπεσεν ἐπ' αὐτοὺς, καὶ ἐτιμωρήσατο· προηγεῖται γὰρ ἡ ἐμὴ ἁμαρτία, εἶθ' οὕτως ἡ τοῦ Θεοῦ ἐπ' ἐμὲ δικαία τιμωρία. Ἀλλ' οἱ μὲν Ἰουδαῖοι ἀπεδοκίμασαν τὸν λίθον τοῦτον· ὁ δὲ τοσοῦτον ἦν καλὸς, καὶ ἐκλεκτὸς, ὥστε εἰς κεφαλὴν γωνίας τεθῆναι, καὶ δύο τοίχους συμβαλέσθαι καὶ ἑνῶσαι, τά τε παλαιὰ καὶ τὰ νέα. Καίτοι ἔδει αὐτοὺς ἀκοῦσαι Ἡσαΐου λέγοντος· « Κύριον αὐτὸν ἁγιάσατε, καὶ αὐτὸς ἔσται ὑμῖν φόβος, καὶ οὐχ ὡς λίθου προσκόμματι συναντήσετε αὐτῷ, οὐδ' ὡς πέτρας πτώματι. » Οἱ δὲ καὶ γνόντες, ὅτι δι' αὐτοὺς τὴν παραβολὴν λέγει, βουλεύονται κατ' αὐτοῦ, καὶ εἰ μὴ ἦν ὁ τοῦ λαοῦ φόβος, καὶ χεῖρας ἂν ἐπέβαλον ἐπ' αὐτόν. Καὶ τοῦ μὲν νόμου λέγοντος, Ἀθῷον καὶ δίκαιον οὐκ ἀποκτενεῖς, παρήκουσαν, τὸν δὲ τῶν ἀνθρώπων θυμὸν φοβοῦνται, καὶ ἀναστέλλονται τῆς ἐκ τοῦ φανεροῦ ἐπιθέσεως, ἐπιβουλεύουσι δὲ ἄλλως.

« Καὶ παρατηρήσαντες, ἀπέστειλαν ἐγκαθέτους ὑποκρινομένους ἑαυτοὺς δικαίους εἶναι, ἵνα ἐπιλάβωνται αὐτοῦ λόγου εἰς τὸ παραδοῦναι αὐτὸν τῇ ἀρχῇ, καὶ τῇ ἐξουσίᾳ τοῦ ἡγεμόνος. Καὶ ἐπηρώτων αὐτὸν, λέγοντες· Διδάσκαλε, οἴδαμεν, ὅτι ὀρθῶς λέγεις, καὶ διδάσκεις, καὶ οὐ λαμβάνεις πρόσωπον, ἀλλ' ἐπ' ἀληθείας τὴν ὁδὸν τοῦ Θεοῦ διδάσκεις. Ἔξεστιν ἡμῖν φόρον Καίσαρι δοῦναι, ἢ οὔ; Κατανοήσας δὲ αὐτῶν τὴν πανουργίαν, εἶπε πρὸς αὐτούς· Τί με πειράζετε; Ἐπιδείξατέ μοι δηνάριον. Τίνος ἔχει εἰκόνα καὶ ἐπιγραφήν; Ἀποκριθέντες εἶπον, Καίσαρος. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· Ἀπόδοτε τοίνυν τὰ Καίσαρος Καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ τῷ Θεῷ. Καὶ οὐκ ἴσχυσαν ἐπιλαβέσθαι αὐτοῦ ῥήματος ἐναντίον τοῦ λαοῦ, καὶ θαυμάσαντες ἐπὶ τῇ ἀποκρίσει αὐτοῦ, ἐσίγησαν. » Παγίδα ἡτοίμασαν οἱ Φαρισαῖοι δυσδιάφυκτον τῷ Κυρίῳ, ὡς γε ἐδόκουν, ἀλλὰ συνελήφθη ἐν ταύτῃ ὁ ποὺς αὐτῶν· ἴδε γὰρ κακουργίαν. Εἰ μὲν εἶποι, φησὶν, ὅτι δεῖ φόρους διδόναι Καίσαρι, κατηγορητέος πρὸς τὸν λαὸν, ὡς τὸ ἔθνος εἰς δουλείαν ὑπάγων, σπέρμα Ἀβραὰμ ὄν, καὶ

A dem quidem seipsum nominans, ædificantes autem doctores ipsos : quemadmodum et Ezechiel dicit : Ædificantes parietem et linientes absque temperatura, hoc est, qui adgratiam loquuntur, et cooperiunt delicta populi, et veluti in superficie vitia populi liniunt, velut parietem quemdam. Quomodo autem reprobaverunt lapidem illum? quia dicebant : Hic non est ex Deo. Duas autem perditiones hic dicit : Unam animarum illorum in quam incidebant scandalizati : Omnis enim qui ceciderit super lapidem istum, confringetur; alteram captivitatis, quam contemptus ille lapis eis attulerit. Super quem enim ceciderit, dissilire illum faciet. Sic igitur dissiluerunt Judæi, et dispersi sunt, sicut paleæ ab una area Judææ in totum 454 mundum. B Observa autem quod illi prius ceciderunt super lapidem, hoc est, scandalizati sunt, deinde lapis cecidit super eos, et ultus est illos : præcedit enim peccatum meum, deinde sequitur et justa Dei vindicta. Verum Judæi quidem reprobaverunt lapidem istum. At lapis ille erat pulcher et electus, ita ut et in caput anguli sit positus, et conjunxerit parietes, et univerit vetera ac nova. Et quid multis? Oportebat illos audire Isaiam dicentem : « Dominum ipsum sanctificate, et ipse erit vester timor, et non impingetis in illum ut in lapidem offensionis, et petram scandali [a]. » At illi scientes quod propter ipsos parabolam dicat, consilium ineunt contra eum, et, nisi fuisset timor populi, etiam manus C injecissent in eum. Et contempserunt quidem legem quæ dicit : Innocentem et justum non occides. Timuerunt autem et repressi sunt a metu hominum, ne manifeste invadant eum, sed clam ei denuo insidiantur.

Vers. 21 26. « Et observantes emiserunt insidiatores qui se justos simularent, ut caperent eum ex sermone, traderentque illum principatui et potestati præsidis : et interrogaverunt eum, dicentes : Magister, scimus quod recte dicis ac doces, nec respicis personam, sed viam Dei cum veritate doces : licet nobis tributum dare Cæsari, an non? Intellecta autem illorum versutia, dixit ad eos : D Quid me tentatis? Ostendite mihi denarium. Cujus habet imaginem et inscriptionem? Respondentes dixerunt, Cæsaris. Et ait illis : Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari : et quæ sunt Dei, Deo. Et non potuerunt verbum ejus reprehendere coram populo : et mirati super responso ejus, obmutuerunt. » Laqueum paraverant Pharisæi, quem difficile, ut sibi videbatur, effugere poterat Dominus : sed comprehensus est illo pes eorum. Vide enim malitiam. Nam si quidem dixisset dandum tributum Cæsari, accusassent eum apud populum quod in servitutem redigere studeat gentem quæ semen Abrahæ sit, et nullius servituti obnoxia : sin proin-

[a] Isa. VIII, 13. 14.

Digitized by Google

buisset dare, iterum ad præsidem ut seditiosum traxissent. Verum ipse laqueos eorum effugit ut caprea, quo nomine ipsum in Canticis appellavit sponsa, et docet ut ei qui postestatem habet super corpora nostra corporaliter subjaceamus, sive rex ille sit, sive tyrannus, nihil enim hoc nobis nocet ut spiritualiter bene placeamus Deo spirituum. Reddite enim, inquit, quæ Cæsaris sunt, Cæsari, et quæ sunt Dei, Deo. Et vide quia non dixit, date : sed reddite. Debitum igitur, inquit, est : reddite igitur debitum. Custodit te princeps tuus ab hostibus, vitam tuam pacatam facit : debes itaque ei pro his tributum, præsertim cum et ipsum quem profers numinum, ab illo ipso habes. Igitur numisma regis iterum illi redde, interim autem 455 tibi lucraris, quod per ipsum, quæ vitæ debita sunt, præstantur. Sic denique et quæ Dei sunt, Deo sunt reddenda. Dedit tibi mentem, illam redde ei, juxta mentem operans : dedit tibi rationem, redde ei illam, ne fias brutis insipientibus similis, sed facias omnia ut rationalis. Et in summa, dedit tibi animam et corpus : omnia redde ei, et imaginem suam restitue ei per fidem, per spem, perque charitatem incedens. Sane et aliter reddenda sunt Cæsari, quæ Cæsaris sunt, unusquisque enim nostrum imaginem Dei gestat, vel principis mundi. Cum igitur similes nos fecerimus Cæsari, facti filii diaboli, imaginem ejus gestantes, illam reddere ei oportet, et abjicere : ut habeat quæ sua, et nihil inveniat in nobis quod proprie suum sit. Ita et imago Dei servetur a nobis incontaminata. Idcirco et Paulus admonet, sicut portavimus imaginem terreni, ita portemus et imaginem cœlestis ; [7] et alio loco : Deponentes veterem hominem [8]. Quod hoc loco dicitur reddi, id apud Paulum dicitur deponi : et quod hic imago Cæsaris, hoc illic imago terreni peccatoris, Adæ scilicet, ac veteris hominis. Nam imago terreni nihil aliud quam corruptio et peccatum, quod habuimus assimilari apostatæ, et non regi. Porro non potuerunt Pharisæi comprehendere Jesum in sermone coram populo ; hic enim maxime conabantur, ut apud populum ipsum accusare valerent, quod illum servituti Romani populi subigeret : sed efficere nihil valuerunt, propter excellentem ipsius sapientiam.

Vers. 27-40. « Accesserunt autem quidam Sadducæorum qui negant esse resurrectionem, et interrogaverunt eum, dicentes : Magister, Moses scripsit nobis : si cujus frater mortuus fuerit habens uxorem, isque sine liberis mortuus fuerit, ut accipiat frater ejus uxorem, et suscitet semen fratri suo. Septem ergo fratres erant, et primus accepit uxorem, ac mortuus est sine liberis : et accepit secundus illam, et ipse mortuus est sine liberis : et tertius accepit illam, similiter et cæteri septem,

[7] I Cor. xv 49. [8] Coloss. III, 9.

μηδενὶ δουλεῦσαν· εἰ δὲ κωλύει φόρους διδόναι, πάλιν πρὸς τὸν ἡγεμόνα ἄξουσιν, ὡς στασιαστήν. Ὁ δὲ τοὺς βρόχους αὐτῶν ἐκφεύγει, ὡς δορκὰς, οὕτω γὰρ αὐτὸν ἐν τῷ Ἄσματι ἡ νύμφη ὠνόμασε, καὶ διδάσκει, ὅτι τὸ σωματικῶς ὑποκεῖσθαι τῷ τῶν σωμάτων ἡμῶν ἐξουσιάζοντι, εἴτε βασιλεῖ, εἴτε τυράννῳ, οὐδὲν ἡμῖν λυμαίνεται πρὸς τὸ εὐαρεστεῖν πνευματικῶς τῷ Θεῷ τῶν πνευμάτων. Ἀπόδοτε γὰρ, φησὶ, τὰ Καίσαρος Καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ τῷ Θεῷ. Καὶ ὅρα, οὐκ εἶπε Δότε, ἀλλ' Ἀπόδοτε. Χρέος, φησὶν, ἐστὶν, ἀπόδος οὖν τὴν ὀφειλήν. Φυλάττει σε ὁ ἄρχων σου ἐκ τῶν πολεμίων, τὸν βίον σου εἰρηναῖον καθιστᾷ· χρεωστεῖς οὖν αὐτῷ τὸν φόρον ἀντὶ τούτων, ἄλλως τε καὶ αὐτὴ, ὃ προσφέρεις, τουτέστι, τὸ νόμισμα, παρ' ἐκείνου αὐτοῦ ἔχεις. Τὸ οὖν τοῦ βασιλέως νόμισμα ἀπόδος πάλιν αὐτῷ. Ἐν τῷ μέσῳ δὲ κεκέρδηκας δι' αὐτοῦ συναλλάσσων, καὶ τὰ πρὸς τὸν βίον χρεώδη μεταχειριζόμενος· ὥσπερ ἀμέλει καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ τῷ Θεῷ δεῖ ἀποδιδόναι. Δέδωκέ σοι νοῦν, ἀπόδος αὐτὸν αὐτῷ κατὰ νοῦν ἐνεργῶν. Δέδωκέ σοι λόγον, ἀπόδος αὐτὸν αὐτῷ, μὴ συμπαραβαλλόμενος τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, ἀλλ' ὡς λογικὸς πάντα πράττων. Καὶ ἁπλῶς δέδωκέ σοι ψυχὴν, καὶ σῶμα, πάντα ἀπόδος αὐτῷ, καὶ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ ἀποκατάστησον αὐτῷ διὰ πίστεως, δι' ἐλπίδος, δι' ἀγάπης βαδίζων. Καὶ μὴν καὶ ἑτέρως χρὴ ἀποδιδόναι τὰ Καίσαρος Καίσαρι· ἕκαστος γὰρ ἡμῶν ἡ Θεοῦ εἰκόνα φορεῖ, ἢ τοῦ κοσμοκράτορος. Ὅταν οὖν ὁμοιώσωμεν ἑαυτοὺς τῷ Καίσαρι, υἱοὶ τοῦ διαβόλου γινόμενοι, τὴν εἰκόνα αὐτοῦ φοροῦμεν, ἣν δεῖ ἀποδιδόναι αὐτῷ, καὶ ἀπορρίπτειν ἵν' ἔχοι τὰ ἑαυτοῦ, καὶ μηδὲν ἐν ἡμῖν εὑρίσκῃ οἰκεῖον αὐτοῦ, οὕτως γὰρ καὶ ἡ εἰκὼν τοῦ Θεοῦ ἀμιγὴς τηρηθείη ἡμῖν. Διὸ Παῦλος παραινεῖ, Καθὼς ἐφορέσαμεν τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ, φορέσωμεν καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου. Καὶ ἀλλαχοῦ· Ἀποθέμενοι τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον. Ὅπερ ἐνταῦθα εἴρηται ἀποδιδόναι, τοῦτο παρὰ τῷ Παύλῳ τὸ ἀποθέσθαι, καὶ ὃ ἐνταῦθα εἰκὼν Καίσαρος, τοῦτο ἐκεῖ εἰκὼν χοϊκοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ πάντως, Ἀδὰμ καὶ παλαιοῦ ἀνθρώπου. Ἡ γὰρ εἰκὼν τοῦ χοϊκοῦ, οὐδὲν ἄλλο, ἢ ἡ φθορὰ, καὶ ἡ ἁμαρτία, ἣν ἔσχομεν ἀφομοιωθέντες τῷ ἀποστάτῃ, καὶ μὴ τῷ βασιλεῖ. Οὐκ ἴσχυσαν οὖν οἱ Φαρισαῖοι ἐπιλαβέσθαι τοῦ Ἰησοῦ ἐνώπιον τοῦ λαοῦ· τὸ γὰρ σπουδαζόμενον αὐτοῖς, μάλιστα τοῦτο ἦν, τὸ πρὸς τὸν λαὸν διαβαλεῖν τοῦτον, ὡς καταδουλοῦντα τοῖς Ῥωμαίοις τὸ ἔθνος, ὃ οὐκ ἴσχυσαν τελέσαι διὰ τὴν ὑπέρσοφον αὐτοῦ ἀπόκρισιν.

Προσελθόντες δέ τινες τῶν Σαδδουκαίων, οἱ ἀντιλέγοντες ἀνάστασιν μὴ εἶναι, ἐπηρώτων αὐτὸν λέγοντες· Διδάσκαλε, Μωσῆς ἔγραψεν ἡμῖν, Ἐάν τινος ἀδελφὸς ἀποθάνῃ ἔχων γυναῖκα, καὶ οὗτος ἄτεκνος ἀποθάνῃ, ἵνα λάβῃ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ τὴν γυναῖκα, καὶ ἐξαναστήσῃ σπέρμα τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ. Ἑπτὰ οὖν ἀδελφοὶ ἦσαν, καὶ ὁ πρῶτος λαβὼν γυναῖκα, ἀπέθανεν ἄτεκνος, καὶ ἔλαβεν ὁ δεύτερος τὴν γυναῖκα, καὶ οὗτος ἀπέθανεν ἄτεκνος, καὶ ὁ τρίτος ἔλαβεν αὐτὴν, ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ ἑπτὰ, καὶ οὐ κατέλιπον τέκνα,

Digitized by Google

καὶ ἀπέθανον. Ὕστερον πάντων ἀπέθανε καὶ ἡ γυνή. Ἐν τῇ οὖν ἀναστάσει, τίνος αὐτῶν γίνεται γυνή; Οἱ γὰρ ἑπτὰ ἔσχον αὐτὴν γυναῖκα. Καὶ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου γαμοῦσι καὶ ἐκγαμίσκονται· οἱ δὲ καταξιωθέντες τοῦ αἰῶνος ἐκείνου τυχεῖν, καὶ τῆς ἀναστάσεως τῆς ἐκ νεκρῶν, οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε ἐκγαμίσκονται. Οὔτε γὰρ ἀποθανεῖν ἔτι δύνανται, ἰσάγγελοι γάρ εἰσι, καὶ υἱοὶ τοῦ Θεοῦ, τῆς ἀναστάσεως υἱοὶ ὄντες. Ὅτι δὲ ἐγείρονται οἱ νεκροὶ, καὶ Μωσῆς ἐμήνυσεν ἐπὶ τῆς βάτου, ὡς λέγει Κύριον τὸν Θεὸν Ἀβραὰμ, καὶ τὸν Θεὸν Ἰσαὰκ, καὶ τὸν Θεὸν Ἰακώβ. Θεὸς δὲ οὐκ ἔστι νεκρῶν, ἀλλὰ ζώντων, πάντες γὰρ αὐτῷ ζῶσιν. Ἀποκριθέντες δέ τινες τῶν Γραμματέων εἶπον· Διδάσκαλε, καλῶς εἶπας. Οὐκ ἔτι δὲ ἐτόλμων ἐπερωτᾷν αὐτὸν οὐδέν. » Σαθρὰν ὑποστήσαντες κρηπῖδα ἑαυτοῖς οἱ Σαδδουκαῖοι, διηπίστουν τοῖς περὶ ἀναστάσεως λόγοις. Σωματικὴν γὰρ διαγωγὴν ἔσεσθαι ἐν τῇ ἀναστάσει ὑπονοοῦντες, εἰκότως ἐσφάλλοντο, διὸ καὶ ὡς ἄτοπον διαβάλλοντες τὸ περὶ τῆς ἀναστάσεως δόγμα, πλάττονται τὴν ἀνόητον διήγησιν ταύτην. Ὁ οὖν Κύριος τὴν κρηπῖδα αὐτοῖς διασαλεύσας, καὶ δείξας ὅτι οὐκ ἔστι σωματικὴ διαγωγὴ, τότε εὐθὺς τῇ σαθρᾷ ταύτῃ κρηπῖδι, καὶ ὑπονοίᾳ συγκατέσπασε τὸ δόγμα αὐτῶν, εἰπών· Πλανᾶσθε, μὴ εἰδότες τὰς Γραφὰς, ἀλλὰ παρεκδεχόμενοι τὸν νοῦν αὐτῶν. Οἱ μὲν γὰρ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου, οἱ ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ γεννῶντες, καὶ γεννώμενοι γαμοῦσι, καὶ ἐκγαμίσκονται, τουτέστιν, εἰς γάμους ἐκδίδονται· οἱ δὲ τοῦ αἰῶνος ἐκείνου υἱοὶ οὐδὲν τοιοῦτον, οὐδὲ γὰρ θανεῖν ἔτι δύνανται· διὸ οὐδὲ τὰ τοῦ γάμου ἐκεῖ, ἀλλ' ἀγγελικὴ καὶ θεία διαγωγή. Ἐνταῦθα μὲν γὰρ ἐπειδὴ θάνατος, διὰ τοῦτο γάμος, καὶ ἐπειδὴ γάμος, διὰ τοῦτο θάνατος. Ἐκεῖ δὲ τοῦ θανάτου καταργηθέντος, τίς χρεία τοῦ γάμου; Ὁ γάμος γὰρ βοήθεια τοῦ θνητοῦ, καὶ πλήρωσις τοῦ λείποντος· ἔνθα δὲ οὐδὲν λείπει, τίς χρεία τοῦ πληροῦντος; Ἰσάγγελοι οὖν εἰσι, καὶ υἱοὶ τοῦ Θεοῦ. Διὰ τί; Ὅτι τῆς ἀναστάσεώς εἰσιν υἱοί. Ὁ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· Εἶπον, φησὶν, αὐτοὺς υἱοὺς Θεοῦ, διότι οὐδὲν σωματικὸν ἐν τῇ γεννήσει αὐτῶν ὁρᾶται, ἀλλὰ πάντα θεῖα· οὔτε γὰρ συνουσία προηγεῖται, οὔτε σπέρμα, οὔτε μήτρα, οὔτε κύησις ἐν τῇ ἀναστάσει, ἀλλὰ Θεός ἐστιν ὁ γεννῶν τὰ σώματα ἡμῶν λόγοις οἷς οἶδεν. Οὐκοῦν ἐπεὶ Θεός ἐστιν ὁ ἐνεργῶν ἐν τῇ ἀναστάσει, εἰκότως υἱοὶ λέγονται Θεοῦ οἱ ἐξ ἀναστάσεως ἀναγεννώμενοι. Ἐπιφέρει δὲ τοῖς λογισμοῖς καὶ μαρτυρίαν Γραφικήν. Φησὶ γὰρ ὁ Μωσῆς τὸν Θεὸν εἰπεῖν αὐτῷ ἐκ τῆς βάτου· Ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ τὰ ἑξῆς. Εἰ δὲ ἅπαξ ἠφανίσθησαν οἱ πατριάρχαι, καὶ μὴ ἔζων παρὰ Θεῷ τῇ ἐλπίδι τῆς ἀναστάσεως, οὐκ ἂν εἶπεν, ὅτι Ἐγώ εἰμι, ἀλλ' Ἐγὼ ἦμην. Τοῦτο γὰρ εἰώθαμεν λέγειν ἐπὶ τῶν διεφθαρμένων καὶ ἀφανισθέντων πραγμάτων· Ἐγὼ ἦμην δεσπότης τοῦδε τοῦ πράγματος. Νῦν δὲ εἰπὼν, ὅτι Ἐγώ εἰμι, ἔδειξεν ὅτι ζώντων ἐστὶ Δεσπότης καὶ Θεὸς, καὶ οὐχὶ διεφθορότων πάντη· κἂν γὰρ νεκροὶ ὦσιν, ἀλλὰ τῇ ἐλπίδι τοῦ ἀναστῆναι, ζῶσιν, ὥσπερ καὶ ὁ Ἀδὰμ εἰ καὶ ἔζη, θνητὸς ἦν ὅμως, καὶ ἀπ' αὐτῆς τῆς ὥρας, ἀφ' ἧς ἔφαγε, ἀπο-

A nec reliquerunt liberos, et mortui sunt. Novissima omnium mortua est et mulier. In resurrectione ergo, cujus eorum erit uxor? siquidem septem habuerunt eam uxorem. Et respondens ait illis Jesus: Filii hujus sæculi ducunt uxores, et nuptum dantur: illi vero qui digni habebuntur sæculo illo, et resurrectione ex mortuis, neque ducunt uxores, neque nuptum dantur, neque enim ultra mori possunt. Æquales enim angelis sunt, et filii sunt Dei, cum sint filii resurrectionis. Quod vero resurgant mortui, et Moses ostendit juxta rubum, cum dicit Dominum Deum Abraham, et Deum Isaac, et Deum Jacob: Deus autem non est mortuorum, sed vivorum; omnes enim illi vivunt. Respondentes autem quidam **456** Scribarum dixerunt: Magister, bene

B dixisti. Et amplius non audebant eum quidquam interrogare. » Invalidum fundamentum suæ doctrinæ fecerant Sadducæi, non credentes resurrectionem: cogitabant enim futuram corporalem vitam in resurrectione. Ideo tanquam absurdum resurrectionis dogma calumniantes, stultam hanc narrationem fingunt: unde Dominus fundamentum eorum statim concussit, et ostendit quod non sit corporalis vita tunc: quo factum, ut dogma eorum, statim obtusa opinione, et invalido fundamento concideret. Erratis enim, inquit, nescientes Scripturas, sed invertentes sensum earum. Filii enim hujus sæculi generant et generantur, uxores ducunt et nuptum dantur, hoc est, in nuptias traduntur:

C filii vero sæculi illius nihil tale faciunt, neque enim ultra mori possibile est. Proinde non illic fiunt ea quæ in nuptiis, sed angelica et divina vita est. Hic enim quia mors, ideo et nuptiæ: et quia nuptiæ, ideo et mors. Illic autem morte abolita, quis nuptiarum usus? Nuptiæ enim auxilium vitæ mortalis, et impletio ejus quod deficit: ubi autem nihil deficit, quid opus implente? Pares itaque sunt angelis, et filii Dei. Quare? Quia resurrectionis filii sunt. Quod autem dicit, talem sensum habet: Dixi, inquit, illos filios Dei, eo quod nihil corporeum in generatione eorum videatur, sed omnia divina sint. Neque enim in resurrectione præcedit vel coitus, vel semen, vel uterus, vel imprægnatio: sed Deus est qui

D generat corpora nostra modis quibus ipse scit. Et proinde quia Deus est qui operatur in resurrectione, merito filii Dei dicuntur qui ex resurrectione nascuntur. Subdit autem rationibus etiam Scripturæ testimonium. Moses enim inquit dixisse sibi Deum ex rubo: Ego sum Deus Abrahæ, etc. Quod si omnino evanuissent patriarchæ, et non vixissent apud Deum in spe resurrectionis, non utique dixisset Deus: Ego sum: sed, Ego eram. De rebus enim perditis et corruptis dicere solemus: Ego eram dominus hujus et hujus rei. Nunc autem quia dixit: Ego sum, ostendit quod sit viventium Dominus et Deus, et non omnino corruptorum, etiamsi mortui sint, sed spe resurgendi vivunt: sicut et Adam quamvis vivebat, attamen mortalis erat, nam ab ipsa hora qua comedit, mori dicebatur. Confusis autem Sad-

Digitized by Google

ducæis, approbaverunt dictum Jesu Scribæ, utpote adversarii illorum, gaudentes illos victos.

Vers. 41 47. « Dixit autem ad illos : Quomodo dicunt Christum filium esse David, et ipse David dicit in libro Psalmorum : Dixit Dominus Domino meo. Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? David ergo Dominum **457** illum vocat, et quomodo filius ejus est? Audiente vero cuncto populo dixit discipulis suis : Cavete a Scribis, qui volunt ambulare in stolis, et amant salutationes in foris, ac primas cathedras in Synagogis, et primos discubitus in convivlis : qui devorant domos viduarum, simulantes longam orationem : hi accipient majorem condemnationem. » Ad passionem propediem accessurus, suam prædicat divinitatem : idque non admodum aperte, nec jactanter, sed modeste. Interrogat enim illos, et perplexos reddit, sinitque ratiocinari quid consectaneum. David enim, inquit, Dominum vocat, et quomodo filius ejus est purus? Erat enim et filius David secundum carnem, sed et Deus ejus. Illi autem solum filium David esse opinabantur, ideo opinionem eorum evertit, qua putabant filium Davidis solum. Declarat item quod non sit adversarius Deo Patri, sed multam eum illo habeat concordiam, siquidem inimicos ejus humiliat Pater. Et hæc quidem Scribis dixit. Quia autem discipulos magistros orbis misit, merito eos admonet ne imitentur Pharisæorum arrogantiam, et ambitiosam mentem : et simpliciter ne cogitent quomodo placeant hominibus. Nam salutationibus fori studere, adulantium occurrentibus est, et opinionem probitatis venantium, vel hanc occasionem ad congregandas divitias admittentium : quin et hi viduarum domos devorant, ventri dediti, et ultra quam opus sit insumunt, et prætextus quasi pius est. Preces enim et utilitatem animarum prætexentes, non jejunium docent, sed ebrietatem et gastrimargiam : et propterea accipient ampliorem condemnationem : quia non solum faciunt malum, sed prætexunt preces, et piam honestatem ac virtutem faciunt prætextum peccati. **Propterea** sane gravius sunt puniendi, ut qui rem honestam calumniæ reddunt obnoxiam. Oportebat sane misereri viduis, illi autem et domos earum ingrediuntur quasi per longas preces benedicant : interim viduæ in præsentia illorum multos coguntur sumptus facere, quo fit ut exhauriantur illarum divitiæ.

CAPUT XXI.

De muliere cum duobus minutis. Interrogatio de ultima consummatione. De obsidione Jerusalem, et quod Christus prædixerit discipulis ejus vastitatem. De signis.

Vers. 1-4. « Respiciens autem vidit eos qui mittebant munera sua in gazophylacium divites. Vidit

A θανεῖν λέγεται. Τῶν Σαδδουκαίων δὲ οὕτως αἰσχυνθέντων, ἀπεδέξαντο τὸν Ἰησοῦν οἱ Γραμματεῖς, ὡς ἀντίτεχνον τῶν Σαδδουκαίων, ἡσθέντες ἐπὶ τῇ ἐκείνων ἥττῃ.

« Εἶπε δὲ πρὸς αὐτούς · Πῶς λέγουσι τὸν Χριστὸν υἱὸν Δαυὶδ εἶναι, καὶ αὐτὸς Δαυὶδ λέγει ἐν βίβλῳ Ψαλμῶν, Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου, Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου; Δαυὶδ οὖν Κύριον αὐτὸν καλεῖ, καὶ πῶς υἱὸς αὐτοῦ ἐστιν; Ἀκούοντος δὲ παντὸς τοῦ λαοῦ, εἶπε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ · Προσέχετε ἀπὸ τῶν Γραμματέων τῶν θελόντων περιπατεῖν ἐν στολαῖς, καὶ φιλούντων ἀσπασμοὺς ἐν ταῖς ἀγοραῖς, καὶ πρωτοκαθεδρίας ἐν ταῖς Συναγωγαῖς, καὶ πρωτοκλισίας ἐν τοῖς δείπνοις, οἱ κατεσθίουσι τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν, καὶ προφάσει μακρᾷ προσεύχονται. Οὗτοι λήψονται περισσότερον κρῖμα. » Ἐπὶ τὸ πάθος, ὅσον οὔπω, μέλλων ἔρχεσθαι τὴν ἑαυτοῦ ἀνακηρύττει θεότητα, καὶ οὐδὲ τοῦτο ἀπαρακαλύπτως καὶ ἀλαζονικῶς, ἀλλὰ καὶ σφόδρα μετριοφρόνως. Ἐρωτᾷ γὰρ αὐτοὺς, καὶ εἰς ἀπορίαν ἐναγαγὼν ἀφίησιν αὐτοὺς συλλογίσασθαι τὸ ἀκόλουθον. Δαυὶδ γάρ, φησὶ, Κύριον αὐτὸν καλεῖ, καὶ πῶς υἱὸς αὐτοῦ ἐστι ψιλός; Ἦν μὲν γὰρ υἱὸς Δαυὶδ τὸ κατὰ σάρκα, ἀλλὰ καὶ Θεὸς αὐτοῦ · ἐκεῖνοι δὲ μόνον τοῦτο υἱὸν αὐτὸν τοῦ Δαυὶδ ἐνόμιζον. Διὸ ἀνατρέπει ταύτην αὐτῶν τὴν δόξαν τὴν περὶ τοῦ ψιλὸν εἶναι υἱὸν τοῦ Δαυὶδ, ἐμφαίνει δὲ καὶ ὅτι οὐκ ἀντίθετός ἐστι τῷ Πατρὶ, ἀλλὰ πολλὴν τὴν ὁμόνοιαν ἔχει πρὸς αὐτὸν, εἴγε τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ καταγωνίζεται ὁ Πατήρ. Ταῦτα μὲν οὖν τοῖς Γραμματεῦσιν. Ἐπεὶ δὲ τοὺς μαθητὰς διδασκάλους τῆς οἰκουμένης ἀπέστειλεν, εἰκότως αὐτοῖς παραινεῖ μὴ μιμεῖσθαι τῶν Φαρισαίων τὴν φιλόδοξον καὶ φιλόπρωτον γνώμην, καὶ ἁπλῶς κοσμικὴν καὶ ἀνθρωπάρεσκον. Τὸ γὰρ τοὺς ἀσπασμοὺς ἐπιτηδεύειν ἐν ταῖς ἀγοραῖς, κολακευόντων ἐστὶ τοὺς ἐντυγχάνοντας, καὶ δόξαν καλοηθίας θηρωμένων, ἢ συναγωγῆς χρημάτων πρόφασιν τοῦτο τιθεμένων. Ἀλλὰ καὶ τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν, φησὶ, κατεσθίουσι γαστριζόμενοι, καὶ πέρα τοῦ δέοντος ἀναλίσκοντες · καὶ ἡ πρόφασις ὡς εὐλαβής. Εὐχὴν γὰρ καὶ ὠφέλειαν ψυχικὴν προφασιζόμενοι, οὐ νηστείαν διδάσκουσιν, ἀλλὰ μέθην, καὶ γαστριμαργίαν, καὶ διὰ τοῦτο λήψονται, φησὶ, περισσότερον κρῖμα, ὅτι οὐ μόνον ποιοῦσι τὸ κακὸν, ἀλλὰ καὶ προφασίζονται εὐχάς. Καὶ τὸ πρόσχημα αὐτοῖς εὐλαβὲς, καὶ τὴν ἀρετὴν πρόφασιν ποιοῦνται πονηρίας. Διὸ δὴ καὶ περισσότερον κατακριτέοι, ὡς καὶ τὸ καλὸν διαβάλλεσθαι ποιοῦντες. Δέον γὰρ τὰς χήρας ἐλεεῖν · οἱ δὲ εἰσέρχονται εἰς τὰς οἰκίας αὐτῶν, ὡς δῆθεν διὰ τῶν μακρῶν εὐχῶν εὐλογήσοντες · αἱ δὲ ἀναγκάζονται ἀναλίσκειν ἐπὶ τῇ παρουσίᾳ αὐτῶν, καὶ οὕτως ἐκδαπανῶνται.

ΚΕΦΑΛ. ΚΑ'.

Περὶ τῆς τὰ δύο λεπτὰ βαλούσης χήρας. Περὶ συντελείας ἐπερώτησις. Περὶ τῆς ἁλώσεως Ἱερουσαλὴμ, καὶ ὅτι ὁ Κύριος προεῖπε τοῖς μαθηταῖς τὴν αὐτῆς ἐρήμωσιν. Περὶ τῶν σημείων.

Ἀναβλέψας δὲ εἶδε τοὺς βάλλοντας τὰ δῶρα αὐτῶν εἰς τὸ γαζοφυλάκιον πλουσίους. Εἶδε δὲ καί τινα χή-

Digitized by Google

ραν πενιχρὰν βάλλουσαν ἐκεῖ δύο λεπτά. Καὶ εἶπεν· Ἀληθῶς λέγω ὑμῖν, ὅτι ἡ χήρα ἡ πτωχὴ αὕτη πλεῖον πάντων ἔβαλεν. Ἅπαντες γὰρ οὗτοι ἐκ τοῦ περισσεύοντος αὐτοῖς ἔβαλον εἰς τὰ δῶρα τοῦ Θεοῦ, αὕτη δὲ ἐκ τοῦ ὑστερήματος αὐτῆς ἅπαντα τὸν βίον, ὃν εἶχεν, ἔβαλεν. » Γάζαν τὸν θησαυρόν φασιν εἶναι. Ἦν οὖν ἱερὸς θησαυρὸς ἀπὸ φιλοθέων ἐρανιζόμενος, ᾧ ἐχρῶντο εἰς περιποίησιν, καὶ ἐπισκευὴν τοῦ ἱεροῦ, καὶ ἁπλῶς εἰς κόσμον τοῦ ναοῦ, καὶ πενήτων διατροφάς, κἂν ὕστερον καὶ τοῦτο ἐκαπήλευον οἱ ἱερεῖς, διανεμόμενοι τὸν θησαυρὸν, ἀλλὰ μὴ πρὸς ἃ ἐξ ἀρχῆς ἀφώρισται, τούτῳ χρώμενοι. Ἐπαινεῖ τοίνυν παρὰ πάντας τοὺς ἄλλους τὴν χήραν ὁ Κύριος, ὡς ἐκ τοῦ ὑστερήματος αὐτῆς βαλοῦσαν ὅλον τὸν βίον αὐτῆς. Οἱ γὰρ δύο ὀβολοὶ, εἰ καὶ μικροὶ δοκοῦσιν, ἀλλ' οὖν ὅλος ὁ βίος τῇ ἐκ τοῦ προσαιτεῖν διατρεφομένῃ εἰσὶ· χήρα γὰρ ἦν πενιχρά. Οὐκ εἰς τὸ διδόμενον οὖν ἀφορῶν ὁ Κύριος, ἀποδίδωσι τὰς ἀμοιβὰς, ἀλλ' εἰς τὸ λειπόμενον. Τοῖς μὲν οὖν πλουσίοις πλείω κατελείποντο ἐν τοῖς οἴκοις, ὀλίγα καὶ μικρὰ προσενεγκοῦσι. Τῇ δὲ ἅπασα ἡ οἰκία κεκένωτο, καὶ οὐδὲν ὑπελείφθη. Εἰκότως οὖν καὶ ἀξιεπαινετωτέρα ἐκείνων. Ἐνόησαν δέ τινες χήραν δύνασθαι ἐκληφθῆναι πᾶσαν ψυχὴν τὸν πρότερον ἄνδρα, τὸν παλαιὸν νόμον ἀποβαλοῦσαν, οὕτω δὲ τῆς πρὸς τὸν Θεὸν Λόγον συναφείας ἀξίαν· καὶ ταύτην προσάγειν ἀρραβῶνος λόγῳ τὴν λεπτὴν καὶ τέως σύμμετρον αὐτῇ πίστιν καὶ ἀγαθὴν συνείδησιν. Δεῖ γὰρ μετὰ τῆς πίστεως καὶ ἀγαθὴν συνείδησιν ἤτοι βίον ἀδιάστροφον φέρεσθαι, καὶ εἰ οὕτω (10) προσέρχεταί τις Θεῷ, μείζω πάντων βαλεῖν δοκεῖ τῶν ἐν λόγῳ πλουσίων, καὶ ἠθικαῖς ἑλληνικαῖς περιττῶν.

« Καί τινων λεγόντων περὶ τοῦ ἱεροῦ, ὅτι λίθοις καλοῖς καὶ ἀναθήμασι κεκόσμηται, εἶπε· Ταῦτα ἃ θεωρεῖτε, ἐλεύσονται ἡμέραι, ἐν αἷς οὐκ ἀφεθήσεται λίθος ἐπὶ λίθῳ, ὃς οὐ καταλυθήσεται. Ἐπηρώτησαν δὲ αὐτὸν, λέγοντες· Διδάσκαλε, πότε οὖν ταῦτα ἔσται; καὶ τί τὸ σημεῖον, ὅταν μέλλῃ ταῦτα γίνεσθαι; Ὁ δὲ εἶπε· Βλέπετε μὴ πλανηθῆτε. Πολλοὶ γὰρ ἐλεύσονται ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου λέγοντες, ὅτι Ἐγώ εἰμι, καὶ ὁ καιρὸς ἤγγικε· μὴ οὖν πορευθῆτε ὀπίσω αὐτῶν. Ὅταν δὲ ἀκούσητε πολέμους, καὶ ἀκαταστασίας, μὴ πτοηθῆτε. Δεῖ γὰρ ταῦτα γενέσθαι πρῶτον, ἀλλ' οὐκ εὐθέως τὸ τέλος. Τότε ἔλεγεν αὐτοῖς· Ἐγερθήσεται ἔθνος ἐπὶ ἔθνος, καὶ βασιλεία ἐπὶ βασιλείαν, σεισμοί τε μεγάλοι κατὰ τόπους, καὶ λιμοὶ, καὶ λοιμοὶ ἔσονται, φόβητρά τε, καὶ σημεῖα ἀπ' οὐρανοῦ μεγάλα ἔσται. » Εἰκότως ὁ Κύριος προφητεύει περὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ νῦν, ἅτε δὴ πρὸς τὸ σταυρωθῆναι, ὅσον οὔπω, ὢν, ἵν' ἔχοιμεν καὶ ταῦτα εἰς μεγάλην ἀπόδειξιν τοῦ ἀληθῆ Θεὸν εἶναι αὐτόν. Ὅθεν καί τινων ἐπαινούντων τὰς οἰκοδομὰς τοῦ ἱεροῦ καὶ τὰ ἀναθήματα· οἶμαι δὲ τὰ τορευτὰ ἐκεῖνα

A autem et quamdam viduam pauperculam mittentem illuc æra minuta duo, et dixit : Vere dico vobis quod **458** vidua hæc pauper plus quam omnes misit. Nam omnes hi ex eo quod ipsis exuberat, miserunt in munera Dei, hæc autem ex penuria sua universam substantiam quam habebat, misit. » Gazam thesaurum dicunt. Erat itaque sacer thesaurus quem pii contribuerant, quo utebantur ad apparationem et necessaria sacrificii, et ad ornatum templi, pauperumque alimoniam : quamvis et de hoc postea negotiationem fecerunt sacerdotes, distribuentes thesaurum non in ea ad quæ contributus fuerat. Laudat igitur Dominus viduam supra omnes, quod ex penuria sua totam suam substantiam dederat. Nam hi duo oboli etsi parvi videbantur, attamen totus B victus ex mendicimonio erat. Vidua enim erat pauper. Neque enim Dominus mercedem reddet respiciens ad id quod datur, sed ad id quod deficit Igitur plura divites in domibus relinquunt, parvaque ac pauca offerunt : hæc autem totam domum evacuavit, nihilque sibi reliquit. Merito igitur dignior est quæ laudetur, quam illi. Intellexerunt quidam omnem animam exponi posse per viduam, quæ priore viro, hoc est, veteri lege, relicto, nondum Verbo Dei copulata, nunc ista pro arrhabone afferat, fidem tenuem ac parvam, et pro sua mensura, conscientiam puram habens, ut simpliciter in vita et doctrina appareat inculpata. Opus enim est cum fide et bonam conscientiam, seu vitam rectam afferre (a) : et si sic accesserit quis ad Deum, videtur C mittere plus omnibus, qui eruditione sunt divites, et gentilium virtutibus abundant.

Vers. 5-11. « Et quibusdam dicentibus de templo quod pulchris lapidibus ac donis ornatum esset, dixit : Ex his quæ videtis, venient dies in quibus non relinquetur lapis super lapidem qui non diruatur. Interrogaverunt autem illum, dicentes : Præceptor, quando hæc erunt? et quod signum quando ista futura sunt? At ille dixit : Videte ne seducamini. Multi enim venient sub nomine meo dicentes : Ego, et tempus instat : ne igitur sequamini illos. Cæterum cum audieritis bella et seditiones, nolite terreri. Oportet enim prius hæc fieri, sed non statim finis. Tunc dicebat illis : Insurget D gens contra gentem, et regnum adversus regnum, et terræmotus magni erunt in singulis locis, et fames ac pestilentiæ, terriculamentaque et signa de cœlo magna erunt. » Merito Dominus prædicit nunc de Jerusalem subversione, quoniam prope erat ut crucifigeretur, ut sit et hoc magnum argumentum ipsum esse Deum. Unde, quibusdam laudantibus structuras templi, et quæ in illud oblata erant : opinor autem illum de sculptis et tornatis loqui, ut

Ex collatione codd. Venet. S. Marci.

(10) Codd. 26 et 32, Ἤτοι βίον ἔχειν, καὶ, ἁπλῶς εἰπεῖν, περί τε τὰ δόγματα, καὶ περὶ τὸν βίον, ἀδιάστροφον φαίνεσθαι. Καὶ εἰ οὕτω, κ. τ. λ. « Seu vitam habere, seu, ut simplicius dicam, tum in doctrina, tum in moribus rectum esse. Et si sic, » etc.

(a) In Edit. Lut. sensus implicatus. Desunt verba, *seu vitam rectam afferre*.

Digitized by Google

erant palmæ et Cherubim, et similia; hæc enim forte ἀναθήματα, hoc 459 est, dona, dicit: Dominus vero nihil horum miratur, sed et destructionem eorum prædicit. Alii autem opinati sunt eum de consummatione universali locutum, quamvis de captivitate Hierosolymorum et Romano exercitu dicat: ideo et ipse morem gerens eis relinquit sermonem de captivitate, dicturus de ea postea: nunc autem de consummatione sæculi loquitur, et præmunit eos, ne se falsis prophetis ante suum adventum venturis subdant. Erunt autem bella et seditiones: nam cum sublata fuerit omnis charitas, merito locum habebunt bella et seditiones. Post bella vero fames et pestilentiæ: et pestilentiæ quidem corrupto ab occisis aere, fames autem ex agris non cultis. Quidam pestilentiam et famem non tantum in consummatione sæculi, sed etiam in captivitatis temporibus fore intellexerunt. Etenim Josephus miras tunc calamitates fuisse dicit propter famem, et meminit etiam Lucas in Actis: Facta est fames sub Claudio Cæsare [9]. Porro et terricula menta multa fuerunt, captivitatem, ut idem narrat, ipsius Jerusalem declarantia. Omnino tamen hæc sequentia, de seditionibus, bellis, et fame ac cæteris loquor, possunt tam de captivitate Jerusalem, quam de consummatione sæculi intelligi.

Vers. 12-19. « Sed ante hæc omnia injicient vobis manus suas, et persequentur, tradentes in conciliabula et carceres, trahentes ad reges et præsides propter nomen meum. Contingent autem vobis in testimonium. Habete igitur fixum in cordibus vestris, non esse præmeditandam defensionem. Nam ipse dabo vobis os et sapientiam cui non poterunt contradicere neque resistere omnes qui adversabuntur vobis. Trademini autem etiam a patribus et fratribus, et cognatis et amicis, et morte afficient quosdam ex vobis. Et eritis invisi omnibus propter nomen meum. Et pilus de capite vestro non peribit. Per patientiam vestram possidete animas vestras. » Ante hæc omnia, hoc est, ea quæ fient ante consummationem, vel etiam captivitatem. Nam, ut dixi, conjungit sermonibus de consummatione, sermones de captivitate. Injicient enim, inquit, in vos meos discipulos, manus. Et ante captam Jerusalem persecutione pulsi sunt apostoli ex Hierosolymis: Deo hoc ita dispensante, ut milites solum concuterent, et graviter affligerent Judæos qui Christum ad crucem adegerant; apostoli interim totum mundum prædicatione implerent. Ducti sunt igitur apostoli ad reges et præsides, sicut Paulus ad Festum, ad Agrippam [10], ad Cæsarem, et factum est eis hoc in gloriam testimonii. Quia autem idiotæ et imperiti erant, ne turbarentur reddituri rationem apud viros sapientes: Nihil, inquit, de hac re vobis curæ sit; accipietis enim tunc a me eloquentiam 460 et

[9] Act. xi, 28. [10] Act. xxv, 26.

καὶ γλυπτὰ λέγειν, οἷον φοίνικας καὶ Χερουβίμ, ταῦτα γὰρ ἴσως τὰ ἀναθήματά φησιν· Ὁ Κύριος οὐδενὸς τούτων ἐπιστρέφεται, ἀλλὰ τὴν κατάλυσιν αὐτῶν προλέγει. Οἱ δὲ ὠήθησαν αὐτὸν περὶ τῆς καθολικῆς συντελείας λέγειν, καίτοι περὶ τῆς ὑπὸ Ῥωμαίων ἁλώσεως τῶν Ἱεροσολύμων λέγοντα. Διὸ καὶ αὐτὸς συγκαταβαίνων αὐτοῖς, ἀφίησι μὲν τέως τοὺς περὶ τῆς ἁλώσεως λόγους, μέλλει γὰρ αὐτοὺς παραπλέξαι ταῖς μετὰ ταῦτα, νῦν δὲ περὶ τῆς συντελείας διαλαμβάνει, καὶ προασφαλίζεται αὐτούς, ὥστε τοῖς πρὸ τῆς αὐτοῦ παρουσίας μέλλουσιν ἐλθεῖν ψευδοπροφήταις μὴ ὑπαχθῆναι. Ἔσονται δὲ πόλεμοι καὶ ἀκαταστασίαι· πάσης γὰρ ἀγάπης ἀναιρεθείσης, εἰκότως οἱ πόλεμοι καὶ αἱ ἀκαταστασίαι χώραν ἕξουσιν, ἀπὸ δὲ τῶν πολέμων λιμοὶ καὶ λοιμοί· οἱ μὲν ὡς τοῦ ἀέρος ἐκ τῶν θνησιμαίων διαφθειρομένου, οἱ δὲ ὡς μὴ τῶν χωρῶν γεωργουμένων. Τινὲς δὲ τοὺς λιμοὺς, καὶ λοιμοὺς, καὶ τὰς ἄλλας θλίψεις οὐκ ἐν τῇ συντελείᾳ μόνον ἔσεσθαι, ἀλλὰ καὶ τοῖς τῆς ἁλώσεως καιροῖς ἐξεδέξαντο. Καὶ γὰρ Ἰώσηπος ἀφορήτους συμφορὰς διὰ τὸν λιμὸν λέγει γεγενῆσθαι. Ἀλλὰ καὶ καθώς φησι Λουκᾶς ἐν ταῖς Πράξεσιν, ἐγένετο λιμὸς ἐπὶ Κλαυδίου Καίσαρος. Ἀλλὰ μὴν καὶ φόβητρα πολλὰ γεγόνασι τὴν ἅλωσιν τῆς Ἱερουσαλὴμ δηλοῦντα, ὡς ὁ αὐτὸς Ἰώσηπος ἱστορεῖ. Ὅλως τε ταῦτα κοινὰ δύνανται νοεῖσθαι τοῦ τε καιροῦ τῆς συντελείας καὶ τῆς ἁλώσεως, τὰ περὶ τῶν ἀκαταστασιῶν φημι καὶ τῶν πολέμων καὶ τῶν λοιπῶν.

« Πρὸ δὲ τούτων πάντων ἐπιβαλοῦσιν ἐφ' ὑμᾶς τὰς χεῖρας αὐτῶν καὶ διώξουσιν, παραδιδόντες εἰς συναγωγὰς, καὶ φυλακὰς, ἀγομένους ἐπὶ βασιλεῖς, καὶ ἡγεμόνας ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός μου, ἀποβήσεται δὲ ὑμῖν εἰς μαρτύριον. Θέσθε οὖν εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν μὴ προμελετᾷν ἀπολογηθῆναι. Ἐγὼ γὰρ δώσω ὑμῖν στόμα, καὶ σοφίαν, ᾗ οὐ δυνήσονται ἀντειπεῖν, οὐδὲ ἀντιστῆναι πάντες οἱ ἀντικείμενοι ὑμῖν. Παραδοθήσεσθε δὲ καὶ ὑπὸ γονέων, καὶ συγγενῶν, καὶ φίλων, καὶ ἀδελφῶν, καὶ θανατώσουσιν ἐξ ὑμῶν, καὶ ἔσεσθε μισούμενοι ὑπὸ πάντων διὰ τὸ ὄνομά μου. Καὶ θρὶξ ἐκ τῆς κεφαλῆς ὑμῶν οὐ μὴ ἀπόληται. Ἐν τῇ ὑπομονῇ ὑμῶν κτήσασθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν. » Πρὸ τούτων πάντων, τῶν τῆς συντελείας, ἢ καὶ τῶν τῆς ἁλώσεως· ὡς εἶπον γὰρ, παραπλέκει τοῖς περὶ τῆς συντελείας λόγοις τοὺς περὶ τῆς ἁλώσεως. Ἐπιβαλοῦσιν ἐφ' ὑμᾶς, φησὶ, τοὺς ἐμοὺς μαθητὰς, τὰς χεῖρας. Καὶ πρὸ τῆς ἁλώσεως γὰρ ἐδιώχθησαν οἱ ἀπόστολοι ἐκ τῶν Ἱεροσολύμων, τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦτο οἰκονομοῦντος, ἵνα μόνοις τοῖς σταυρωταῖς ἐπικατασεισθῇ τὰ δεινὰ, αὐτοὶ δὲ τὸν κόσμον ὅλον, οἱ ἀπόστολοι λέγω, πληρώσωσι τοῦ κηρύγματος. Ἤχθησαν οὖν ἐπὶ βασιλεῖς οἱ ἀπόστολοι, καὶ ἐπὶ ἡγεμόνας, ὡς Παῦλος πρὸς τὸν Φῆστον, πρὸς τὸν Ἀγρίππαν, πρὸς αὐτὸν τὸν Καίσαρα. Γέγονε δὲ αὐτοῖς τοῦτο εἰς μαρτυρίου δόξαν. Ἐπεὶ δὲ ἰδιῶται ἦσαν καὶ ἀμαθεῖς, ἵνα μὴ ταραχθῶσιν ὡς μέλλοντες λόγους ἀπαιτεῖσθαι παρὰ σοφῶν ἀνδρῶν, Μηδὲν ὑμῖν, φησὶ, περὶ τούτου μελέτω· λήψεσθε γὰρ παρ' ἐμοῦ ἐν ταὐτῷ καὶ σοφίαν, καὶ εὐστομίαν, ὥστε

Digitized by Google

μηδὲ πάντας ὁμοῦ εἰς ἓν συνηγμένους τοὺς ἀντικειμένους δύνασθαι ἀντιστῆναι ὑμῖν, οὔτε κατὰ τὴν σοφίαν, τουτέστι, κατὰ τὴν τῶν νοημάτων δύναμιν, οὔτε κατὰ τὴν εὐστομίαν, καὶ τὸ τῆς γλώττης ἀπρόσκοπον. Πολλάκις γάρ τις σοφίαν μὲν ἔχει ἐν λογισμοῖς, καὶ νοήμασιν, εὐτάρακτος δὲ ὢν πρὸς θορύβους, συγχέει τὸ πᾶν ἐν καιρῷ δημηγορίας. Ἀλλ' οὗτοί γε, οἱ ἀπόστολοι λέγω, κατ' ἀμφότερα ἐχαριτώθησαν, ὅθεν καὶ ἐξεπλήττοντο τοὺς μὲν περὶ Πέτρον καὶ Ἰωάννην οἱ ἱερεῖς ἐπὶ τῇ ἀθρόᾳ σοφίᾳ, καταλαμβανόμενοι αὐτούς, ὅτι πρότερον ἰδιῶται ἦσαν· τὸν δὲ Παῦλον ὁ Φῆστος λέγων· Μαίνῃ, Παῦλε, τὰ πολλά σε γράμματα εἰς μανίαν περιτρέπει. Ταῦτα εἰπὼν, καὶ τὸν ἐπὶ τῇ ἀμαθείᾳ φόβον αὐτῶν ὑπεκλύσας, ἐπιφέρει καὶ ἕτερον ἀναγκαῖον, καὶ ἱκανὸν κατασεῖσαι ψυχάς, τὸ, Παραδοθήσεσθε ὑπὸ φίλων καὶ συγγενῶν. Προλέγει γοῦν καὶ περὶ τούτου, ἵνα μὴ ἀθρόον ἐπελθὸν, διαταράξῃ αὐτούς. Δεινὸν γὰρ τοῦτο ψυχῆς καθικέσθαι, ὡς καὶ Δαυὶδ φησιν, ὅτι « Εἰ ὁ ἐχθρὸς ὠνείδισέ με, ὑπήνεγκα ἄν· σὺ δὲ ἄνθρωπε ἰσόψυχε. » Καὶ πάλιν· « Ὁ ἐσθίων ἄρτους μου ἐμεγάλυνεν ἐπ' ἐμὲ πτερνισμόν. » Ταῦτα εἰπὼν, καὶ ὅτι μισηθήσονται, καὶ ὅτι θανατωθήσονταί τινες ἐξ αὐτῶν, ἐπιφέρει τὴν μεγίστην παραμυθίαν, ὅτι Θρὶξ ἐκ τῆς κεφαλῆς ὑμῶν οὐ μὴ ἀπόληται. Σωθήσεσθε γὰρ, φησὶ, καὶ οὐδὲ τὸ ἐλάχιστον ὑμῶν διαφθαρήσεται, εἰ καὶ δόξει τοῖς πολλοῖς διαφθαρῆναι· μόνον ὑπομένειν δεῖ· καὶ γὰρ ἐν τῇ ὑπομονῇ κτᾶσθαι δυνήσεσθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν. Πρόσεισι μὲν γὰρ ὁ ἐχθρὸς, οἷά τις αἰχμαλωτιστὴς, τὰς ψυχὰς ὑμῶν διὰ τῆς ἐπαγωγῆς τῶν δεινῶν ἁφαρπάζειν πειρώμενος, ἀλλ' ὑμεῖς δότε ἀντὶ ἀργυρίου τὴν ὑπομονὴν, καὶ κτήσασθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν τούτῳ τῷ ἀνταλλάγματι, καὶ οὐ ζημιωθήσεσθε ταύτας. Πρόσχες δὲ τὸ Θανατώσουσιν ἐξ ὑμῶν· νοήσεις γὰρ βαθύτερόν τι, ὅτι Οὐχ ὁλοκλήρους ὑμᾶς θανατώσουσιν, ἀλλὰ διπλῶν ὄντων ὑμῶν, ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος, οὐ τὰ δύο θανατώσουσιν, ἀλλ' ἐξ ὑμῶν τὸ ἓν θανατώσουσι, τὸ σῶμά φημι, τὰς δὲ ψυχὰς ὑμῶν κτήσασθε διὰ τῆς ὑπομονῆς· ὃ καὶ ἀλλαχοῦ φησι· Μὴ φοβεῖσθε ἀπὸ τῶν ἀποκτενόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι.

« Ὅταν δὲ ἴδητε κυκλουμένην τὴν Ἱερουσαλὴμ ὑπὸ τῶν στρατοπέδων, τότε γνῶτε, ὅτι ἤγγικεν ἡ ἐρήμωσις αὐτῆς. Τότε οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ φευγέτωσαν εἰς τὰ ὄρη, καὶ οἱ ἐν μέσῳ αὐτῆς, ἐκχωρείτωσαν. Καὶ οἱ ἐν ταῖς χώραις, μὴ εἰσερχέσθωσαν εἰς αὐτὴν, ὅτι ἡμέραι ἐκδικήσεως αὗταί εἰσι, τοῦ πληρωθῆναι πάντα τὰ γεγραμμένα. Οὐαὶ ταῖς ἐν γαστρὶ ἐχούσαις, καὶ ταῖς θηλαζούσαις ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις, ἔσται γὰρ ἀνάγκη μεγάλη ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ὀργὴ ἐν τῷ λαῷ τούτῳ, καὶ πεσοῦνται στόματι μαχαίρας, καὶ αἰχμαλωτισθήσονται εἰς πάντα τὰ ἔθνη, καὶ Ἱερουσαλὴμ ἔσται πατουμένη ὑπὸ ἐθνῶν, ἄχρι πληρωθῶσι καιροὶ ἐθνῶν. Καὶ ἔσται σημεῖα ἐν ἡλίῳ, καὶ σελήνῃ, καὶ ἄστροις, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς συνοχὴ ἐθνῶν, ἐν ἀπορίᾳ ἠχούσης θαλάσσης, καὶ σάλου, ἀποψυχόντων

A sapientiam, ita ut etiam si omnes adversarii vestri in unum simul congregentur, non poterunt vobis resistere, neque per sapientiam, hoc est, sensuum vim, neque per eloquentiam, et linguæ certitudinem. Sæpe enim quis habet sapientiam in rationibus et sensibus, in tumultibus tamen cum facile turbetur, confundit omnia cum dicendum est ad populum. Hi autem, apostoli dico, in utroque gratiam consecuti sunt. Unde obstupuerunt sacerdotes de Petro et Joanne ob immensam sapientiam, dum comprehenderent eos, qua prius carebant. Paulo vero dicit Festus : Insanis, Paule, multæ te litteræ ad insaniam redigunt. Et cum excussisset timorem illorum quem ex imperitia habebant, subdit et aliud necessarium et validum ad concutiendas animas : Trademini ab
B amicis et cognatis. Prædicit igitur et de hoc, ut ne cum hoc subito contingat, turbentur. Graviter enim hoc animam cruciat, sicut et David dicit : « Quod si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique ; tu autem homo unanimis [11], » etc. Et iterum : « Qui comedit panes meos mecum, magnificavit super me supplantationem [12]. » Cum dixisset quod odio habendi et quod occidendi essent quidam ex eis, subdit maximam consolationem : Capillus de capite vestro non peribit. Salvabimini enim, inquit, et neque minimum quiddam in vobis corrumpetur, etiamsi videatur multis corrumpi. Tantum ferre oportet : per patientiam enim possidebitis animas vestras. Nam inimicus quidem invadit ceu hostis, in captivitatem ducturus animas vestras, et tentat per afflictio-
C nes rapere : sed vos date pro pecunia patientiam, et possidebitis animas vestras hac compensatione, et nihil vobis damni erit in illis. Attende autem quod dicit, Morte afficient ex vobis : intelliges enim profundius quiddam, quia Non integros vos occident : sed cum ex duobus sitis, anima et corpore, non utrumque morte afficient, sed unum ex vobis occident, corpus dico, animas autem vestras possidebitis per patientiam : quod et alibi dicit : Ne timeatis ab his qui occidunt corpus, animam autem occidere non poterunt.

Vers. 20-27. « Cum autem videritis circumdari ab exercitibus Jerusalem, tunc scitote quod immi-
D neat desolatio ejus. Tunc qui in Judæa sunt, fugiant ad montes : et qui in medio ejus, discedant : et qui in regionibus, non intrent in eam, quia dies ultionis hi sunt, ut impleantur omnia quæ scripta sunt. Væ autem prægnantibus, et mamma nutrientibus in illis diebus. Erit enim afflictio magna super terram et ira in populo hoc, et cadent in ore gladii, et captivi ducentur in omnes gentes, et Jerusalem calcabitur a gentibus, donec impleantur tempora gentium. **461** Et erunt signa in sole, et luna, et stellis, et in terris anxietas gentium per desperationem, resonante mari et fluctu, extabescentibus hominibus præ timore, et exspectatione eorum quæ

[11] Psal. LIV, 13, 14. [12] Psal. XL, 10.

Digitized by Google

superveniens orbi terrarum. Nam virtutes cœlorum movebuntur, et tunc videbunt Filium hominis venientem in nube cum potestate et gloria magna. » Manifestissime nunc de captivitate Jerusalem tradit. Unde sic opinor intelligendum illud : Ante hæc omnia autem, hoc est, ante fames et pestilentias, et alia gravia quæ sunt eventura in tempore consummationis, persecutionem quidem patiemini vos apostoli, et cætera : deinde et Hierosolymis mala imminebunt. Nam quoniam illi putabant quod in tempore consummationis destruenda essent ædificia templi : Non, inquit. Tempus enim consummationis falsos prophetas habebit, et fames et pestilentias ex continuis bellis quæ contingent ob charitatis penuriam. Vos autem ante tempus consummationis persecutionem patiemini, et Jerusalem capietur, et lapides illi diruentur. Quando enim videbitis civitatem a Romanis exercitibus cingi, tunc desolationem ejus scitote. Tragice igitur profert mala quæ tunc civitati imminebunt. Nam qui in Judæa, inquit, fugiant in montes : et qui in regionibus, ne sperent quod civitas murata custodiat eos : sed secedant etiam ipsi qui in media civitate. Dies enim ultionis sunt, ut impleantur quæ in Daniele potissimum sunt scripta. Væ prægnantibus, quandoquidem fugere non poterunt propter sarcinam ventris : et lactantibus, propter amorem erga pueros, quos neque relinquere possunt absque cura, neque secum auferre. Quidam in hoc a Domino insinuatum putant esum pueri, de quo tradit Josephus, et prædicit Hieremias. Et Jerusalem, inquit, conculcata erit a gentibus. Hucusque de captivitate. Deinde iterum tradit ea quæ de consummatione. Erunt enim signa in sole, et luna, et stellis. Cum enim creatura alteratur, merito elementa novum morem habent. Et angustia gentium, hoc est, afflictio, omnium inopia commista. Mare autem maximis sonis resonabit, et erit commotio ac turbatio, ita ut homines extabescant a solo timore et expectatione eorum quæ venient super orbem. Vides hic manifeste de consummatione loquentem. Supra enim dicebat Jerusalem ab exercitibus gentium cingendam et conculcandam, hic autem toti orbi superventura dicit mala, et ita nunc de consummatione sæculi loquitur. Nam virtutes cœlorum movebuntur. Et quid dico, inquit, quod homines turbabuntur, cum creatura omnis alteretur? Nam et ipsi angeli et primæ virtutes turbabuntur, **482** terrebunturque in terribilibus immutationibus universi. Et tunc videbunt Filium hominis. Qui? Omnes, credentes et non credentes. Venientem autem in nubibus, ut Deum scilicet cum virtute et gloria magna. Quippe super solem tunc fulgebit et ipse, et crux ejus, et ab omnibus agnoscetur.

A ἀνθρώπων ἀπὸ φόβου καὶ προσδοκίας τῶν ἐπερχομένων τῇ οἰκουμένῃ. Αἱ γὰρ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν σαλευθήσονται, καὶ τότε ὄψονται τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐν νεφέλαις μετὰ δυνάμεως καὶ δόξης πολλῆς. » Σαφέστατα νῦν περὶ τῆς ἁλώσεως τῆς Ἱερουσαλὴμ διαλαμβάνει. Ὅθεν οἶμαι, οὕτω δεῖ νοηθῆναι τὰ, Πρὸ δὲ τούτων πάντων, τουτέστι, πρὸ δὲ τῶν λιμῶν, καὶ τῶν λοιμῶν, καὶ τῶν ἄλλων δεινῶν, ἃ μέλλουσι συμβαίνειν ἐν τῷ καιρῷ τῆς συντελείας, διωχθήσεσθε μὲν ὑμεῖς οἱ ἀπόστολοι, καὶ τὰ ἑξῆς. Εἶτα καὶ τῇ Ἱερουσαλὴμ τὰ κακὰ ἐπιστήσονται. Ἐπειδὴ γὰρ ἐκεῖνοι ἐνόμιζον, ὅτι ἐν τῷ καιρῷ τῆς συντελείας καταλυθήσονται αἱ οἰκοδομαὶ τοῦ ἱεροῦ, Οὐχί, φησίν. Ὁ μὲν γὰρ τῆς συντελείας καιρὸς ψευδοπροφήτας ἕξει, καὶ λιμοὺς, καὶ B λοιμοὺς ἐκ τῶν συνεχῶν πολέμων τῶν διὰ τὸ ἀποφυγῆναι τὴν ἀγάπην μελλόντων ἐπεισφθαρῆναι. Ὑμεῖς δὲ περὶ τοῦ τῆς συντελείας καιροῦ ἐκδιωχθήσεσθε, καὶ Ἱερουσαλὴμ ἁλώσεται, καὶ οἱ λίθοι οὗτοι καταλυθήσονται. Ὅταν γὰρ ἴδητε τὴν πόλιν ὑπὸ τῶν Ῥωμαϊκῶν στρατευμάτων κυκλουμένην, τότε τὴν ἐρήμωσιν αὐτῆς γνῶτε. Ἐκτραγῳδεῖ οὖν τὰ δεινὰ, ἃ τότε τὴν πόλιν περιστήσεται. Οἱ μὲν γὰρ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, φευγέτωσαν, φησὶν, εἰς τὰ ὄρη. Καὶ οἱ ἐν ταῖς χώραις, μὴ προσδοκάτωσαν, ὅτι ἡ πᾶλις τειχήρης οὖσα, φυλάξει αὐτοὺς, ἀλλ' ἀναχωρήτωσαν καὶ οἱ ἐν μέσῳ τῆς πόλεως. Ἡμέραι γὰρ ἐκδικήσεώς εἰσιν, ὡς ἂν πληρωθῶσιν ἃ ἐγράφησαν ἐν τῷ Δανιὴλ μάλιστα. Οὐαὶ ταῖς ἐν γαστρὶ ἐχούσαις· οὐ δυνήσονται γὰρ C φεύγειν διὰ τὸ βάρος τῆς γαστρός· καὶ ταῖς θηλαζούσαις, διὰ τὴν πρὸς τὰ βρέφη στοργὴν, μήτε δυναμένας ἀφιέναι ἀτημέλητα, μήτε μεθ' ἑαυτῶν ἐπάγεσθαι. Τινὲς δὲ ἐν τούτοις αἰνίττεσθαι τὸν Κύριον τὴν τεκνοφαγίαν φασὶν, ἣν ὁ Ἰώσηπος ἱστορεῖ, καὶ Ἱερεμίας προφητεύει. Καὶ Ἱερουσαλὴμ, φησὶν, ἔσται πατουμένη ὑπὸ ἐθνῶν. Μέχρι τούτου τὰ περὶ τῆς ἁλώσεως. Εἶτα πάλιν τὰ περὶ τῆς συντελείας. Ἔσται γὰρ, φησὶ, σημεῖα ἐν ἡλίῳ, καὶ σελήνῃ, καὶ ἄστροις. Καὶ γὰρ τῆς κτίσεως ἀλλοιουμένης, εἰκότως τὰ στοιχεῖα καινοτομοῦνται. Καὶ συνοχὴ ἐθνῶν, τουτέστι, θλῖψις, πάντων ἀπορίᾳ συμμιγής· ἥ τε θάλασσα ἤχους φρικώδεις μυκήσεται, καὶ σάλος ἔσται καὶ ταραχὴ, ὥστε τοὺς ἀνθρώπους ἀποψύχειν ἐκ μόνου τοῦ φόβου, καὶ τῆς D προσδοκίας τῶν ἐπερχομένων τῇ οἰκουμένῃ. Ὁρᾷς φανερῶς ἐνταῦθα περὶ τῆς συντελείας λέγοντα. Ἄνω μὲν γὰρ ἔλεγε τὴν Ἱερουσαλὴμ κυκλοῦσθαι, καὶ πατεῖσθαι ὑπὸ τῶν στρατοπέδων τῶν ἐθνῶν, ἐνταῦθα δὲ τῇ οἰκουμένῃ τὰ κακὰ ἐπέρχεσθαι, ὥστε περὶ τῆς καθόλου συντελείας ὁ λόγος νῦν ἐστιν αὐτῷ. Αἱ γὰρ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν σαλευθήσονται. Καὶ τί λέγω, φησὶν, ὅτι οἱ ἄνθρωποι ταραχθήσονται, τῆς κτίσεως πάσης ἀλλοιουμένης; Καὶ αὐτοὶ γὰρ οἱ ἄγγελοι, καὶ αἱ πρώτιστοι δυνάμεις ταραχθήσονται, καὶ ἐκπλαγήσονται ἐπὶ ταῖς οὕτω φρικώδεσι τοῦ παντὸς μεταβολαῖς. Καὶ τότε ὄψονται τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου. Τίνες; Πάντες οἵ τε πιστεύοντες, καὶ οἱ μὴ πιστεύοντες. Ἐρχόμενον δὲ ἐν νεφέλαις, ὡς θεὸν δηλαδὴ μετὰ δυνάμεως καὶ δόξης πολλῆς· καὶ γὰρ ὑπὲρ τὸν ἥλιον ἀστράψει τότε αὐτός τε καὶ ὁ σταυρὸς αὐτοῦ, καὶ παρὰ πάντων ἐπιγνωσθήσεται.

Vers. 28-33. « His autem fieri incipientibus, « Ἀρχομένων δὲ τούτων γίνεσθαι, ἀνακύψατε,

Digitized by Google

καὶ ἐπάρατε τὰς κεφαλὰς ὑμῶν, διότι ἐγγίζει ἡ ἀπολύτρωσις ὑμῶν. Καὶ εἶπε παραβολὴν αὐτοῖς· Ἴδετε τὴν συκῆν καὶ πάντα τὰ δένδρα ὅταν προβάλλωσιν ἤδη, βλέποντες ἀφ' ἑαυτῶν γινώσκετε, ὅτι ἤδη ἐγγὺς τὸ τέλος ἔσται. Οὕτω καὶ ὑμεῖς, ὅταν ἴδητε ταῦτα γινόμενα, γινώσκετε ὅτι ἐγγύς ἐστιν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι οὐ μὴ παρέλθῃ ἡ γενεὰ αὕτη, ἕως ἂν πάντα γένηται. Ὁ οὐρανὸς, καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται, οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσιν. » Ὥσπερ ἡ προτέρα παρουσία τοῦ Κυρίου ἐπὶ ἀναστοιχειώσει τῶν ψυχῶν ἡμῶν καὶ παλιγγενεσίᾳ ἦν, οὕτω καὶ ἡ δευτέρα ἐπὶ παλιγγενεσίᾳ τῶν σωμάτων ἡμῶν ἔσται. Ἐπειδὴ γὰρ αἱ ψυχαὶ ἔθανον πρότερον παρακούσασαι, τὰ δὲ σώματα μετὰ ἐννεακόσια ἔτη τῆς παρακοῆς τὸν θάνατον ἐνεργείᾳ ὑπέστησαν, ἀκολούθως καὶ ἀναγεννῶνται, καὶ βελτιοῦνται, διὰ μὲν τῆς προτέρας παρουσίας αἱ ψυχαὶ, διὰ δὲ τῆς δευτέρας τὰ σώματα. Διὸ καί φησιν ὁ Κύριος, ὅτι Ὅταν ταῦτα γίνωνται, ἀνακύψατε οἱ βεβαρυμένοι τῇ φθορᾷ, καὶ οἷον ἐλευθεριάσατε. Ἡ γὰρ ἀπολύτρωσις ὑμῶν πάρεστι, τουτέστιν, ἡ τελεία τοῦ συναμφοτέρου ἐλευθερία, ψυχῆς λέγω καὶ σώματος. Ἡ γὰρ, ἀπό, πρόθεσις τοῦτο δοκεῖ αἰνίττεσθαι τὴν παντελῆ τῆς φθορᾶς ἀπαλλαγὴν, ἣν καὶ τὸ σῶμα τότε δέξεται χάριτι τοῦ Κυρίου τοῦ ἔσχατον ἐχθρὸν καταργοῦντος τὸν θάνατον. Κατήργησε μὲν γὰρ τὰς ἀρχὰς, καὶ τὰς ἐξουσίας, καὶ τὰς ψυχὰς ἐλυτρώσατο. Λοιπὸς δὲ ἦν ὁ θάνατος ὁ τὰ σώματα ἡμῶν ἐπινεμόμενος, ὃς καὶ αὐτὸς καταργούμενος, αἴτιος ἡμῖν ἐλευθερίας καὶ ἀπολυτρώσεως ἔσται. Καὶ ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ εὐθὺς παρέσται τούτων γινομένων. Ὥσπερ καὶ ἡ συκῆ προβάλλουσα τὰ φύλλα, θέρος δηλοῖ ἐγγίζον, οὕτω καὶ ταῦτα γινόμενα τὰ τέρατα καὶ ἡ μεταποίησις τοῦ παντὸς δηλοῦσιν, ὅτι θέρος ἥξει, τουτέστιν, ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, μετὰ χειμῶνα καὶ ζάλην ὡς θέρος ἐρχομένη τοῖς δικαίοις, ὡς τοῖς γε ἁμαρτωλοῖς χειμὼν ἔσται τότε καὶ ζάλη· οὗτοι γὰρ θέρος τὸν παρόντα αἰῶνα ἔχουσι, ζάλην δὲ τὸν μέλλοντα. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι οὐ μὴ παρέλθῃ ἡ γενεὰ αὕτη, ἕως ἂν ταῦτα πάντα γένηται. Γενεὰν, φησὶν, οὐ τοὺς τότε παρόντας, ἀλλὰ τὴν τῶν πιστῶν πᾶσαν γενεάν. Οἶδε γὰρ καὶ γε ἐὰν ἀπὸ τῆς ὁμοτροπίας ὀνομάζειν ἡ Γραφὴ, ὡς τ , «Αὕτη ἡ γενεὰ ζητούντων τὸν Κύριον.» Ἐπειδὴ γὰρ ταραχὰς καὶ πολέμους, καὶ ἀλλοιώσεις εἶπε γενέσθαι καὶ στοιχείων καὶ πραγμάτων, ἵνα μήτις ὑπολάβῃ, ὅτι μήποτε καὶ ὁ Χριστιανισμὸς καταλυθήσεται, Οὐχὶ, φησὶν, οὐ μὴ παρέλθῃ ἡ γενεὰ αὕτη τῶν Χριστιανῶν. Οὐρανὸς μὲν γὰρ καὶ γῆ ἀλλοιωθήσονται, οἱ δὲ λόγοι μου, καὶ τὸ Εὐαγγέλιόν μου οὐ καταλυθήσονται, ἀλλὰ μενοῦσι, κἂν τὰ πάντα σαλεύωνται, καὶ ἡ εἰς ἐμὲ πίστις οὐκ ἐκλείψει. Ἐμφαίνει δὲ ἐντεῦθεν, ὅτι τὴν Ἐκκλησίαν προτιμοτέραν ἔχει πάσης τῆς κτίσεως, εἴγε ἡ μὲν κτίσις ἀλλοιοῦται, τῆς δὲ τῶν πιστῶν Ἐκκλησίας, καὶ τῶν λόγων αὐτοῦ καὶ τοῦ Εὐαγγελίου οὐδὲν περιέσται.

suscipite et attollite capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra. Et dixit illis similitudinem : Videte ficum et omnes arbores cum protrudunt jam germina, cernentes ex vobisipsis scitis quod jam instet æstas. Ita et vos cum videritis hæc fieri, scitote quod instet regnum Dei. Amen dico vobis, non præteribit generatio hæc antequam omnia facta fuerint. Cœlum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt. » Sicut prior advenius Domini in restitutionem et regenerationem animarum nostrarum fuit, ita et secundus erit in regenerationem corporum. Quoniam enim animæ prius mortuæ fuerant propter inobedientiam, corpora autem post nongentos annos inobedientiæ mortis vim experta sunt : ideo congruenter regenerantur, et melius habent, per priorem quidem adventum animæ, per secundum vero, corpora. Idcirco et Dominus dicit : Quando hæc fiunt, suspicite qui gravati estis corruptione, quasi libertate donandi. Nam ἀπολύτρωσις, hoc est, redemptio vestra adest, hoc est consummata utriusque libertas, animæ inquam et corporis. Præpositio enim ἀπό insinuare videtur perfectam a corruptione libertatem, quam et corpus tunc accipiet gratia Domini extremum inimicum abolentis mortem. Abolevit etenim principatus et potestates, et animas redemit : reliqua autem erat mors, corpora nostra depascens : quæ et ipsa cum abolebitur, erit nobis libertatis et redemptionis causa. Et regnum Dei statim aderit, cum hæc fient. Etenim quemadmodum ficus quæ præmittit folia, propinquam æstatem nuntiat : ita et cum hæc fiunt prodigia, et transformatio universi, signant quod ventura sit æstas, hoc est, regnum Dei post hyemem et tempestatem, quasi æstatem, adventurum justis : tametsi tunc peccatoribus futura sit hyems et tempestas, nam illi præsens sæculum pro æstate habent, futurum autem pro tempestate. Amen dico vobis, quod non præteribit generatio hæc, donec hæc omnia fiant. Generationem vocat non eos qui tunc aderant, sed omnium fidelium generationem. Solet enim Scriptura generationem hoc nominare modo, ut : « Hæc est generatio quærentium Dominum [18]. » Quia autem turbationes et bella et alterationes dixit futuras tam elementorum quam rerum : ut ne quis suspicetur quod forte aliquando destruendus sit Christianismus, **463** Non, inquit, non præterebit hæc Christianorum generatio. Cœlum quidem et terra immutabuntur; sermones autem mei et Evangelium meum non peribunt, sed manebunt. Tametsi commoveantur omnia, fides tamen in me non deficiet. Apparet autem hoc loco quod Ecclesiam omni creaturæ præferat : etsi creatura enim mutetur (*a*), nihil Ecclesiæ fidelium ac verborum ejus et Evangelii immutabitur.

[18] Psal. XXIII, 6.

(*a*) In ed. Lut. hæc non habentur, *etsi creatura mutetur*.

Digitized by Google

VERS. 34-36. « Attendite autem vobis, nequando A graventur corda vestra crapula et ebrietate, et curis hujus vitæ, subitusque vobis ingruat dies ille : tanquam laqueus enim superveniet in omnes sedentes super faciem totius terræ. Vigilate itaque omni tempore, deprecantes ut liceat vobis effugere ista omnia quæ futura sunt, et stare ante Filium hominis. » Audivistis, inquit, terriculamenta et turbationes, et grandia sunt hæc omnia ac symbola malorum quæ peccatores sunt deprehensura : sed quia gravia hæc, ideo magnum remedium eorum est attentio et oratio. Semper enim paratum esse et exspectare finem, maxime omnium conferre poterit. Hoc autem vobis continget, si sobrii fueritis, et non gravata fuerint corda vestra crapula et ebrietate, et sollicitudine sæculari. Non enim cum observatione aderit B dies ille, sed inopinatus et repentinus aderit, clam sicut laqueus apprehendens eos qui non attendunt. Fortassis autem quis curiosius scrutabitur dictionem hanc : « Sedentes super faciem omnis terræ. » Hos enim illaqueabit dies ille, qui in otio et absque sollicitudine versantur ; illi enim sunt qui sedent et qui illaqueantur. At qui operantur et activi sunt, et sobrii in operatione boni, feruntque in omne bonum, non sedent neque quiescunt super terram, sed surgunt hinc, et dicunt sibi : Surge et ambula, quia non est tibi hic requies [16], et patriam meliorem inquirunt. Hisce non erit dies ille laqueus et periculum, sed dies festivus : idcirco oportet vigilare et orare Deum, ut possimus effugere futura omnia. Qualia ? C Fortassis tempestates et fames, et pestilentias, atque alia, quæ electos non ita premunt ut alios; imo propter electos aliis decurtabuntur ; fortassis item mala quæ peccatoribus perpetuo superventura sunt : quæ aliter non possumus effugere, quam vigilantia et oratione. Quoniam autem non sufficit fugere malum, sed opus est etiam bono quopiam : postquam dixit, « Ut possitis effugere omnia hæc ventura, » addidit : « Et stare coram Filio hominis, » quod est fruitio bonorum. Oportet igitur Christianum non solum fugere aspera, sed et curare ut gloriam accipiat. Angelica enim dignitas est stare 464 coram Filio hominis et Deo nostro. « Angeli ejus, inquit, semper vident faciem Patris mei. »

« Προσέχετε δὲ ἑαυτοῖς, μή ποτε βαρυνθῶσιν ὑμῶν αἱ καρδίαι ἐν κραιπάλῃ, καὶ μέθῃ, καὶ μερίμναις βιωτικαῖς, καὶ αἰφνίδιος ἐπιστῇ ἐφ' ὑμᾶς ἡ ἡμέρα ἐκείνη· ὡς παγὶς γὰρ ἐπελεύσεται ἐπὶ πάντας τοὺς καθημένους ἐπὶ πρόσωπον πάσης τῆς γῆς. Ἀγρυπνεῖτε οὖν ἐν παντὶ καιρῷ δεόμενοι, ἵνα καταξιωθῆτε ἐκφυγεῖν πάντα τὰ μέλλοντα γίνεσθαι, καὶ σταθῆναι ἔμπροσθεν τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου. » Ἠκούσατε, φησὶ, φόβητρα καὶ ταραχάς· ἀλλ' αἰσθητὰ ταῦτα πάντα, καὶ σύμβολα τῶν τοὺς ἁμαρτωλοὺς καταληψομένων κακῶν. Ἀλλὰ πρὸς ταῦτα τὰ δεινὰ φάρμακον μέγα καὶ ἀντιπαθὲς ἡ προσευχὴ καὶ προσοχή. Τὸ γὰρ ἐν ἑτοιμασίᾳ εἶναι ἀεὶ, καὶ ἀπεκδοχῇ τοῦ τέλους, τοῦτον μάλιστα πάντων συμβαλέσθαι δυνήσεται. Τοῦτο δὲ προσγενήσεται ὑμῖν, φησὶν, ἐὰν νήφητε, καὶ μὴ βαρυνθῶσιν αἱ καρδίαι ὑμῶν ἐν κραιπάλῃ, καὶ μέθῃ, καὶ μερίμναις βιωτικαῖς. Μὴ γὰρ μετὰ παρατηρήσεως ἔρχεται ἡ ἡμέρα ἐκείνη, ἀλλ' ἀπροσδόκητος, κρυφίως ὥσπερ παγὶς συλλαμβάνουσα τοὺς μὴ προσέχοντας. Τάχα δέ τις περιεργότερον ἐξετάσειε τὴν λέξιν ταύτην· « Καθημένους ἐπὶ πρόσωπον πάσης τῆς γῆς. » Ἐκείνους γὰρ παγιδεύει ἡ ἡμέρα ἐκείνη τοὺς ἐν ἀμεριμνίᾳ διάγοντας καὶ ἀργίᾳ· οὗτοι γάρ εἰσιν οἱ καθήμενοι, καὶ οὗτοι παγιδεύονται. Ὅσοι δὲ ἐνεργοὶ καὶ δραστήριοι, καὶ νηφάλιοι περὶ τὴν τοῦ ἀγαθοῦ ἐργασίαν εἰσὶ, καὶ κινοῦνται ἀεὶ πρὸς τὸ καλὸν, μὴ ἐγκαθήμενοι, καὶ ἀναπαυόμενοι τοῖς γηροῖς, ἀλλ' ἐγειρόμενοι ἐντεῦθεν, καὶ λέγοντες ἑαυτοῖς. Ἀνάστα καὶ περεύου, ὅτι οὐκ ἔστι σοι αὕτη ἀνάπαυσις, καὶ πατρίδα κρείττονα ποθοῦντες· τοῖς τοιούτοις οὐκ ἔστιν ἡ ἡμέρα ἐκείνη ὡς παγὶς καὶ κίνδυνος, ἀλλ' ὡς ἑορτῆς ἡμέρα· διὸ χρὴ ἀγρυπνεῖν, καὶ δέεσθαι τοῦ Θεοῦ, ἵνα δυνηθῶμεν ἐκφυγεῖν πάντα τὰ μέλλοντα γίνεσθαι. Ποῖα ; Τάχα μὲν καὶ τοὺς λιμοὺς, καὶ τοὺς λοιμοὺς, καὶ τὰ ἄλλα ἃ τοῖς ἐκλεκτοῖς οὐχ οὕτως ἐπικείσεται, ὥσπερ καὶ τοῖς ἄλλοις· μᾶλλον μὲν οὖν διὰ τοὺς ἐκλεκτοὺς, καὶ τοῖς ἄλλοις κολοβωθήσονται, τάχα δὲ καὶ τὰ μέλλοντα τοῖς ἁμαρτωλοῖς αἰωνίως συμβήσεσθαι. Ἐκεῖνα γὰρ ἄλλως οὐ δυνάμεθα ἐκφυγεῖν, εἰ μὴ δι' ἀγρυπνίας καὶ προσευχῆς. Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἀρκεῖ τοῖσγε μεγαλοψύχοις τὸ φυγεῖν τὴν κάκωσιν, ἀλλὰ δεῖ αὐτοὺς καὶ ἀγαθοῦ τινος ἐπιτυχεῖν, μετὰ τὸ εἰπεῖν, « Ἵνα δυνηθῆτε ἐκφυγεῖν πάντα τὰ μέλλοντα γίνεσθαι, » προσέθηκε· « Καὶ σταθῆναι ἐνώπιον τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου· » ὅπερ ἐστὶν ἀγαθῶν ἀπόλαυσιν. Δεῖ γὰρ οὐ μόνον φεύγειν τὰ δεινὰ, ἀλλὰ καὶ δόξαν σπεύδειν λαμβάνειν τὸν Χριστιανόν. Ἀγγελικὴ δὲ ἀξία τὸ ἵστασθαι ἔμπροσθεν τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου καὶ Θεοῦ ἡμῶν. « Οἱ γὰρ ἄγγελοι αὐτοῦ, φησὶ, διὰ παντὸς βλέπουσι τὸ πρόσωπον τοῦ Πατρός μου. »

VERS. 37,38 « Docebat autem interdiu in templo : D noctu vero exiens diversabatur in monte qui vocatur Olivarum ; et omnis populus diluculo ventitabat ad eum, ut in templo audiret eum. » Occultarunt Evangelistæ multa quæ docuit, et maxime tres : Joannes autem et ipse multa silentio præteriit, verumtamen sublimiores quam tres alii doctrinas quasdam exposuit. Igitur his qui congregabantur in templo, multa et sublimia disserebat, ut conjectare licet.

« Ἦν δὲ τὰς ἡμέρας διδάσκων ἐν τῷ ἱερῷ, τὰς δὲ νύκτας ἐξερχόμενος ηὐλίζετο εἰς τὸ ὄρος τὸ καλούμενον Ἐλαιῶν· καὶ πᾶς ὁ λαὸς ὠρθριζε πρὸς αὐτὸν ἐν τῷ ἱερῷ ἀκούειν αὐτοῦ. » Ἀπέκρυψαν μὲν οἱ εὐαγγελισταὶ τὰ πλείω ὧν ἐδίδαξε, καὶ μάλιστα οἱ τρεῖς· ὁ δέ γε Ἰωάννης καὶ αὐτὸς μὲν τὰ πλείω παρεσιώπησε, πλὴν ὑπὲρ τοὺς τρεῖς ἐξέθετό τινας διδασκαλίας ὑψηλοτέρας. Τοῖς συναγομένοις οὖν ἐν τῷ ἱερῷ πολλὰ καὶ ὑψηλὰ διελέγετο, ὡς ἔστι τεκμαί-

[16] Mich. II, 10.

Digitized by Google

βεσθαι. Ὅτι γὰρ ὀλίγα εἶπον οἱ εὐαγγελισταὶ (οὐ γὰρ ἐπιδείκνυσθαι ἤθελον), δῆλον μὲν καὶ ἄλλοθεν πολλαχόθεν, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ τεκμήρασθαι ἔστιν ἀπὸ τοῦ, τρεῖς ἐνιαυτοὺς σχεδὸν κηρύττοντος τοῦ Κυρίου, ὀλίγας διδασκαλίας αὐτοῦ ἀναγράψασθαι· ἃς οὐδὲ μιᾶς ἡμέρας διάλεξιν εἰπών τις ἱκανὴν, οἶμαι, οὐ μεμφθήσεται. Ἐκ πολλῶν οὖν ὀλίγα ἀνεγράψαντο ἡμῖν οἱ ἅγιοι εὐαγγελισταὶ, ὅσον μόνον γεῦμα παρεχόμενοι τῆς γλυκύτητος. Διελέγετο [δὲ] οὐ μονοειδῶς, ἀλλ' ἑκάστῳ τὸ πρόσφορον ἐπιθείς. Διὸ καὶ ὁ ὄχλος ὠρθριζε πρὸς αὐτόν· χάρις γὰρ ἐξεκέχυτο τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ. Νυκτὸς δὲ ἀνεχώρει πρὸς τὸ ὄρος, δεικνύων ἡμῖν, ὅτι δεῖ νυκτὸς μὲν διὰ τῆς ἡσυχίας τῷ Θεῷ ὁμιλεῖν, ἡμέρας δὲ διὰ τῆς συγκαταβάσεως τοὺς ἀνθρώπους ὠφελεῖν, καὶ συνάγειν μὲν νυκτὸς, διαδιδόναι δὲ τὰ συνηγμένα ἡμέρας. Αὐτὸς μὲν οὖν οὐκ ἐδεῖτο προσευχῆς, ἢ πρὸς Θεὸν συναγωγῆς· οὐ γὰρ εἶχεν εἰς ὅ τι συσταλῇ αὐτὸς ὢν Θεός. Ἡμῖν δὲ ταῦτα πρὸς ὑποτύπωσιν τέθεικεν, ἵνα κατὰ τὰ φρέατα νυκτὸς μὲν δεχώμεθα τὴν ἐκ τῶν πνευματικῶν φλεβῶν τῆς προσευχῆς σύρροιαν, ἡμέρας δὲ ἐξαντλώμεθα διὰ τῶν ὠφελείας δεομένων. Ἰδὼν οὖν ἄν τις τότε τὸν λαὸν ὀρθρίζοντα πρὸς τὸν Ἰησοῦν, ὥστε ἀκούειν αὐτοῦ, εἶπεν ἁρμόζειν αὐτῷ τὰ τοῦ Δαυὶδ λέγειν· « Ὁ Θεὸς, ὁ Θεός μου, πρὸς σὲ ὀρθρίζω· ἐδίψησέ σε ἡ ψυχή μου. »

A Nam pauca dixerunt evangelistæ, neque ostendere voluerunt, et manifestum quidem est aliunde multis ex locis, et ex hoc non parum divinare possumus, cum Dominus ferme per triennium prædicarit, scripsisse illos paucas doctrinas, quas intra diem unum si quis dixerit dici posse, non reprehendendus fuerit. Ex multis igitur pauca nobis scripserunt sancti evangelistæ, gustum quemdam dulcedinis præbentes. Disserebat autem non unius generis, sed unicuique idoneum sermonem referebat, ideo et turba diluculo veniebat ad eum. Gratia enim effluebat ex labiis ejus. Nocte vero secedebat ad montem, monstrans nobis quod oporteat nocte quidem per quietem colloqui cum Deo, die autem morem gerere, et prodesse hominibus, et congregare quidem nocte, die autem B distribuere congregata. Ipse autem non habebat opus oratione, vel conversatione cum Deo. Non enim erat ad quem se conferre poterat, cum ipse esset Deus. Nobis autem hæc ad figuram prætulit : ut apud fluenta nocte quidem accipiamus orationis fluxum ex spiritualibus venis, die autem effundamus hausta his qui opus habent. At si quis vidisset populum ita mane ad audiendum confluentem, diceret congruere ei illud Davidis : « Deus Deus meus, ad te de luce vigilo. Sitivit in te anima mea [18]. »

ΚΕΦΑΛ ΚΒ'.

Περὶ τοῦ Πάσχα. Περὶ τῶν φιλονεικησάντων, τίς μείζων. Περὶ τῆς ἐξαιτήσεως τοῦ Σατανᾶ. Περὶ τῆς συλλήψεως τοῦ Χριστοῦ. Περὶ τῆς ἀπαγωγῆς τοῦ Ἰησοῦ πρὸς ἀρχιερέα.

« Ἤγγιζε δὲ ἡ ἑορτὴ τῶν Ἀζύμων ἡ λεγομένη πάσχα· καὶ ἐζήτουν οἱ ἀρχιερεῖς, καὶ οἱ Γραμματεῖς, τὸ πῶς ἀνέλωσιν αὐτόν· ἐφοβοῦντο γὰρ τὸν λαόν. Εἰσῆλθε δὲ ὁ Σατανᾶς εἰς Ἰούδαν τὸν ἐπικαλούμενον Ἰσκαριώτην, ὄντα ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν δώδεκα. Καὶ ἀπελθὼν συνελάλησε τοῖς ἀρχιερεῦσι, καὶ στρατηγοῖς, τὸ πῶς αὐτὸν παραδώσει αὐτοῖς. Καὶ ἐχάρησαν, καὶ συνέθεντο αὐτῷ ἀργύριον δοῦναι. Καὶ ἐξωμολόγησε, καὶ ἐζήτει εὐκαιρίαν τοῦ παραδοῦναι αὐτὸν αὐτοῖς ἄτερ ὄχλου. » Ἐζήτουν μὲν αὐτὸν ἀνελεῖν οἱ Γραμματεῖς· ἐπεὶ δὲ ὁ καιρὸς τοῦ πάσχα ἐφειστήκει, καὶ κίνδυνον ἑώρων ἐκ τούτου αὐτοῖς ἀπὸ τοῦ λαοῦ συναγομένου, μάλιστα διὰ τὴν ἑορτὴν, ἐζήτουν λοιπὸν μέθοδον, πῶς ἀνελόντες αὐτὸν οὐ κινδυνεύσουσιν. Εἰσῆλθε δὲ ὁ Σατανᾶς εἰς Ἰούδαν ὄντα ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν δώδεκα, τουτέστι· καὶ ταῦτα ἐκ τῶν οἰκείων ὄντα καὶ γνησίων μαθητῶν· ἵνα μηδεὶς θαρρῇ ἐφ' ἑαυτῷ, ἀλλὰ πάντοτε προσέχῃ τῇ οἰκείᾳ ζωῇ, ὡς δεινὸν ἀντίπαλον ἔχων. Τινὲς δὲ τὸ, « Ὄντα ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν δώδεκα, » οὕτως ἐνόησαν, ἀντὶ τοῦ, Ἀριθμὸν μόνον πληροῦντα ἀποστολικὸν, οὐκ ἀπόστολον ὄντα ἀληθινὸν καὶ μαθητήν· πῶς γὰρ ἀληθὴς μαθητὴς ὁ κλέπτων τὰ ἐν τῷ γλωσσοκόμῳ βαλλόμενα; Οὕτως οὖν εἰσελθόντα εἰς αὐτὸν τὸν Σατανᾶν ἐδέξατο, καὶ συνεφώνησε τοῖς ζητοῦσι τὸν Ἰησοῦν παραδοῦναι· τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ,

CAPUT XXII.

De Pascha. De rixantibus, quis major. De quæsita Satanæ. De comprehensione Christi. Quomodo Christus ad principem sacerdotum ductus sit.

C

Vers. 1-6. « Instabat autem dies festus Azymorum qui dicitur pascha, et quærebant principes sacerdotum et Scribæ quomodo eum interficerent. Timebant enim plebem. Intravit autem Satanas in Judam cui cognomen erat Iscariotes, qui erat e numero duodecim, abiitque, et locutus est cum principibus sacerdotum, ac ducibus, quemadmodum illum traderet eis. Et gavisi sunt, ac pacti sunt pecuniam illi se daturos. Et ille spopondit : quærebatque opportunitatem ut traderet illum illis 465 sine turba. » Quærebant quidem illum interimere Scribæ : at quia tempus paschæ instabat, et videbant sibi inde periculum imminere a turba quæ congregabatur D maxime propter diem festum, quærebant insidias, quomodo interfecto illo non periclitarentur. Intravit autem Satanas in Judam qui erat unus e numero duodecim, eratque ex maxime familiaribus discipulis : ut nullus confidat in seipso, sed semper attendat vitæ suæ, utpote gravem habens adversarium. Quidam autem sic intellexerunt : Qui erat e numero duodecim, numerum solum implebat apostolicum, non ut apostolus, nec ut verus discipulus. Quomodo enim verus discipulus, qui furatur quæ in marsupium mittebantur? Sic igitur ingredienti in ipsum Satanam suscepit, et conspiravit cum quærentibus Jesum tradere. Hoc enim significat, Spopondit, hoc

[18] Psal. LXII, 1, 2.

Digitized by Google

est, perfectam promissionem et pactum fecit. Et quærebat opportunitatem quando inveniret illum sine turba, hoc est, seorsim et solitarium, et ipsis traderet. Magistratus autem loco hoc vocat præfectos ædificiis templi, vel etiam censores, ut qui curarent ea quæ ad bonum ordinem servandum pertinebant. Præfecerant enim Romani quosdam populo, ut ne turbaretur, quandoquidem seditiosi erant. Illos igitur vocat στρατηγούς, magistratus. Fortassis autem et militaria munera credebantur eis qui erant ex sacerdotali ordine, unde magistratus et duces dicti. Ambitione enim laborantes et illa officia invadebant; unde eos magistratus et duces templi nominavit, manifestius forte taxans illos.

VERS. 7-13. « Venit autem dies Azymorum, in qua necesse erat immolari pascha. Et misit Petrum ac Joannem, dicens : Euntes parate nobis pascha, ut edamus. At illi dixerunt ei : Ubi vis paremus ? Et dixit ad eos : Ecce introeuntibus vobis in civitatem, occurret homo quidam vas aquæ testaceum portans. Sequimini eum in domum in quam intrat, et dicetis patrifamilias ædium : Dicit tibi magister : Ubi est diversorium, ubi pascha cum discipulis meis edam ? Et ipse ostendet vobis cœnaculum magnum stratum, ibi parate. Euntes autem invenerunt sicut dixerat illis, et paraverunt pascha. » Quod phase hebraice pascha dicatur, et signet transitum ex Ægypto, sæpe dictum est : et in summa omnia, quæ tunc in festo fiunt, a sanctis interpretatum est : nunc autem quem nobis dicat diem Azymorum, dicendum. Diem igitur Azymorum dicit quintum, ad cujus vesperam pascha immolandum erat. Igitur Dominus forte quinto mane mittit discipulos, Petrum et Joannem, et illum quidem ut diligentem, hunc vero ut dilectum. Mittit autem in alienam domum. Neque enim domum habebat vel ipse vel discipuli ejus, alioquin in una **466** discipulorum domo manducasset pascha. Vides paupertatem ? Mittit vero eos ad hominem incognitum, ut ostendat quod sponte susceperit passionem. Si enim noluisset, sicut mentem homini qui se nesciebat, dedit ut se susciperet, ita poterat et cum Judæis quæ libuisset facere. Quidam autem dicunt quod propter hoc non dixit nomen hominis, nec manifestavit eum, sed signo quodam deduxit eos ad domum illius, propter proditorem, ut ignorato nomine non proderet domum Pharisæis, qui venissent et comprehendissent eum, priusquam cœnam perficeret, et spiritualia sua sacramenta traderet : idcirco infra Christus dicit : « Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum antequam patiar, » hoc est, Omnem operam adhibui ut lateamus proditorem, ne ante tempus sustineamus passionem priusquam traderemus sacramenta. Expositionem hanc accipiat qui volet. Et cujus gratia pascha facit ? Per omnia ostendit quod usque ad extremum anhelitum non sit contrarius legi. Atqui comedamus et nos hoc pascha spiritualiter. Et intelligamus dies Azymorum omnem, quæ in spirituali lumine est, conversationem, quæ nullam vetustatem primæ in

A « Ἐξωμολόγησεν, » ἀντὶ τοῦ, Τελείας ἐμολογίας καὶ συνθήκας ἐποιήσατο. Καὶ ἐζήτει εὐκαιρίαν, πότε εὕροι αὐτὸν ἄτερ ὄχλου, τουτέστι, κατὰ μόνας, καὶ αὐτοῖς παραδώσει. Στρατηγοὺς δέ φησιν ἐνταῦθα τοὺς ἄρχοντας τῶν οἰκοδομῶν τοῦ ἱεροῦ, ἢ καὶ τοὺς τῆς εὐταξίας ἐπιμελουμένους. Ἐπέστησαν γὰρ οἱ Ῥωμαῖοι τῷ λαῷ τινας, ὡς ἂν μὴ ταράσσηται· στασιώδεις γὰρ ἦσαν. Τούτους, φησὶ, στρατηγούς. Ἴσως δὲ καὶ διοικήσεις στρατιωτικὰς εἶχον· οἱ μέρους ὄντες τοῦ ἱερατικοῦ, στρατηγοὶ ὠνομάσθησαν. Τὸ φιλόπρωτον γὰρ νοσοῦντες, καὶ τοιαύταις διοικήσεσιν ἐπεβάλλοντο· διὸ καὶ στρατηγοὺς αὐτοὺς ὠνόμασε τοῦ ἱεροῦ, ἐμφαντικώτερον τάχα καθαπτόμενος αὐτῶν.

« Ἦλθε δὲ ἡ ἡμέρα τῶν Ἀζύμων, ἐν ᾗ ἔδει θύεσθαι τὸ πάσχα. Καὶ ἀπέστειλε Πέτρον καὶ Ἰωάννην, εἰπών· Πορευθέντες ἑτοιμάσατε ἡμῖν τὸ πάσχα, ἵνα φάγωμεν· οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ· Ποῦ θέλεις ἑτοιμάσωμέν σοι ; Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· Ἰδοὺ εἰσελθόντων ὑμῶν εἰς τὴν πόλιν, συναντήσει ὑμῖν ἄνθρωπος κεράμιον ὕδατος βαστάζων· ἀκολουθήσατε αὐτῷ εἰς τὴν οἰκίαν, οὗ εἰσπορεύεται, καὶ ἐρεῖτε τῷ οἰκοδεσπότῃ τῆς οἰκίας· Λέγει σοι ὁ διδάσκαλος· Ποῦ ἐστι τὸ κατάλυμα, ὅπου τὸ πάσχα μετὰ τῶν μαθητῶν μου φάγω ; Κἀκεῖνος ὑμῖν δείξει ἀνώγεον μέγα ἐστρωμένον· ἐκεῖ ἑτοιμάσατε. Ἀπελθόντες δὲ εὗρον, καθὼς εἴρηκεν αὐτοῖς, καὶ ἡτοίμασαν τὸ πάσχα. » Ὅτι μὲν φασὶν Ἑβραϊκῶς τὸ πάσχα λεγόμενον, τὴν ἐξ Αἰγύπτου διάβασιν δηλοῖ, πολλοῖς εἴρηται· καὶ ἁπλῶς πάντα τὰ ἐν τῇ ἑορτῇ τότε τελούμενα, τοῖς ἁγίοις ἡρμήνευται. Νῦν δὲ ἡμῖν τίνα λέγει ἡμέραν τῶν Ἀζύμων, ῥητέον. Ἡμέραν οὖν Ἀζύμων λέγει τὴν πέμπτην, ἧς τῇ ἑσπέρᾳ ἔμελλον θύειν τὸ πάσχα. Ὁ τοίνυν Κύριος τῇ πέμπτῃ πρωΐας τυχὸν ἀποστέλλει τοὺς μαθητὰς Πέτρον καὶ Ἰωάννην· τὸν μὲν ὡς ἀγαπῶντα, τὸν δὲ ὡς ἀγαπώμενον. Ἀποστέλλει δὲ εἰς ἀλλοτρίαν οἰκίαν. Οὐδὲ γὰρ εἶχεν αὐτὸς, ἀλλ' οὐδὲ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ· ἢ γὰρ ἂν ἐν ἑνὸς τῶν μαθητῶν διήγαγε τὸ πάσχα. Ὁρᾷς ἀκτημοσύνην; Στέλλει δὲ αὐτοὺς πρὸς ἄνθρωπον μὴ γινωσκόμενον, ἵνα δείξῃ, ὅτι καὶ τὸ πάθος θέλων κατεδέξατο. Εἰ γὰρ μὴ ἤθελεν, ἠδύνατο ὁ τὴν διάνοιαν τούτου τοῦ ἀγνώστου ἀνθρώπου πείσας, ὥστε αὐτοὺς ὑποδέξασθαι, κἂν τοῖς Ἰουδαίοις ὅσα ἠβούλετο διαπράξασθαι. Τινὲς δέ φασι, ὅτι διὰ τοῦτο οὐκ εἶπε τοῦ ἀνθρώπου τὸ ὄνομα, καὶ ἐφανέρωσεν αὐτὸν, ἀλλὰ σημείῳ τινὶ ὁδηγεῖ αὐτοὺς πρὸς τὴν οἰκίαν τοῦ ἀνθρώπου, διὰ τὸν προδότην· ὡς ἂν μὴ γνοὺς τὸ ὄνομα, καταμηνύσῃ τὴν οἰκίαν τοῖς Φαρισαίοις, καὶ ἐλθόντες συλλάβωσιν αὐτὸν, πρὶν ἢ τὸ δεῖπνον ἐπιστῇ, πρὶν ἢ τὰ πνευματικὰ μυστήρια αὐτοῦ παραδῷ. Διό φησι παρακατιὼν ὁ Χριστός· « Ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα τοῦτο τὸ πάσχα φαγεῖν πρὸ τοῦ με παθεῖν· » τουτέστι, Πᾶσαν σπουδὴν ἐθέμην, ὅπως λάθωμεν τὸν προδότην, καὶ μὴ πρόωρον ὑποστῶμεν τὸ πάθος, πρὶν ἢ παραδῶμεν τὰ μυστήρια. Ἔξεστι δὲ τῷ βουλομένῳ παραδέχεσθαι ταύτην τὴν ἐξήγησιν. Τίνος δὲ ἕνεκα τὸ πάσχα τελεῖ ; Διὰ πάντων δεικνὺς ἄχρι τῆς τελευταίας ἀναπνοῆς, ὅτι οὐκ ἔστιν ἐναντίος τῷ νόμῳ.

Digitized by Google

Ἀλλὰ φάγωμεν τοῦτο τὸ πάσχα νοητῶς καὶ ἡμεῖς, καὶ δὴ νοήσωμεν ἡμέραν τῶν Ἀζύμων, πᾶσαν τὴν ἐν τῷ φωτὶ τῷ πνευματικῷ διαγωγὴν, μηδεμίαν παλαιότητα τῆς προτέρας ἐν τῷ Ἀδὰμ παρακοῆς ἔχουσαν· ἐν ᾗ διαγωγῇ ὄντας ἡμᾶς δεῖ τῶν μυστηρίων τοῦ Ἰησοῦ κατατρυφᾷν. Ἑτοιμάσει οὖν ταῦτα τὰ μυστήρια Πέτρος καὶ Ἰωάννης, πρᾶξις καὶ θεωρία, θερμότης ζήλου καὶ πραότης εἰρηνική. Δεῖ γὰρ τὸν πιστὸν, καὶ θερμὸν εἶναι περὶ τὴν ἐργασίαν τοῦ καλοῦ, καὶ ζηλωτὴν κατὰ τῆς πονηρίας, καὶ πραῢν εἰς τοὺς πονηρευομένους· ἡ γὰρ πονηρία μισητέα, οὐχ ὁ πονηρευόμενος. Ἐκεῖνος γὰρ θεραπευτέος· πάσχει γάρ. Καὶ τοῦτό ἐστι τὸ πονηρεύεσθαι, τὸ παρὰ τοῦ Πονηροῦ ἐνοχλεῖσθαι, καὶ πάσχειν τὴν πονηρίαν. Ἐὰν οὖν Πέτρον καὶ Ἰωάννην ἔχωμεν ἑτοιμάζοντας τὸ δεῖπνον, βίον λέγω ἀγαθὸν, ὅ; ἐστι Πέτρος· καὶ δόγματα ἀληθῆ, ἃ ἐστιν ὁ Θεολόγος Ἰωάννης· συναντήσει τοῖς τοιούτοις ἑτοιμασταῖς ἄνθρωπος, τουτέστι, τότε εὑρήσομεν τὴν ἀνθρωπίνην ἔντως κατάστασιν, τὴν κατ' εἰκόνα δημιουργηθεῖσαν τοῦ πλάσαντος, ἢ μᾶλλον τοῦ κτίσαντος, κεράμιον ὕδατος βαστάζουσαν. Ὕδωρ μὲν ἡ τοῦ Πνεύματος χάρις, ὡς ὁ εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης διδάσκει· κεράμιον δὲ, τὸ εὔθρυπτον καὶ πρὸς συντριβὴν εὔκολον τῆς καρδίας. Ὁ γὰρ δεχόμενος χάριν πνευματικὴν, ταπεινός ἐστι καὶ συντετριμμένος τῇ καρδίᾳ· Ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν ὁ Κύριος. Ὁ εἰδὼς δὲ ἑαυτὸν γῆν καὶ σποδὸν, καὶ λέγων μετὰ τοῦ Ἰὼβ, « Ἐκ γῆς δέ με ἔπλασας, » ἐκεῖνος βαστάσει τὴν τοῦ Πνεύματος χάριν ἐν τῷ εὐκατανύκτῳ καὶ εὐκόλῳ πρὸς συντριβὴν ἀγγείῳ τῆς καρδίας αὐτοῦ. Ἀκολουθοῦντες δὲ τῇ τοιαύτῃ καταστάσει, ἀφιξόμεθα εἰς τὴν τοῦ νοῦ οἰκίαν, ἧς ὁ οἰκοδεσπότης νοῦς ἀνώγεον ἡμῖν ἐστρωμένον ὑποδείξει μέγα. Ἀνώγεον μὲν ἡ ὑψηλὴ τοῦ τοιούτου νοῦ χώρησις, τὰ θεῖα, φημὶ, καὶ νοητὰ, οἷς ἐγκατοικεῖ, καὶ οἷς ἐμφιλοχωρεῖ. Ἐστρωμένα δὲ ταῦτά εἰσιν· οὐδὲν γὰρ αὐτοῖς τραχὺ, ἀλλὰ καὶ τὰ σκολιὰ εἰς εὐθείαν γίνονται τῷ τοιούτῳ νοΐ, καθὰ καὶ Σολομὼν εἶπε· « Πάντα εὐθέα τοῖς συνιοῦσι, καὶ ὀρθὰ τοῖς εὑρίσκουσι γνῶσιν. » Οὐκ ἂν δὲ ἁμάρτοις καὶ τοῦτο εἰπὼν, ὅτι Ὁ νοῦς, εἰ καὶ ὑψηλὸν πρᾶγμα ποιεῖ, κατὰ τὴν τοῦ νοῦ ἐνέργειαν διάγων, ἀλλ' οὖν ἔστρωται αὐτῷ ἡ γνῶσις ἔτι, καὶ χθαμαλωτέρως ἔχει. Ὑψηλὴ δὲ τῷ ὄντι ἡ γνῶσις, καὶ ὑπὲρ πᾶν ὕψος ἡ ὑπὲρ νοῦν ἀγνωσία, ὅτε οὐκ ἔτι ὁ νοῦς ἐνεργεῖ, ἀλλ' ἐνεργεῖται. Δεῖ δὲ πρότερον ἡμᾶς τῷ νοῒ ἡμῶν ἐνεργεῖν, εἶθ' οὕτως ἐνεργησόμεθα τῇ τοῦ Κυρίου χάριτι, λαμβάνοντες ἡμᾶς ὥσπερ καὶ τοὺς προφήτας, καὶ ἐξιστῶντες πάσης φυσικῆς ἐνεργείας. Ἀμέλει λέγεται λῆμμα Κυρίου ἐν τῷδε τῷ προφήτῃ γενέσθαι. Ὥσπερ οὖν κάνταῦθα τοῦ ἀνωγέου τούτου ἐστρωμένου, ἔρχεται ὁ Ἰησοῦς μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, καὶ τελεῖ τὰ μυστήρια, ἐρχόμενος αὐτὸς πρὸς ἡμᾶς, καὶ τὴν οἰκείαν αὐτοῦ ἐνέργειαν ἐμφαίνων ἡμῖν, ἀλλ' οὐκ ἀναμένων ἡμᾶς ἐλθεῖν πρὸς αὐτὸν ἔτι. Μαθηταὶ δὲ τοῦ Θεοῦ Λόγου, πάντες οἱ λόγοι τῶν γεγονότων. Τότε οὖν ὅταν ἐνεργῇ ἐν ἡμῖν ὁ Λόγος, τὴν τοῦ Πάσχα μετάληψιν συνήσομεν, μᾶλλον δὲ συνετισθησόμεθα καὶ τοὺς λόγους τῶν γεγονότων, κατὰ τὸ, « Ὄψομαι τοὺς οὐρανούς, ἔργα τῶν δακτύλων σου. »

A Adam inobedientiæ habeat : in qua conversatione si fuerimus, impinguandi sumus mysteriis Christi. Præparabunt itaque hæc sacramenta Petrus et Joannes, activa et contemplativa, fervor zeli, et mansuetudo pacifica. Oportet enim fideles et fervidos esse bonum operando, et zelotas adversus malitiam, et mansuetos erga male operantes. Odio enim habenda malitia, non is qui male agit, cujus habenda est cura, infirmus enim est. Et hoc est male agere, a maligno vexari, et pati malum. Quod si habuerimus Petrum et Joannem adornantes cœnam, vitam dico bonam, quæ est Petrus, et vera dogmata, quæ sunt Joannes theologus, occurret illis præparatoribus homo : hoc est, tunc inveniemus humanam conditionem, vere formatam secundum imaginem Conditoris B aut potius Creatoris, vas aquæ figulinum gestantem. Aqua quidem Spiritus gratia, ut evangelista Joannes docet. Figulinum autem vas, cor, quod facile confringitur ; nam qui spiritualem gratiam accipit, humilis est et contritus corde. Humilibus enim dat Dominus gratiam. Qui autem scit seipsum esse terram et cinerem, et dicit cum Job, « De terra me formasti : » ille portat gratiam Spiritus in vase cordis sui, quod facile compungitur et conteritur. Et cum assecuti fuerimus hanc conditionem, abeamus in domum mentis, cujus paterfamilias mens, monstrabit nobis cœnaculum stratum magnum. Cœnaculum autem est sublimis ejusmodi mentis capacitas, divinorum, inquam, **467** et spiritualium, in quibus habitat, et in qui- C bus amice excipitur. Strata autem sunt hæc : nihil enim in eis asperum, sed et aspera in plana convertuntur tali menti : sicut et Salomon dixit, « Omnia plana intelligentibus, et recta invenientibus scientiam. » Id autem peccatoribus non dixit : quia mens, licet opus excellens faciat juxta suam efficaciam agens, strata tamen ejus scientia est, et adhuc humiliora habet. Sublimis autem revera scientia, et super omnem sublimitatem, ignoratio est, quæ mentem transcendit, quando non jam mens operatur, sed operationem sentit ac patitur. Oportet autem nos prius mente nostra operari, et deinde gratiæ Dominicæ in nobis operationem sentiemus, quæ nos suscipiet, sicut prophetas, et eos qui excessum patiuntur, et omni naturali operatione D destituuntur. Denique dicitur Assumptio Domini in propheta hujusmodi fieri. Sicut igitur et in hoc cœnaculum stratum venit Jesus cum discipulis suis, et mysteria perficit : ita venit ad nos, et suam ostendit efficaciam, sed non expectat ut nos veniamus ad eum. Discipuli autem Verbi Dei sunt omnes sermones rerum gestarum. Tunc igitur cum operabitur in nobis Verbum, Paschæ intelligemus participationem : vel potius erudiemur in sermonibus rerum factarum juxta illud, « Videbo cœlos opera digitorum tuorum. »

Digitized by Google

VERS. 14-20. « Et cum jam esset tempestivum, accubuit, ac duodecim apostoli cum eo. Et ait illis : Desiderio desideravi hoc pascha comedere vobiscum antequam patiar. Dico enim vobis, posthac non edam ultra ex eo, donec compleatur in regno Dei. Et accepto poculo gratias egit, ac dixit : Accipite hoc, et dividite inter vos. Dico enim vobis, quod non bibam de fructu vitis, donec regnum Dei veniat. Et accepto pane, cum gratias egisset, fregit, ac dedit eis, dicens : Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur. Hoc facite in mei recordationem. Similiter et poculum postquam cœnavit, dicens : Hoc poculum novum Testamentum in sanguine meo, qui pro vobis effundetur. » Pascha stantes comedebant, quomodo igitur Dominus recumbere dicitur? Dicunt itaque quod postquam comedit legale pascha, recubuerunt more vulgari comedentes alios quosdam cibos. Dicit autem ad discipulos : Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum, priusquam patiar; quasi diceret : Hæc extrema cœna mea est vobiscum, idcirco et grata et desiderabilis ; nam ultra vobiscum non sum convivaturus : sicut et peregre profecturi postrema colloquia cum maxime familiaribus suaviter miscent. Vel aliter : Desideravi hoc pascha manducare vobiscum, eo quod magna mysteria in hac vobis cœna sim traditurus, **468** nempe ea quæ sunt Novi Testamenti. Significat autem per hæc, quod voluntarie patiatur. Poterat enim omnino secedere, sicut et aliis temporibus, cum sciret se passurum. Quod autem dicit, Non bibam illum, donec regnum Dei veniat, quidam sanctorum intellexerunt, Donec resurgam. Post resurrectionem enim conversatus est cum discipulis, et comedit, et bibit cum eis : sicut et Petrus ad Cornelium dicit : « Qui comedimus et bibimus cum eo post resurrectionem [15]. » Quod autem regnum Dei sit resurrectio, manifestum est. Resurrectio enim destruxit mortem : regnavit autem mors ab Adam usque ad Christum ; tunc autem destructa, concessit Domino victoriam et regnum : quemadmodum dictum est : « Ubi est, mors, victoria tua [16]? et David : « Dominus regnavit ; » deinde interpretans quomodo regnaverit ; « Decorem, inquit, indutus est, » incorruptionem accipiente corpore, et decorato deitate, ut Isaias inquit : « Hic formosus in stola, violentia cum fortitudine [17]. » Dominus quoque postquam resurrexit, inquit : « Data est mihi omnis potestas [18]. » Cum igitur venisset resurrectio, quam regnum Dei nominavit, eo quod mortem destruxit, iterum bibit cum discipulis, persuadens discipulis non juxta apparentiam tantum resurrexisse. Quidam autem regnum putarunt futurum statum : libere autem Dominum nobiscum in futuro, pro revelatione mysteriorum. Lætificans enim nos exhilaratur, et pascens pascitur misericors, et nostrum potum ac alimoniam, hoc est, doctrinam, proprium cibum existimat.

A ς Καὶ ὅτε ἐγένετο ἡ ὥρα, ἀνέπεσε· καὶ οἱ δώδεκα ἀπόστολοι σὺν αὐτῷ. Καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς· Ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα τοῦτο τὸ πάσχα φαγεῖν μεθ' ὑμῶν πρὸ τοῦ με παθεῖν. Λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι οὐκ ἔτι οὐ μὴ φάγω ἐξ αὐτοῦ, ἕως ὅτου πληρωθῇ ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ. Καὶ δεξάμενος ποτήριον, εὐχαριστήσας εἶπε· Λάβετε τοῦτο, καὶ διαμερίσατε ἑαυτοῖς. Λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι οὐ μὴ πίω ἀπὸ τοῦ γενήματος τῆς ἀμπέλου, ἕως ὅτου ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ἔλθῃ. Καὶ λαβὼν ἄρτον, εὐχαριστήσας ἔκλασε, καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς, λέγων· Τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν διδόμενον, τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν· ὡσαύτως καὶ τὸ ποτήριον μετὰ τὸ δειπνῆσαι, λέγων· Τοῦτο τὸ ποτήριον ἡ Καινὴ Διαθήκη ἐν τῷ αἵματί μου, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον. » Τὸ Πάσχα ἑστάμενοι ἤσθιον· πῶς οὖν ὁ Κύριος ἀνάπεσεῖν λέγεται, B Λέγουσιν οὖν ὅτι μετὰ τὸ φαγεῖν τὸ νομικὸν πάσχα, ἀνέπεσον λοιπὸν κοινῷ τρόπῳ ἐσθίοντες ἄλλα τινὰ βρώματα. Φησὶ δὲ πρὸς τοὺς μαθητάς· « Ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα τοῦτο τὸ πάσχα φαγεῖν μεθ' ὑμῶν πρὸ τοῦ με παθεῖν· » ὡσανεὶ τοῦτο ἔλεγε· Τοῦτό μοι τὸ τελευταῖον δεῖπνον μεθ' ὑμῶν· διὸ καὶ ἀγαπητόν μοι καὶ ἐπιθυμητόν ἐστιν· ἄλλοτε γὰρ μεθ' ὑμῶν οὐκ ἑστιασθήσομαι· ὥσπερ καὶ οἱ μέλλοντες ἀποδημήσειν, τὰ τελευταῖα προσφωνήματα τοῖς οἰκείοις καὶ γνησίοις ἡδύτερον καὶ ποθεινότερον προσάγουσι. Καὶ ἄλλως δέ· Ἐπεθύμησα τοῦτο τὸ πάσχα φαγεῖν μεθ' ὑμῶν, διότι τὰ μεγάλα μυστήρια ἐν τούτῳ μέλλω παραδοῦναι ὑμῖν, τὰ τῆς Καινῆς Διαθήκης. Δηλοῖ δὲ C διὰ τούτου, ὅτι ἑκὼν πάσχει. Ἐξῆν γὰρ πάντως αὐτῷ, ἐπειδὴ ἐγίνωσκεν ὅτι μέλλει παθεῖν, ὑπαναχωρῆσαι, ὥσπερ κἀν τοῖς προτέροις καιροῖς. Τὸ δὲ· « Οὐ μὴ πίω αὐτὸ, ἕως ὅτου ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ἔλθῃ, » τινὲς τῶν ἁγίων ἐνόησαν, ἀντὶ τοῦ, Ἄχρις οὗ ἀναστῶ. Μετὰ γὰρ τὴν ἀνάστασιν συναυλιζόμενος τοῖς μαθηταῖς, καὶ συνέφαγε, καὶ συνέπιεν αὐτοῖς· ὥσπερ καὶ Πέτρος φησὶ πρὸς Κορνήλιον· « Οἵτινες συνεφάγομεν καὶ συνεπίομεν αὐτῷ μετὰ τὴν ἀνάστασιν. » Ὅτι δὲ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ἡ ἀνάστασις, πρόδηλον. Ἡ γὰρ ἀνάστασις, κατάλυσις τοῦ θανάτου· ἐβασίλευσε δὲ ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως Χριστοῦ· τότε δὲ καταλυθεὶς, παρεχώρησε τῷ Κυρίῳ τῆς νίκης καὶ τῆς βασιλείας, καθὸ εἴρηται· « Ποῦ σου, θάνατε, τὸ νῖκος ; » καὶ ὁ Δαυΐδ, « Ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν· » εἶτα ἑρμηνεύων πῶς ἐβασίλευσεν, « Εὐπρέπειαν, φησὶν, ἐνεδύσατο, » ἀποφθαρτισθέντος τοῦ σώματος, καὶ τῇ θεότητι ὡραϊσθέντος· ὡς Ἡσαΐας φησίν· « Οὗτος ὡραῖος ἐν στολῇ, βίᾳ μετὰ ἰσχύος. » Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Κύριος μετὰ τὸ ἀναστῆναι, φησίν· « Ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία. » Τῆς οὖν ἀναστάσεως ἐλθούσης, ἣν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ ὠνόμασεν, ὡς τὸν θάνατον καταλύσασαν, ἔπιε πάλιν σὺν τοῖς μαθηταῖς, πιστούμενος τὴν ἀνάστασιν, ὡς οὐ κατὰ φαντασίαν ἐστί. Τινὲς δὲ βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, τὴν μέλλουσαν κατάστασιν ἐδέξαντο· πίνειν δὲ τὸν Κύριον ἐν τῷ μέλλοντι μεθ' ἡμῶν, τὴν ἀποκάλυψιν τῶν μυστηρίων αὐτοῦ. Εὐφραίνων γὰρ ἡμᾶς εὐφραίνε-

[15] Act. x, 41. [16] I Cor. xv, 55. [17] Isa. lxiii, 1. [18] Matth. xxviii, 18.

Digitized by Google

ται, καὶ τρέφων τρέφεται ὁ φιλάνθρωπος, καὶ τὴν ἡμετέραν πόσιν καὶ τροφὴν, ἤτοι μάθησιν, οἰκείαν τροφὴν λογίζεται. Πίνεται οὖν τηνικαῦτα καινήν τινα πόσιν μετὰ τῶν ἀξίων, ἀποκαλύπτων αὐτοῖς ἀεὶ καινά τινα καὶ ἀσυνήθη. Δύο δὲ δοκεῖ ποτηρίων μνημονεύειν ὁ Λουκᾶς· καὶ ἓν μὲν, φησὶ, « Λάβετε, καὶ διαμερίσατε ἑαυτοῖς, » ὃ τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης τύπον εἴποι ἄν τις εἶναι· ἕτερον δὲ, μετὰ τὸ κλάσαι τὸν ἄρτον καὶ διανείμασθαι, αὐτὸς διανέμει τοῖς μαθηταῖς, ὃ καὶ τῆς Καινῆς Διαθήκης ὀνομάζει, καὶ ἐν τῷ αὐτοῦ αἵματί φησι τοῦτο ἐγκαινίζεσθαι. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς Παλαιᾶς αἷμα ζώων ἀλόγων ἦν, ὅτε ὁ νόμος ἐδόθη· νῦν δὲ τοῦ Θεοῦ Λόγου ἀνθρώπου γενομένου, τὸ αἷμα τὴν Καινὴν Διαθήκην ἡμῖν ἐπισφραγίζει. Εἰπὼν δὲ, « Τὸ ὑπὲρ ὑμῶν διδόμενον καὶ ἐκχυνόμενον, » οὐχ ὑπὲρ τῶν ἀποστόλων μόνον δεδόσθαι δηλοῖ τὸ σῶμα αὐτοῦ, καὶ τὸ αἷμα ἐκκεχῦσθαι, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως. Ὅταν οὖν εἴπῃ, « Ὑπὲρ ὑμῶν διδόμενον, » ἀντὶ τοῦ, Ὑπὲρ τῆς ὑμετέρας φύσεως τῶν ἀνθρώπων, νόει. Τὸ μὲν οὖν παλαιὸν πάσχα ἐπὶ τῇ ἀπαλλαγῇ τῆς δουλείας τῆς ἐν Αἰγύπτῳ ἐτελεῖτο, καὶ τὸ αἷμα τοῦ προβάτου ἐπὶ τῇ συντηρήσει τῶν πρωτοτόκων· τὸ δὲ καινὸν Πάσχα ἐπὶ ἀφέσει ἁμαρτιῶν, καὶ ἐπὶ συντηρήσει τῶν ἡγιασμένων καὶ ἀφωρισμένων λογισμῶν τῷ Θεῷ. Πρῶτον δὲ ὁ ἄρτος, εἶτα τὸ ποτήριον. Προτέρα γὰρ ἡ ἐπίπονος πρᾶξις καὶ δυσκατέργαστος· ἱδρῶτες γὰρ προηγοῦνται τῆς ἀρετῆς· ὥσπερ οὖν καὶ ὁ ἄρτος οὐ μόνον ἐν ἱδρῶτι τοῦ προσώπου γεωργεῖται, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ ἐσθιεσθαι δυσκατεργαστότερός ἐστιν, εἶθ' οὕτω μετὰ τοὺς πόνους ἡ εὐφροσύνη τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος, ὅπερ ἐστὶ τὸ ποτήριον. Μεθ' ὃ γάρ τις ἐν τῇ ἀρετῇ τῇ δυσκατεργάστῳ κοπιάσῃ, τότε τῶν χαρισμάτων ἄξιος γίνεται, καὶ πάσχει τὴν καλὴν μέθην, Δαυὶδ· τολμητέον δὲ εἰπεῖν, καὶ ὡς ὁ Θεὸς παρὰ τῷ

« Πλὴν ἰδοὺ ἡ χεὶρ τοῦ παραδιδόντος με, μετ' ἐμοῦ ἐπὶ τῆς τραπέζης. Καὶ ὁ μὲν Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου πορεύεται κατὰ τὸ ὡρισμένον· πλὴν οὐαὶ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ, δι' οὗ παραδίδοται. Καὶ αὐτοὶ ἤρξαντο συζητεῖν πρὸς ἑαυτοὺς, τὸ τίς ἄρα εἴη ἐξ αὐτῶν ὁ μέλλων τοῦτο πράσσειν. Ἐγένετο δὲ καὶ φιλονεικία ἐν αὐτοῖς, τὸ τίς αὐτῶν δοκεῖ εἶναι μείζων. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· Οἱ βασιλεῖς τῶν ἐθνῶν κυριεύουσιν αὐτῶν, καὶ οἱ ἐξουσιάζοντες αὐτῶν, εὐεργέται καλοῦνται. Ὑμεῖς δὲ οὐχ οὕτως· ἀλλ' ὁ μείζων ἐν ὑμῖν, γενέσθω ὡς ὁ νεώτερος, καὶ ὁ ἡγούμενος ὡς ὁ διακονῶν. Τίς γὰρ μείζων; ὁ ἀνακείμενος, ἢ ὁ διακονῶν; οὐχὶ ὁ ἀνακείμενος; Ἐγὼ δέ εἰμι ἐν μέσῳ ὑμῶν ὡς ὁ διακονῶν. » Οὐδὲν πεπωρωμένης ψυχῆς ἠλιθιώτερον. Ἰδοὺ γοῦν ὁ Κύριος ὅρα τί φησιν, ὅτι « Ἡ χεὶρ τοῦ παραδιδόντος με, ἐπὶ τῆς τραπέζης μετ' ἐμοῦ· » καὶ ὁ ἀσύνετος οὐκ ἠσθάνετο. Καὶ γὰρ οὐ μόνον, ἵνα δείξῃ ὅτι οὐκ ἀγνοεῖ τὸ συμβησόμενον, ταῦτα λέγει ὁ Κύριος, ἀλλὰ καὶ ἵνα δείξῃ ἡμῖν καὶ τὴν οἰκείαν ἀγαθότητα, καὶ τὴν τοῦ προδότου πονηρίαν, ὅτι καὶ συνέστιος γενέσθαι οὐκ ἠρυθρίασεν. Οὐδὲ πάλιν αὐτὸς ἀφῆκε τὰ οἰκεῖα ποιῶν, καὶ τύπον ἡμῖν τιθεὶς, ἵνα ἄχρι τέλους σπουδάζωμεν κερδῆσαι τοὺς πταίοντας. « Καὶ ὁ μὲν Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου,

A Bibet igitur tunc novam quamdam potionem cum discipulis, revelans eis semper nova quædam et insolita. Duorum autem Lucas videtur meminisse poculorum. Et de uno quidem dicit : « Accipite et dividite inter vos ; » quod Veteris Testamenti figuram quis esse dixerit ; et de altero quod illud, postquam fregit panem et distribuit, ipse distribuit discipulis, quod et Novi Testamenti nominat, et suo sanguine dicit hoc innovari. In Veteri enim sanguis erat brutorum animalium, cum lex vigeret : nunc autem cum Verbum Dei homo factum est, sanguis Novum Testamentum nobis obsignavit. Dicendo autem, « Quod pro vobis datur et effunditur, » non pro solis apostolis signat corpus ejus esse datum, et sanguinem ejus esse effusum, sed pro humano B genere. Quando igitur dicit, « Quod pro vobis datur, » intellige, Pro vestro hominum genere. Vetus enim pascha perficiebatur ob liberationem servitutis ex Ægypto, et sanguis agni propter servata primogenita : Novum autem pascha propter remissionem peccatorum, et conservationem cogitationum sanctificatarum, et consecratarum Deo. Primum autem **469** panis, et deinde poculum. Primum enim laboriosior actio et difficilior ; sudores enim præcedunt virtutem : quemadmodum panis, non solum in sudore faciei excolitur, sed et comedendo operosior est ; deinde post labores lætitia divinæ gratiæ, quæ signatur per poculum. Postquam enim quis in virtutibus diu graviterque laboraverit, tandem C dignus est donis, et inebriatur laudata illa ebrietate qua excedit ex hoc mundo, sicut Paulus et David, et ut audentius quiddam dicam, sicut et Deus apud Habacuc.

ἐξιστάμενος τοῦ κόσμου τουτου, ὡς ὁ Παῦλος, καὶ ὁ Ἀββακούμ.

VERS. 21-27. « Verumtamem ecce manus tradentis me, mecum est in mensa. Et Filius quidem hominis secundum quod definitum est, vadit : verumtamen væ homini illi per quem proditur. Et ipsi cœperunt quærere inter sese, quisnam esset ex ipsis qui hoc facturus esset. Facta est autem et contentio inter eos quis eorum videretur esse major. Dixit autem eis : Reges gentium dominantur eis, et qui potestatem habent super eas, benefici vocantur. Vos autem non sic : sed qui major est in vobis, fiat sicut D junior : et qui princeps est, sicut qui ministrat. Nam uter major est, qui accumbit, an qui ministrat ? nonne qui accumbit ? At ego in medio vestrum sum ut qui ministrat. » Nihil excæcatis miserius est. Vide enim quid Dominus dicat : « Ecce manus tradentis me, mecum est in mensa : » et stupidus non sensit. Etenim Dominus hæc dicit, non solum ut ostendat se non ignorare quod eveniet, sed et ut nobis suam bonitatem, et proditoris malitiam ostendat, qui non erubuerit secum convivari. Nam Dominus non omisit sua facere, ut nobis exemplum daret ut usque in finem lapsos lucrari studeamus. Et « Filius quidem hominis, inquit, vadit, » : non quasi non valeat se vindicare, sed quia olim decreverat

Digitized by Google

mori in salutem hominum. « Verumtamen væ homini illi per quem traditur. » Nam prædestinatum quidem est ut patiatur : sed tu quare inventus es malus, et ita ad proditionem paratus ? Propterea tibi væ adjudicatum est, quia inventus es studens proditioni ; quia etiam serpens maledictus est eo quod servivit diaboli consiliis. Turbati sunt autem discipuli auditis his, et hoc latius disces in Evangelio Joannis. Nunc autem non de suspicione proditionis tantum turbantur, sed ex turbatione illa ad contentiones veniunt, contendentes quis ex ipsis esset maximus. Inciderunt autem in hanc litem quia verisimile est quod inter se dixerint unus alteri : Tu proditurus es, et alius alteri : Tu. Et inde eo pervenerunt ut dicerent : Ego sum melior, et, Ego sum major, et similia. Quid igitur Dominus ? Comprimit tumultum hunc duobus exemplis. Uno gentilium, quos abominabantur : ostendens quod illis assimilandi sint, si sapiant similia. Altero **470** autem suo exemplo. Eos enim ad humilitatem exemplo suo ducit, ostendens quod ipse ministret eis. Etenim tunc, sicut dictum est, panem suum et potum distribuit. Cum igitur ego, quem omnis rationalis et angelica creatura adorant, in medio vestri ministro, quomodo vos digni estis qui magna de vobis sentiatis, et primas partes capiatis ? Videtur autem mihi non obiter hujus recubitus et ministerii meminisse, sed reducere eis in memoriam, quia De uno pane comedistis, et ex uno calice bibistis, amicos et unanimes una mensa fecit : quare ergo sapitis quæ tales non decent ? Et neque ego uni quidem servivi, alteri autem non servivi, sed ex æquo omnibus vobis : omnes igitur unum et idem sentiatis. Tu autem ex his omnibus intelligas quod discipuli adhuc imperfecti fuerint, sed vide quomodo et postea refulserint. Confundantur Manichæi, qui dicunt quosdam natura esse indociles, et impossibilem esse vitæ mutationem.

VERS. 28-34. « Vos autem estis qui permansistis mecum in tentationibus meis : et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnum, ut edatis et bibatis, super mensam meam in regno meo, et sedeatis super thronos, judicantes duodecim tribus Israel. Ait autem Dominus : Simon, Simon, ecce, Satanas expetivit vos, ut cribraret sicut triticum : sed ego rogavi pro te, ne deficiat fides tua. Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos. At ille dixit ei : Domine, tecum paratus sum et in carcerem et in mortem ire. At ille dixit : Dico tibi, Petre, non canet hodie gallus priusquam ter abneges nosse me. » Postquam dixit traditori væ, et in medio docuit eos humiles esse : sicut traditori væ adjudicavit, ita e diverso, inquit : Vos estis qui mansistis mecum in tentationibus meis, ideo et mercedem vobis dispono, hoc est, paciscor vobiscum ut, cum Pater meus disposuerit mihi, hoc est, segregaverit mihi regnum, edatis et bibatis

A φησὶ, πορεύεται · » οὐχ ὡς ἀσθενῶν ἀμῦναι ἑαυτῷ, ἀλλ' ὡς ὁρίσας ἑαυτῷ τὸν θάνατον ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ἀνθρώπων. « Πλὴν οὐαὶ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ, δι' οὗ παραδίδοται. » Ὥρισται μὲν γὰρ παθεῖν, ἀλλὰ σὺ διὰ τί εὑρέθης κακὸς, ὥστε πρὸς προδοσίαν ἕτοιμος εἶναι ; Διὰ τοῦτο οὖν σοι τὸ οὐαὶ ἀποκεκλήρωται, ὅτι εὑρέθης ἐπιτήδειος εἰς προδοσίαν · ἐπεὶ καὶ ὁ ὄφις ἐπικατάρατος, διότι ὑπούργησε τῇ τοῦ διαβόλου συμβουλῇ. Ἐθορυβήθησαν δὲ οἱ μαθηταὶ ταῦτα ἀκούσαντες · καὶ τοῦτο πλατύτερον μαθήσῃ ἐν τῷ κατὰ Ἰωάννην. Νῦν δὲ οὐ περὶ τῆς ὑπονοίας τῆς προδοσίας θορυβοῦνται μόνον, ἀλλ' ἐκ τούτου τοῦ θορύβου καὶ εἰς ἔριν ἔρχονται, φιλονεικοῦντες τίς αὐτῶν εἴη μείζων. Ἐνέπεσον δὲ εἰς ταύτην τὴν ἔριν ἀκολούθως. Ἐπεὶ γὰρ πρὸς ἀλλήλους εἰκὸς ἦν λέγειν, ὅτι Σὺ B μέλλεις προδιδόναι · καὶ αὖ ἐκεῖνος τούτῳ, ὅτι Σύ · ἐκ τούτου προήχθησαν εἰς τὸ λέγειν · Ἐγώ εἰμι κρείττων, καὶ, Ἐγώ εἰμι μείζων, καὶ τὰ τοιαῦτα. Τί οὖν ὁ Κύριος ; Καταστέλλει τὸν θόρυβον τούτων δυσὶν ὑποδείγμασιν, ἑνὶ μὲν τῷ τῶν ἐθνικῶν, οὓς βδελυκτοὺς εἶχον, δεικνύων ὅτι τούτοις ἐοικότες ἔσονται, εἰ τοιαῦτα φρονοῦσιν · ἑτέρῳ δὲ τῷ ἑαυτοῦ · δι' ἑαυτοῦ γὰρ εἰς ταπεινοφροσύνην ἄγει, δεικνὺς ἑαυτὸν διακονοῦντα αὐτοῖς. Καὶ γὰρ δὴ τότε, καθὰ εἴρηται, τὸν ἄρτον αὐτοῖς καὶ τὸ ποτήριον διένειμεν. Ἐπεὶ τοίνυν ἐγὼ ὁ ὑπὸ πάσης ἀγγελικῆς καὶ λογικῆς φύσεως προσκυνούμενος, ἐν μέσῳ ὑμῶν διακονῶ, πῶς ὑμεῖς ἀξιοῦτε μεγαλοφρονεῖν, καὶ περὶ πρωτείων ἐρίζειν; Δοκεῖ δέ μοι μηδὲ παρέργως οὕτω μνημονεῦσαι τῆς ἀνακλίσεως ταύτης καὶ τῆς διακονίας, ἀλλ' ἀναμιμνήσκων αὐτοὺς, ὅτι Εἷ ἐξ ἑνὸς ἄρτου ἐφάγετε, καὶ C ἐξ ἑνὸς ποτηρίου ἐπίετε, φίλους ὑμᾶς καὶ ἡνωμένους ἡ μία τράπεζα ποιεῖ· διατί τοίνυν ἀναξίως τούτων φρονεῖτε ; Ἀλλ' οὐδ' ἐγὼ τούτῳ μὲν διηκόνησα, τούτῳ δ' οὔ, ἀλλὰ πᾶσιν ὑμῖν ἐπίσης πάντες οὖν ἓν καὶ τὸ αὐτὸ φρονεῖτε. Σὺ δέ μοι ἐκ πάντων τούτων ἐννόει, πῶς ἀτελεῖς ἦσαν ἔτι οἱ μαθηταί · ἀλλ' ἴδε πῶς ὕστερον ἔλαμψαν. Ἐντρεπέσθωσαν Μανιχαῖοι λέγοντες, ὅτι ἐκ φύσεώς εἰσί τινες ἀμαθεῖς, καὶ ἀδύνατον μετατεθῆναι τούτους.

Pater, in manus tuas commendo spiritum meum [43]. Et hæc cum dixisset, exspiravit. Cum vidisset autem centurio quod accidit, glorificavit Deum, dicens, Vere hic homo justus erat. Et omnes turbæ eorum qui simul accesserant ad spectaculum istud, et viderant quæ contingebant, percutientes pectora sua revertebantur. Stabant autem omnes noti ejus procul, et mulieres quæ secutæ eum erant a Galilæa, spectantes hæc. » Signum quærebant aliquando Judæi videre de cœlo. Ecce igitur signum rarum, tenebræ. Scinditur autem velum templi, ostendente Domino quod non ultra inaccessa erunt Sancta sanctorum, sed Romanis tradita profanabuntur. Vel aliter : Ostendit quod velum quod divisit nos a sanctis in cœlo, scindatur, hoc est inimicitiæ et peccatum. Hoc enim fuit magnum interstitium, quod nos ab illis qui ibi erant, distinguebat. Ostendit autem quod non propter impotentiam crucifixus sit. Nam qui talia fecit, etiam illos potuisset perdere et ab aspectu removere. Cum vero voce magna clamasset, emisit spiritum. Potestatem enim habebat animam suam ponere, et iterum accipere eam. Vox item illa centurioni et alia miracula fidei **489** fuerunt argumenta. Non enim sicut communis homo, sed cum magna potestate mortuus est. Et depositum mortem nominavit, tanquam iterum recepturus animam. Hac autem voce primum libertatem assecutæ sunt animæ nostræ, diabolo post hæc nullam in eas habente potestatem, utpote Patri commendatas. Ante mortem enim Christi magnum jus fuit diabolo in animas. A quo autem tempore Filius non inferno, sed paternis manibus commendavit spiritum, libertatem assecutæ sunt ab inferno. Et hoc quod dicit Dominus, « Quando exaltatus fuero, traham ad me omnia, » nunc videtur consummatum. Exaltatus enim in cruce, traxit latronem, traxit centurionem. Percusserunt autem et pectora Judæorum quidam, et crucifixores arguebant, manifeste Jesum justificantes. Et discipuli quidem fugerunt : mulieres autem, condemnatum et maledictum genus, permanent ac spectant hæc omnia, et justificatione ac benedictione illa fruuntur primæ, sicut et resurrectione. Tu autem admirare cæcitatem Judæorum, quod dicunt, « Descendat de cruce, et credemus in eum : » cum visis majoribus non credant. Num enim æquale est, descendisse de cruce, et obtenebrari solem, petras rumpi, terræmotum horribilem fieri, mortuos resurgere, velum scindi, et universam creaturam alterari? Unde non est quod quis dubitet quare non descenderit. Satis enim habeat certum, quod licet etiam hoc fecisset, neque tunc credidissent, et nihil aliud secutum fuisset, quam abbreviatam salutem per crucem. Crux enim inter omnia maxima gloria Christi est. Igitur qui fecit majora, cum non crederent illi, duo præcipua operatus est : et magnum crucis tropæum usque ad finem sustinuit, et illos declaravit ingratos

[43] Psal. xxx, 6.

A χεῖράς σου παρατίθημι τὸ πνεῦμά μου. Καὶ ταῦτα εἰπών, ἐξέπνευσεν. Ἰδὼν δὲ ὁ ἑκατόνταρχος τὸ γενόμενον, ἐδόξασε τὸν Θεὸν λέγων · Ὄντως ὁ ἄνθρωπος οὗτος δίκαιος ἦν. Καὶ πάντες οἱ συμπαραγενόμενοι ὄχλοι ἐπὶ τὴν θεωρίαν ταύτην, θεωροῦντες τὰ γενόμενα, τύπτοντες ἑαυτῶν τὰ στήθη, ὑπέστρεφον. Εἱστήκεισαν δὲ πάντες οἱ γνωστοὶ αὐτοῦ μακρόθεν, καὶ γυναῖκες αἱ συνακολουθήσασαι αὐτῷ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας, ὁρῶσαι ταῦτα. » Σημεῖον ἐπεζήτουν οἱ Ἰουδαῖοί ποτε ἰδεῖν ἐξ οὐρανοῦ. Ἰδοὺ γοῦν σημεῖον, τὸ ξένον τοῦτο σκότος · σχίζεται δὲ καὶ τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ, δεικνύντος τοῦ Κυρίου, ὅτι οὐκ ἔτι ἄδατα ἔσται τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων, ἀλλὰ τοῖς Ῥωμαίοις παραδοθέντα, βάστμα καὶ βέβηλα γενήσονται. Καὶ ἄλλως δὲ, δείκνυσιν ὅτι τὸ καταπέτασμα, ὃ διεῖργεν ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ἐν οὐρανοῖς ἁγίων, σχίζεται, ἤτοι ἡ ἔχθρα καὶ ἡ ἁμαρτία · τοῦτο γὰρ ἦν τὸ μέγα διάφραγμα, τὸ διιστῶν ἡμᾶς ἐκεῖθεν. Δείκνυσι δὲ, ὅτι οὐ δι' ἀδυναμίαν ἐσταυρώθη · ὁ γὰρ ταῦτα ποιήσας, ἠδύνατο κἀκείνους διαῤῥῆξαι καὶ ἀφανίσαι. Φωνῇ δὲ μεγάλῃ κράξας, ἀφῆσι τὸ πνεῦμα. Ἐξουσίαν γὰρ εἶχε τὴν ψυχὴν αὐτοῦ θεῖναι, καὶ πάλιν λαβεῖν αὐτήν. Καὶ ἡ φωνὴ αὕτη τῷ κεντυρίωνι καὶ τἆλλα θαύματα πίστεως πρόφασις ἐγένετο. Οὐ γὰρ ὡς κοινὸς ἄνθρωπος, ἀλλὰ δεσποτικῶς ἀπέθνησκε. Καὶ παραθήκην τὸν θάνατον ὠνόμασεν, ὡς πάλιν λῃψόμενος τὴν ψυχήν. Ταύτῃ δὲ τῇ φωνῇ τῇ πρώτῃ ἐλευθερίας ἠξιώθησαν αἱ ψυχαὶ ἡμῶν, οὐκ ἔτι τοῦ διαβόλου ἔχοντος [ἰσχὺν κατ'] αὐτῶν, ἀλλὰ τῷ Πατρὶ παρατιθεμένων. Πρὸ γὰρ τοῦ θανάτου τοῦ Χριστοῦ μέγα δίκαιον ἦν τῷ διαβόλῳ κατὰ τῶν ψυχῶν· ἀφ' οὗ δὲ ὁ Υἱὸς οὐκ εἰς τὸν ᾅδην, ἀλλ' εἰς τὰς πατρικὰς χεῖρας παρέθηκε τὸ πνεῦμα, ἐλευθερίας ἔτυχον οἱ ἐξ ᾅδου. Ὅπερ δὲ εἶπεν ὁ Κύριος, ὅτι « Ὅταν ὑψωθῶ, πάντα ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν, » νῦν ὁρᾶται τελεσθέν. Ὑψωθεὶς γὰρ ἐπὶ σταυροῦ, εἵλκυσε λῃστήν, εἵλκυσεν ἑκατόνταρχον. Ἔτυπτον δὲ καὶ τὰ στήθη τῶν Ἰουδαίων τινὲς, καὶ τοῖς σταυρωταῖς ἐπιμεμφόμενοι, προδήλως τὸν Ἰησοῦν ἐδικαίουν. Οἱ μὲν οὖν μαθηταὶ ἔφυγον· αἱ γυναῖκες δὲ, τὸ κατάκριτον γένος καὶ ἐπάρατον, παραμένουσι, καὶ θεωροῦσι ταῦτα πάντα, καὶ τῆς ἐντεῦθεν δικαιώσεως καὶ εὐλογίας ἀπολαύουσι πρῶται, ὥσπερ οὖν καὶ τῆς ἀναστάσεως. Σὺ δέ μοι θαύμαζε τὴν πώρωσιν τῶν Ἰουδαίων. Οἱ γὰρ λέγοντες, ὅτι « Καταβάτω ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, καὶ πιστεύσομεν αὐτῷ, » τὰ μείζω ἰδόντες, οὐ πιστεύουσιν. Οὐ γὰρ ἴσον ἦν καταβῆναι ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, καὶ σκοτίσαι ἥλιον, πέτρας ῥῆξαι, σεισμὸν φοβερὸν ἐπισεῖσαι, νεκροὺς ἀναστῆσαι, καταπέτασμα σχίσαι, καὶ ὅλην τὴν κτίσιν ἀλλοιῶσαι; Ὥστε μηδεὶς ἔτι ἀπορείτω διατί οὐ κατέβη, ἀλλὰ ἀπεριέργως δεχέσθω ταῦτα, λογιζόμενος, ὅτι εἰ καὶ τοῦτο ἐποίησεν, οὐδ' οὕτως ἐπίστευσαν· καὶ οὐδὲν ἄλλο, ἢ ἡ διὰ τοῦ σταυροῦ σωτηρία ἐκολοβοῦτο. Ὁ γὰρ σταυρὸς δόξα Χριστοῦ, μάλιστα πάντων. Ποιήσας οὖν τὰ μείζω, μὴ πιστευσάντων ἐκείνων, δύο ἐν ταυτῷ κατώρθωσε, τόν τε σταυρὸν ἄχρι τέλους, τὸ μέγα τρόπαιον, ὑπέμεινέ τε καὶ ἀνε-

Digitized by Google

δέξατο· κἀκείνους ἔδειξεν ἀγνώμονας τὰ πάντα, καὶ μηδὲν ἀγαθὸν ἔχοντας, ἀλλὰ τῇ ἀπιστίᾳ συγκεκραμένους.

« Καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ ὀνόματι Ἰωσὴφ, βουλευτὴς ὑπάρχων, ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ δίκαιος (οὗτος οὐκ ἦν συγκατατεθειμένος τῇ βουλῇ καὶ τῇ πράξει αὐτῶν), ἀπὸ Ἀριμαθαίας πόλεως τῶν Ἰουδαίων, ὃς προσεδέχετο καὶ αὐτὸς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Οὗτος προσελθὼν τῷ Πιλάτῳ, ᾐτήσατο τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ, καὶ καθελὼν αὐτὸ, ἐνετύλιξεν αὐτὸ σινδόνι, καὶ ἔθηκεν αὐτὸ ἐν μνημείῳ λαξευτῷ, οὗ οὐκ ἦν οὐδέπω οὐδεὶς κείμενος. Καὶ ἡμέρα ἦν Παρασκευὴ, καὶ Σάββατον ἐπέφωσκε. Κατακολουθήσασαι δὲ γυναῖκες, αἵτινες ἦσαν συνεληλυθυῖαι αὐτῷ ἐκ τῆς Γαλιλαίας, ἐθεάσαντο τὸ μνῆμα, καὶ ὡς ἐτέθη τὸ σῶμα αὐτοῦ. Ὑποστρέψασαι δὲ ἡτοίμασαν ἀρώματα καὶ μύρα. Καὶ τὸ μὲν Σάββατον ἡσύχασαν κατὰ τὴν ἐντολήν. » Εἰ καὶ πρώην κρυπτόμενος ἦν Ἰωσὴφ, ἀλλ' οὖν νῦν πρᾶγμα ἀξιέπαινον ποιεῖ, καίτοι βουλευτὴς ὑπάρχων καὶ πλούσιος, καὶ τολμᾷ ζητῆσαι σῶμα ἀνθρώπου, ὡς ἀντάρτου καὶ στασιαστοῦ σταυρωθέντος, καὶ οὐδένα κίνδυνον ὑπελογίσατό. Καίτοι δεινὸν ὁ πλοῦτος, ἀλλὰ καὶ αἰτεῖται, καὶ ἐντίμως θάπτει, καὶ ἐν μνημείῳ λαξευτῷ, ἔνθα οὐδεὶς ἄλλος κατέκειτο· ἵνα μὴ εἴπωσιν οἱ συκοφάνται, ὅτι ἕτερον σῶμα ἀνέστη. Αἱ δὲ γυναῖκες, εἰ καὶ πίστιν εἶχον πρὸς τὸν Κύριον, ἀλλ' οὐχ οἵαν ἔδει, ἀλλ' ἀσθενῆ καὶ μικράν. Ὡς γὰρ ψιλὸν ἄνθρωπον νομίζουσαι, μύρα τε καὶ ἀρώματα ἑτοιμάζουσι, κατὰ τὸ κρατῆσαν ἔθος παρὰ Ἰουδαίοις πάντως ἐπὶ τοῖς νεκροῖς. Καὶ τὸ μὲν Σάββατον ἡσυχάζουσι, κατὰ τὴν τοῦ νόμου ἐντολήν.

esse per omnia, et nihil boni habere, sed incredulitate fermentatos et perditos.

Vers. 50-56. « Et ecce, vir nomine Joseph, decurio, qui erat vir bonus ac justus, (hic non consenserat consilio ac facto eorum, oriundus ab Arimathæa civitate Judæorum, qui exspectabat et ipse regnum Dei. Hic accessit ad Pilatum, et postulavit corpus Jesu, et depositum involvit sindone, et posuit illud in monumento, quod erat in lapide excisum in quo nondum quisquam positus fuerat. Et dies erat Parasceve, et Sabbatum illucescebat. Subsecutæ autem mulieres, quæ cum eo venerant de Galilæa, viderunt monumentum, et quemadmodum positum erat corpus ejus. Reversæ vero paraverunt aromata et unguenta, ac sabbato quidem quieverunt secundum præceptum. » Joseph tametsi primo latuerit, rem tamen laude dignam nunc facit, quamvis consiliarius esset ac dives, et audet petere corpus hominis crucifixi quasi perduellis et seditiosi, 490 nullumque periculum suspicatur, licet periculum esset divitiarum : sed et petit, et honorifice sepelit, et in monumento exciso ubi nullus alius jacuerat, ut ne dicant sycophantæ quod aliud corpus surrexerit. Mulieres autem etsi fidem habebant erga Dominum, non tamen qualem oportebat, sed infirmam ac parvam. Habebant enim eum pro puro homine, unde et aromata et unguenta paraverant, juxta veterem Judæorum consuetudinem semper observatam de mortuis ungendis. Et sabbato quidem quieverunt juxta mandatum legis.

ΚΕΦΑΛ. ΚΔ'.

Περὶ τῶν σκοπουμένων τὸν τάφον γυναικῶν. Περὶ τοῦ Πέτρου τρέχοντος πρὸς τὸν τάφον. Περὶ Κλεόπα. Περὶ τοῦ ὀφθέντος Ἰησοῦ. Περὶ τῆς ἀναβάσεως εἰς τὸν οὐρανόν.

« Τῇ δὲ μιᾷ τῶν Σαββάτων ὄρθρου βαθέος ἦλθον ἐπὶ τὸ μνῆμα, φέρουσαι ἃ ἡτοίμασαν ἀρώματα, καί τινες σὺν αὐταῖς. Εὗρον δὲ τὸν λίθον ἀποκεκυλισμένον ἀπὸ τοῦ μνημείου· καὶ εἰσελθοῦσαι, οὐχ εὗρον τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ διαπορεῖσθαι αὐτὰς περὶ τούτου, καὶ ἰδοὺ ἄνδρες δύο ἐπέστησαν αὐταῖς, ἐν ἐσθῆσιν ἀστραπτούσαις. Ἐμφόβων δὲ γενομένων αὐτῶν, καὶ κλινουσῶν τὸ πρόσωπον εἰς τὴν γῆν, εἶπον πρὸς αὐτάς· Τί ζητεῖτε τὸν ζῶντα μετὰ τῶν νεκρῶν; Οὐκ ἔστιν ὧδε, ἀλλ' ἠγέρθη. Μνήσθητε, ὡς ἐλάλησεν ὑμῖν ἔτι ὢν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ, λέγων, ὅτι Δεῖ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου παραδοθῆναι εἰς χεῖρας ἀνθρώπων ἁμαρτωλῶν, καὶ σταυρωθῆναι, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστῆναι. Καὶ ἐμνήσθησαν τῶν ῥημάτων αὐτοῦ· καὶ ὑποστρέψασαι ἀπὸ τοῦ μνημείου, ἀπήγγειλαν ταῦτα πάντα τοῖς ἕνδεκα, καὶ πᾶσι τοῖς λοιποῖς· ἦσαν δὲ ἡ Μαγδαληνὴ Μαρία, καὶ Ἰωάννα, καὶ Μαρία Ἰακώβου, καὶ αἱ λοιπαὶ σὺν αὐταῖς, αἳ ἔλεγον πρὸς τοὺς ἀποστόλους ταῦτα. Καὶ ἐφάνησαν ἐνώπιον αὐτῶν ὡσεὶ λῆρος τὰ ῥήματα αὐτῶν, καὶ ἠπίστουν αὐταῖς. Ὁ δὲ Πέτρος ἀναστὰς, ἔδραμεν ἐπὶ τὸ μνημεῖον, καὶ παρακύψας βλέπει κείμενα τὰ ὀθόνια μόνα, καὶ ἀπῆλθε πρὸς ἑαυτὸν

CAPUT XXIV.

De invisentibus sepulcrum mulieribus. De Petro ad monumentum currente. De Cleopa. De apparitione Jesu. De ascensione in cœlum.

Vers. 1-12. « Una autem Sabbatorum, profundo crepusculo, venerunt ad monumentum, portantes quæ paraverant aromata, et nonnullæ cum illis. Repererunt autem lapidem revolutum a monumento : et ingressæ, non invenerunt corpus Domini Jesu. Et factum est, dum mente consternatæ essent de hoc, ecce duo viri steterunt juxta illas in vestibus fulgurantibus. Cum expavissent autem, et declinarent vultum in terram, dixerunt ad illas : Quid quæritis viventem cum mortuis ? Non est hic, sed surrexit. Recordamini ut dixerit vobis, cum adhuc in Galilæa esset, dicens quod oportuerit Filium hominis tradi in manus hominum peccatorum, et crucifigi et die tertio resurgere. Et recordatæ sunt verborum ejus, et regressæ a monumento nuntiaverunt hæc omnia illis undecim, et cæteris omnibus. Erant autem Maria Magdalene, et Joanna, et Maria Jacobi, et cæteræ quæ cum eis erant, quæ dicebant ad apostolos hæc. Et visa sunt apud illos ceu deliramentum verba illarum, neque crediderunt illis. Petrus autem surgens cucurrit ad monumentum, et prospiciens videt linteamina sola posita, et abiit apud semetipsum admirans quod acciderat. »

Digitized by Google

Unam Sabbatorum, primam dierum Sabbati, hoc est, hebdomadæ dierum nominat, quæ apud nos propter resurrectionem Domini, Dominica dicitur. In illa igitur venerunt ad monumentum mulieres ferentes aromata. « Venerunt autem crepusculo profundo, » quod vespere Sabbatorum nominat Matthæus[44]. Profundum enim crepusculum idem est quod valde vespere. « Invenerunt autem lapidem devolutum. » Angelus enim devolverat eum, ut Matthæus ait. Porro ingressis illis duo viri apparent. Unus[1] quidem apud Matthæum sedebat super lapidem; hi autem duo viri intra monumentum steterunt. Variæ enim visiones sunt. Fulgurantibus **491** autem vestibus apparent, ob splendorem resurrectionis. Et recordari illas faciunt eorum, quæ a Christo dicta fuerunt, quod cum oportuerit, hoc est necessarium fuerit, tradi in manus hominum peccatorum, Romanorum scilicet, qui Gentiles erant et abominabiles: et tertia die resurgere. De resurrectione, quomodo trium fuerit dierum, satis diximus in Evangelio Matthæi. Reversæ vero a sepulcro, cum apostolis hæc dicerent, visæ sunt delirare: adeo incredibile videbatur hominibus resurrectionis miraculum. At Petrus non cessat quemadmodum neque ignis materiam nactus: sed venit ad sepulturam, et videt sola lintea: et tunc hanc utilitatem primum accipit a transitu ad sepulcrum. « Admirans, » hoc est, subsannans. Abiit enim, inquit, ad seipsum, hoc est, « secum admirans factum: » quomodo autem sudaria sola fuerint relicta, idque corpore myrrha inuncto? Quomodo tantum otii habuisset fur, ut relictis illis in quæ involutum erat, furatus fuisset corpus, idque militibus prope sedentibus? Mariam vero Jacobi, Deiparam intellige. Sic enim illam nominabant, quia putabatur mater Jacobi, filii Joseph, quem et parvum dicebant, fratrem Domini inquam. Erat enim et magnus unus ex duodecim ille Zebedæi.

VERS. 13-24. « Et ecce duo ex illis ibant eodem die in castellum quod aberat spatio stadiorum sexaginta ab Hierosolymis, nomine Emmaus; et ipsi confabulabantur inter se de his omnibus quæ acciderant. Et factum est dum confabularentur ac disputarent, et ipse Jesus appropinquans ibat una cum illis. Cæterum oculi illorum tenebantur ne eum agnoscerent. Et ait ad illos: Qui sunt hi sermones quos confertis inter vos ambulantes, et estis tristes? Ac respondens unus, cui nomen Cleophas, dixit ei, Tu solus peregrinus es Jerosolymis, neque cognovisti quæ facta sunt illic his diebus? Quibus ille dixit, Quæ? Et dixerunt ei, De Jesu Nazareno, qui fuit vir propheta, potens opere et sermone coram Deo et toto populo: et quomodo eum tradiderunt summi sacerdotes et principes nostri in condemnationem mortis, et crucifixerunt eum. Nos autem sperabamus eum esse illum qui

[44] Matth. xxviii, 2.

A θαυμάζων τὸ γεγονός. » Μίαν τῶν Σαββάτων, τὴν πρώτην τῶν τοῦ Σαββάτου, ἤτοι τῆς ἑβδομάδος ἡμερῶν ὀνομάζει, ὅπερ ἐστὶ, τὴν παρ' ἡμῖν ἐκ τῆς τοῦ Κυρίου ἀναστάσεως ὀνομαζομένην Κυριακήν. Κατ' αὐτὴν οὖν ἦλθον ἐπὶ τὸ μνῆμα αἱ γυναῖκες, φέρουσαι ἀρώματα. Ἦλθον δὲ βρῶρου βαθέος, ὃ ὁ Ματθαῖος, « Ὀψὲ Σαββάτων, » φησί· ὁ γὰρ βαθὺς βρῶρος εἰς ταυτὸν φέρει τῷ λίαν ὀψέ. « Εὗρον δὲ τὸν λίθον ἀποκεκυλισμένον· » ἄγγελος γὰρ ἀπεκύλισεν αὐτὸν, ὡς ὁ Ματθαῖός φησιν. Εἰσελθούσαις δὲ αὐταῖς δύο ἄνδρες φαίνονται. Ὁ μὲν γὰρ ὁ ἐν τῷ Ματθαίῳ ἐπεκάθητο τῷ λίθῳ, οὗτοι δὲ οἱ δύο ἄνδρες ἔσωθεν τοῦ μνημείου ἐφίστανται· διάφοροι γὰρ αἱ ὀπτασίαι· λευχείμονες δὲ φαίνονται, διὰ τὸ λαμπρὸν τῆς ἀναστάσεως. Καὶ ἀναμιμήσκουσιν αὐτὰς τῶν παρ' B ἐκείνου ῥηθέντων, ὅτι δεῖ, τουτέστιν, ἀναγκαῖόν ἐστι, παραδοθῆναι εἰς χεῖρας ἀνθρώπων ἁμαρτωλῶν, τῶν Ῥωμαίων δηλαδὴ, ὡς ἐθνικῶν ὄντων καὶ βδελυκτῶν, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστῆναι. Εἴπομεν περὶ τῆς ἀναστάσεως, πῶς ἐστι τριήμερος, ἱκανῶς ἐν τῷ κατὰ Ματθαῖον. Ὑποστρέψασαι δὲ ἀπὸ τοῦ μνημείου, καὶ τοῖς ἀποστόλοις ταῦτα λέξασαι, ληρεῖν ἔδοξαν· οὕτως ἄπιστον φύσει τοῖς ἀνθρώποις δοκεῖ τὸ τῆς ἀναστάσεως θαῦμα. Ὁ μέντοι Πέτρος οὐκ ἀργεῖ, ὥσπερ οὐδὲ τὸ πῦρ ὕλης λαβόμενον, ἀλλ' ἔρχεται ἐπὶ τὸ μνῆμα, καὶ βλέπει μόνα τὰ ὀθόνια. Καὶ τέως τοῦτο ὠφελεῖται πρῶτον ἀπὸ τῆς πρὸς τὸ μνῆμα ἀφίξεως, τὸ θαυμάζειν, ἀντὶ τοῦ, χλευάζειν. « Ἀπῆλθε γὰρ, φησὶ, πρὸς ἑαυτὸν, » C τουτέστι, καθ' ἑαυτὸν, « θαυμάζων τὸ γεγονός. » Πῶς γὰρ τὰ ὀθόνια μόνα κατελείφθησαν, καὶ ταῦτα σμύρνῃ ἀλειμμένου τοῦ σώματος; πόστην δ' ἂν εἶχε σχολὴν ὁ κλέπτης, ὥστε ταῦτα ἰδίᾳ ἐντετυλιγμένα ἀφεὶς, τὸ σῶμα ἐκφορῆσαι, καὶ ταῦτα, στρατιωτῶν παρακαθημένων; Μαρίαν δὲ Ἰακώβου, τὴν Θεοτόκον νόει· οὕτως γὰρ αὐτὴν ὠνόμαζον, ὡς μητέρα δοκοῦσαν Ἰακώβου τοῦ υἱοῦ Ἰωσὴφ, ὃν καὶ μικρὸν ἔλεγον, τὸν ἀδελφόθεόν φημι· ἦν γὰρ καὶ μέγας ὁ εἷς τῶν δώδεκα, ὁ τοῦ Ζεβεδαίου.

« Καὶ ἰδοὺ δύο ἦσαν ἐξ αὐτῶν πορευόμενοι ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ εἰς κώμην ἀπέχουσαν σταδίους ἑξήκοντα ἀπὸ Ἰερουσαλὴμ, ᾗ ὄνομα Ἐμμαούς. Καὶ αὐτοὶ ὡμίλουν πρὸς ἀλλήλους περὶ πάντων τῶν συμβεβηκότων τούτων. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ὁμιλεῖν αὐτοὺς καὶ συζητεῖν, καὶ αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς ἐγγίσας D συνεπορεύετο αὐτοῖς. Οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν ἐκρατοῦντο, τοῦ μὴ ἐπιγνῶναι αὐτόν. Εἶπε δὲ πρὸς αὐτούς· Τίνες οἱ λόγοι οὗτοι, οὓς ἀντιβάλλετε πρὸς ἀλλήλους περιπατοῦντες, καὶ ἐστὲ σκυθρωποί; Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ εἷς, ᾧ ὄνομα Κλεόπας, εἶπε πρὸς αὐτόν· Σὺ μόνος παροικεῖς ἐν Ἰερουσαλὴμ, καὶ οὐκ ἔγνως τὰ γενόμενα ἐν αὐτῇ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις; Καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Ποῖα; Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ· Τὰ περὶ Ἰησοῦ τοῦ Ναζωραίου, ὃς ἐγένετο ἀνὴρ προφήτης, δυνατὸς ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ ἐναντίον τοῦ Θεοῦ καὶ παντὸς τοῦ λαοῦ, ὅπως τε παρέδωκαν αὐτὸν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ ἄρχοντες ἡμῶν εἰς κρίμα

Digitized by Google

θανάτου, καὶ ἐσταύρωσαν αὐτόν. Ἡμεῖς δὲ ἠλπίζομεν, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ μέλλων λυτροῦσθαι τὸν Ἰσραήλ. Ἀλλά γε σὺν πᾶσι τούτοις τρίτην ταύτην ἡμέραν ἄγει σήμερον, ἀφ' οὗ ταῦτα ἐγένετο. Ἀλλὰ καὶ γυναῖκές τινες ἐξ ἡμῶν ἐξέστησαν ἡμᾶς, γενόμεναι ὄρθριαι ἐπὶ τὸ μνημεῖον· καὶ μὴ εὑροῦσαι τὸ σῶμα αὐτοῦ, ἦλθον λέγουσαι καὶ ὀπτασίαν ἀγγέλων ἑωρακέναι, οἳ λέγουσιν αὐτὸν ζῆν. Καὶ ἀπῆλθόν τινες τῶν σὺν ἡμῖν ἐπὶ τὸ μνημεῖον, καὶ εὗρον οὕτως, καθὼς καὶ αἱ γυναῖκες εἶπον· αὐτὸν δὲ οὐκ εἶδον.. » Τινὲς τὸν ἕνα τούτων τῶν δύο αὐτὸν τὸν Λουκᾶν εἶναί φασι· διὸ καὶ ἀπέκρυψε τὸ ἑαυτοῦ ὄνομα ὁ εὐαγγελιστής. Ὡμίλουν δὲ πρὸς ἀλλήλους οὗτοι περὶ πάντων τῶν συμβεβηκότων, οὐχ ὡς πιστεύοντες, ἀλλ' ὡς διαποροῦντες, καὶ ὡς ἐπὶ πράγμασιν ἐξαισίοις ἐξιστάμενοι, καὶ τῷ παραδόξῳ μὴ ῥᾳδίως ἔχοντες συνθέσθαι. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐγγίσας συνεπορεύετο αὐτοῖς. Πνευματικὸν γὰρ καὶ θειότερον ἔχων τὸ σῶμα λοιπὸν, οὐκ ἐκωλύετο τόπων διαστήματι πρὸς τὸ μὴ οὐχ οἷς βούλεται παρεῖναι. Διὸ οὐδὲ ἀπὸ τῶν χαρακτήρων τοῦ σώματος, ἐν οἷς ἐφαίνετο τότε ὁ Σωτὴρ, συνεχωροῦντο γνῶναι αὐτόν. Ὡς γὰρ ὁ Μάρκος φησὶν, ἐν ἑτέρᾳ ἐφαίνετο μορφῇ, καὶ ἐν ἄλλοις χαρακτῆρσιν. Οὐκέτι γὰρ φυσικοῖς νόμοις ᾠκονόμει τὸ σῶμα, ἀλλ' ὑπὲρ φύσιν καὶ πνευματικῶς· ἔνθεν τοι οἱ ὀφθαλμοὶ ἐκείνων ἐκρατοῦντο, τοῦ μὴ ἐπιγνῶναι αὐτόν. Διατί δὲ ἐν ἑτέρᾳ μορφῇ ἐφάνη, καὶ ἐκρατοῦντο οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν; Ἵνα πᾶσαν τὴν διστάζουσαν αὐτῶν γνώμην ἀνακαλύψωσιν, ἵνα τὸ ἕλκος ἀπογυμνώσωσιν, εἶθ' οὕτως τὸ φάρμακον ἐπιδέξωνται· ἵνα γλυκὺς αὐτοῖς φανῇ μετὰ τὴν πολλὴν τριβήν· ἵνα διδάξῃ ἀπὸ Μωσέως καὶ τῶν προφητῶν, καὶ τότε ἐπιγνωσθῇ, καὶ μᾶλλον πιστεύσωσιν, ὅτι οὐκ ἔτι τὸ σῶμα αὐτοῦ τοιοῦτόν ἐστιν, οἷον ἁπλῶς πᾶσι θεωρητὸν εἶναι, ἀλλ' εἰ καὶ αὐτὸ τὸ παθὸν ἀνέστη, ὅμως οἷς βούλεται φαίνεται· κερδάνωσί τε ἐκ τούτου μέγα τι, τὸ μηκέτι διαπορεῖσθαι, τίνος ἕνεκεν οὐ πάλιν ἐν μέσοις τοῖς δήμοις ἀναστρέφεται, λογιζόμενοι ὅτι ἡ μετὰ τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ διαγωγὴ ἀλλοιοτέρα ἐστὶ, καὶ οὐ κοινὴ, οὐδὲ ἀνθρωποπρεπὴς, ἀλλὰ θειοτέρα· ὃ καὶ τῆς μελλούσης ἀναστάσεως τύπος, ἐν ᾗ ὡς ἄγγελοι διάξομεν καὶ υἱοὶ Θεοῦ. Διὰ ταῦτα τοίνυν ἐκρατοῦντο οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν, τοῦ μὴ ἐπιγνῶναι αὐτόν· οἷς γὰρ ἤθελεν, ἐωρᾶτο. Ὁ δὲ Κλεόπας καὶ ὀνειδίζει αὐτῷ τῷ φαινομένῳ συνοδοιπόρῳ. « Σὺ μόνος, φησὶ, παροικεῖς; » Ἀντὶ τοῦ, Σὺ μόνος ἐκ τῶν κατοίκων τῆς Ἱερουσαλὴμ οὐκ ἔγνως τὰ γενόμενα; Ἄλλοι δὲ τὸ, « παροικεῖς, » οὕτως ἐνόησαν· Σὺ, φησὶν, οὕτω μόνος παροικεῖς, καὶ ἔξω τῶν ὁρίων τῆς Ἱερουσαλὴμ ᾠκισμένος εἶ, καὶ ἀμέτοχος τῶν ἐν μέσῳ πραττομένων, ὡς μὴ ταῦτα γινώσκειν; Ὅρα δὲ, πῶς μικρὰν πάντη περὶ τοῦ Κυρίου ὑπόληψιν εἶχον· ἄνδρα γὰρ προφήτην αὐτὸν ὠνόμαζον, οἷον Ἠλίαν, Ἰησοῦν τὸν τοῦ Ναυῆ. ἢ καὶ Μωσέα εἰπεῖν· δυνατὸν ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ· πρῶτον τὸ ἔργον, εἶτα ὁ λόγος. Οὐδεὶς γὰρ λόγος βέβαιος διδασκαλικὸς, εἰ μὴ πρότερον ὁ διδάσκων ἐργάτην ἑαυτὸν ἐκφαίνοι. Δυνατὸς οὖν ἴσθι ἐν ἔργῳ πρῶτον, εἶτα

redempturus esset Israel. Atqui super hæc omnia tertius dies est hodie quod hæc facta sunt. Sed et mulieres quædam ex nobis attonitos reddidere nos, quæ diluculo pervenerunt ad monumentum : et non invento corpore ejus, venerunt dicentes se etiam visionem angelorum vidisse, qui dicerent eum vivere. Et abierunt quidam eorum qui erant nobiscum ad monumentum, et ita repererunt, sicut mulieres dixerant ; ipsum vero non viderunt. » Nonnulli unum ex duobus illis Lucam ipsum fuisse dicunt : idcirco et abscondit nomen suum Evangelista. Loquebantur autem inter se isti **492** de omnibus quæ acciderant, non ut credentes, sed ut dubitantes, et de rebus mirabilibus stupescentes, nec statim rei tam admirandæ sententia sua accedentes. Jesus autem cum appropinquasset, simul ivit cum eis. Spirituale et divinum corpus tunc habens, non impediebatur locorum intervallis, quo minus adesset his quibus volebat. Idcirco ex lineamentis corporis, in quibus tunc apparebat, non permittebantur agnoscere illum. Nam, sicut Marcus inquit, in alia forma apparuit, et in aliis lineamentis. Non ultra enim naturalibus legibus regebat corpus, sed spiritualiter, et super naturam : unde oculi illorum tenebantur ne agnoscerent eum. Quare autem in altera forma apparuit, et tenebantur oculi eorum? Nempe ut ambiguam sententiam revelarent, ut ulcus detegerent, ac pharmacum susciperent, ut dulcior eis post multam moram esset : ut doceret ex Mose et prophetis, ac tunc agnosceretur, et magis credant quod corpus suum ultra non sit tale ut simpliciter possit ab omnibus videri. Quamvis illud ipsum quod passum est, surrexerit : attamen quibus vult, apparet. Magnum autem quiddam ex hoc lucrifaciant, quod non ultra dubitant, quare non iterum in mediis populis versetur, considerantes quod conversatio post resurrectionem suam longe alia sit, et non communis : non qualis hominum, sed divinior, in typum futuræ resurrectionis, in qua sicut angeli et filii Dei versabimur. Propter hoc igitur tenebantur oculi eorum ne agnoscerent eum : a quibus enim volebat, videbatur. Cleophas vero comiti itineris, ut apparebat, objicit : « Tu solus, » inquiens, « peregrinus es, » hoc est, tu solus ex his qui habitant in Jerusalem, ignoras quæ facta sunt? Alii autem, « peregrinus es, » sic intelligunt : Tu, inquit, solus peregrinus, et extra fines Jerusalem domicilium habens, non es particeps eorum quæ in media Jerusalem contigerunt, ut hæc ignores? Vide autem quomodo parvam omnino de Domino opinionem habebant. Virum enim prophetam eum nominabant, qualis Elias fuerat, vel Jesus Nave, vel Moses. Potentem in opere et sermone. Primum opus, et deinde sermo. Nullus enim sermo doctoris firmus est, nisi prius docens se factorem declaret. Potens igitur esto primum in opere, deinde et verbi sollicitudinem habeto. Sic et Deus cooperabitur tibi. Prius enim opus, et deinde contemplatio ac illustratio. Nisi

Digitized by Google

speculum purificaveris in labore et sudore, neutiquam concupitam pulchritudinem in speculo suspicies. « Beati enim mundo corde [45], » [hoc fit per opera] « quia ipsi Deum videbunt : » hic contemplationis est finis. Oportet autem esse potentem in opere et sermone coram Deo, et tunc coram omni populo. Prius enim placere **493** debemus Deo, deinde danda opera ut etiam inter nos sine macula vivamus quantum fieri potest : et neque in primis quomodo hominibus placeas, sed quomodo servias Deo, studendum : neque vivendum ut multis sis scandalo, sed et hoc post illud providendum, quod et Sapiens dicit : « Provide bona coram Deo, deinde et coram hominibus [46]. » Et Paulus istuc ipsum dicit. « Nos autem sperabamus, inquit, quod ipse esset redempturus Israel. Quasi frustrati spe dicunt : Nos sperabamus quod ipse et alios salvaturus esset : ecce neque seipsum servavit. Adeo molli erant animo et parum fidenti. Et prope eadem dicebant quæ illi in cruce : Alios servavit, seipsum non potest servare. Ideo et insipientes eos vocat, et tardos ad credendum. Quid autem est redimi Israel? Diximus quod Christum exspectabant vulgares et minus exercitati salvatorem et redemptorem a malis quæ eis imminebant, et a jugo servitutis Romanorum, sperabantque eum regnaturum ut regem terrenum : ideo et dicunt, « Nos sperabamus quod ipse redempturus esset Israel, » videlicet a gentilibus Romanis, et ipse neque injustam sententiam contra se latam effugit. « Et hodie tertius dies est, et mulieres terruerunt nos, » et cætera. Hæc quasi dubitantes dicunt : et videntur mihi viri in valde ambigua esse sententia, et neque valde discredere, neque recte credere. Etenim dicendo : « Sperabamus quod redempturus esset Israel, » incredulitatem indicant : quod autem dicunt esse diem tertium, hominum est qui prope recordentur quod dixerit eis : « Die tertia resurgam. » Et quod dicit, « Exterruerunt nos, » hoc signat, quod incredulitas eorum concutiatur. Et omnino si considerentur sermones, humani sunt, et magnam dubitationem habent, et hominum perplexorum et ignorantium quid agant propter resurrectionis miraculum. « Abierunt autem, » inquit, « quidam ex his qui sunt nobiscum : » vel Petrum solum dicit, vel Petrum et Joannem. Et hinc manifestum quod quæ alii late dicunt, alii compendio tradunt, et transcursu transeunt. Ambitionem enim Petri et Joannis ad sepulcrum, Joannes pluribus complexus est, hic autem paucis mentionem faciens, etiam nomina præterlit.

καὶ τὸν λόγον σπούδαζε ἔχειν. Οὕτω καὶ ὁ Θεὸς συνεργήσει σοι. Πρότερον γὰρ ἡ πρᾶξις, εἶτα θεωρία καὶ ἔλλαμψις. Εἰ μὴ τὸ κάτοπτρον καθαρίσεις ἐν πόνῳ καὶ ἱδρῶτι, οὐκ ἂν τὸ ποθούμενον κάλλος κατοπτρίσῃς. « Μακάριοι γὰρ οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, » τοῦτο διὰ τῶν ἔργων· « ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται, » τοῦτο τῆς θεωρίας τὸ τέλος. Δεῖ δὲ εἶναι δυνατὸν ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ ἐναντίον τοῦ Θεοῦ, καὶ τότε ἐναντίον παντὸς τοῦ λαοῦ. Πρῶτον γὰρ ἀρεστέον Θεῷ, εἶτα καὶ τὸ ἀμώμητον σπουδαστέον πρὸς ἀνθρώπους, ὡς ἂν ἐγχωρῇ· καὶ μήτε τὴν ἀνθρωπαρέσκειαν προτιμητέον, ἀλλὰ τὴν θεοσέβειαν· μήτε πρὸς τὸ σκάνδαλον τῶν πολλῶν βιωτέον, ἀλλὰ καὶ τούτου μετ' ἐκείνους προνοητέον· ὃ καὶ Σοφός φησι· « Προνόησον καλὰ ἐνώπιον Θεοῦ, εἶτα καὶ ἀνθρώπων· » καὶ Παῦλος τοῦτο αὐτό. « Ἡμεῖς δὲ ἠλπίζομεν, φησίν, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ μέλλων λυτροῦσθαι τὸν Ἰσραήλ. » Ὡπερεὶ διαψευσθέντες τῶν ἐλπίδων, οὕτω φασίν· Ἡμεῖς ἠλπίζομεν ὅτι αὐτὸς καὶ ἄλλους σώσει, καὶ ἰδοὺ οὐδὲ ἑαυτὸν ἔσωσεν· οὕτως ἀγεννῶς καὶ ἀπίστως εἶχον. Μονονουχὶ γὰρ ἐκεῖνα ἔλεγον, ἃ καὶ οἱ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ. « Ἄλλους ἔσωσεν, ἑαυτὸν οὐ δύναται σῶσαι· » Διὸ καὶ ἀνοήτους αὐτοὺς ἀποκαλεῖ, καὶ βραδεῖς τοῦ πιστεύειν· τί δέ ἐστι τοῦτο τὸ, « Λυτροῦσθαι τὸν Ἰσραήλ; » Διαφόρως εἴπομεν, ὅτι τὸν Χριστὸν προσεδόκων οἱ τοῦ λαοῦ, καὶ μὴ ἀκριβέστεροι, σωτῆρα καὶ λυτρωτὴν τῶν ἐπικειμένων αὐτοῖς κακῶν, καὶ τοῦ ζυγοῦ τῆς δουλείας τῆς ὑπὸ Ῥωμαίων· καὶ βασιλεύσειν δὲ αὐτὸν ἐπίγειον βασιλείαν ἤλπιζον· διὸ καί φασιν, ὅτι Ἡμεῖς ἠλπίζομεν, ὅτι καὶ τὸν Ἰσραὴλ ἀπὸ τῶν ἐθνικῶν Ῥωμαίων αὐτὸς λυτρώσεται, καὶ οὗτος οὐδὲ τὴν ἄδικον ἐπ' αὐτῷ ψῆφον ἐξέφυγε. « Καὶ μὴν καὶ τρίτην ἡμέραν ἄγει σήμερον, καὶ γυναῖκες ἐξέστησαν ἡμᾶς, » καὶ τὰ ἑξῆς. Ταῦτα ὡσπερεὶ διαπορούντες φασι· καὶ ἐοίκασί μοι οἱ ἄνδρες ἐν πολλῇ ἀμφιγνωμοσύνῃ εἶναι, καὶ μήτε σφόδρα ἀπιστεῖν, μήτε σφόδρα πιστεύειν. Τὸ μὲν γὰρ εἰπεῖν, ὅτι Ἠλπίζομεν ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ λυτρωσόμενος τὸν Ἰσραήλ, ἀπιστίαν ἐνδείκνυται· τὸ δὲ λέγειν, ὅτι Τρίτην ταύτην ἡμέραν ἄγει, ἀνθρώπων ἐστὶν ἐγγὺς ὄντων τοῦ ἀναμιμνήσκεσθαι, ὅτι εἶπεν αὐτοῖς· « Τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσομαι. » Καὶ τὸ, « Ἐξέστησαν ἡμᾶς, » τοιοῦτόν τι ἐμφαίνει, φημὶ δὴ τὸ τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν ὑποσαλεύεσθαι. Ὅλως δὲ σκεπτόμενοι οἱ λόγοι, ἀνθρώπινοι τῷ ὄντι εἰσὶ, καὶ πολὺν τὸν δισταγμὸν ἔχοντες, καὶ οἷον ἐκπορουμένων καὶ ἀμηχανούντων διὰ τὸ τῆς ἀναστάσεως ἐξαίσιον. « Ἀπῆλθον δὲ, φασὶ, τινὲς τῶν σὺν ἡμῖν. » Ἢ τὸν Πέτρον μόνον φησὶν, ἢ τὸν Πέτρον καὶ Ἰωάννην. Κἀντεῦθεν δῆλον, ὅτι ἃ πλατέως ἕτεροι λέγουσιν, ἄλλοι συντόμως καὶ ἐπιδρομάδην διέρχονται. Ὅσπερ οὖν καὶ τὴν ἐπὶ τὸ μνημεῖον ἄφιξιν Πέτρου καὶ Ἰωάννου, ὁ μὲν Ἰωάννης πλατύτερον διεξῆλθεν, οὗτος δὲ, ὀλίγων ἐπιμνησθείς, ἀνωνύμως παρῆλθεν.

VERS. 25-35. « Et ipse dixit ad eos : O stulti et tardi corde ad credendum in omnibus quæ locuti sunt prophetæ! Nonne hæc oportuit pati Christum, et intrare in gloriam suam? Et exorsus a Mose et

« Καὶ αὐτὸς εἶπε πρὸς αὐτούς· Ὦ ἀνόητοι καὶ βραδεῖς τῇ καρδίᾳ τοῦ πιστεύειν ἐπὶ πᾶσιν, οἷς ἐλάλησαν οἱ προφῆται, οὐχὶ ταῦτα ἔδει παθεῖν τὸν Χριστὸν, καὶ εἰσελθεῖν εἰς τὴν δόξαν αὐτοῦ; Καὶ

[45] Matth. v, 8. [46] II Cor. viii, 21.

Digitized by Google

ἀρξάμενος ἀπὸ Μωσέως, καὶ ἀπὸ πάντων τῶν προφητῶν, διηρμήνευεν αὐτοῖς ἐν πάσαις ταῖς Γραφαῖς τὰ περὶ ἑαυτοῦ. Καὶ ἤγγισαν εἰς τὴν κώμην οὗ ἐπορεύοντο. Καὶ αὐτὸς προσεποιεῖτο πορρωτέρω πορεύεσθαι. Καὶ παρεβιάσαντο αὐτὸν, λέγοντες· Μεῖνον μεθ' ἡμῶν, ὅτι πρὸς ἑσπέραν ἐστὶ, καὶ κέκλικεν ἡ ἡμέρα· καὶ εἰσῆλθε τοῦ μεῖναι σὺν αὐτοῖς. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ κατακλιθῆναι αὐτὸν μετ' αὐτῶν, λαβὼν τὸν ἄρτον εὐλόγησε, καὶ κλάσας ἐπεδίδου αὐτοῖς. Αὐτῶν δὲ διηνοίχθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ ἐπέγνωσαν αὐτὸν, καὶ αὐτὸς ἄφαντος ἐγένετο ἀπ' αὐτῶν. Καὶ εἶπον πρὸς ἀλλήλους· Οὐχὶ ἡ καρδία ἡμῶν καιομένη ἦν ἐν ἡμῖν ὡς ἐλάλει ἡμῖν ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ ὡς διήνοιγεν ἡμῖν τὰς Γραφάς; Καὶ ἀναστάντες αὐτῇ τῇ ὥρᾳ, ὑπέστρεψαν εἰς Ἱερουσαλὴμ, καὶ εὗρον συνηθροισμένους τοὺς ἕνδεκα καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς λέγοντας, ὅτι Ἠγέρθη ὁ Κύριος ὄντως, καὶ ὤφθη Σίμωνι· καὶ αὐτοὶ ἐξηγοῦντο τὰ ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ ὡς ἐγνώσθη αὐτοῖς ἐν τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου. » Ἐπειδὴ ἀνθρωπίνως τὰς γνώμας διέκειντο, καὶ πολὺν τὸν δισταγμὸν ἐνόσουν, ἀνοήτους αὐτοὺς ἀποκαλεῖ καὶ βραδεῖς, ὥστε πιστεύειν ἐπὶ πᾶσιν οἷς ἐλάλησαν οἱ προφῆται· ἔστι γὰρ πιστεύειν καὶ μερικῶς καὶ καθόλου. Οἷον, ἐάν τις τὸν Χριστὸν ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ λαοῦ ἐλπίζει ἔσεσθαι, οὐ μέντοι γε ψυχῶν σωτηρίᾳ, ἀλλ' ἀποκαταστάσει τοῦ ἔθνους τοῦ Ἰουδαϊκοῦ καὶ ἀπολυτρώσει, ὁ τοιοῦτος οὐχ ὅσον δεῖ πιστεύειν, πιστεύει. Καὶ αὖθις, εἰ πιστεύει μὲν τῷ Δαυὶδ λέγοντι, « Ὤρυξαν χεῖράς μου καὶ πόδας μου, » καὶ τὰ λοιπὰ ὅσα περὶ τοῦ σταυροῦ καὶ τῶν ἐν τῷ σταυρῷ ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Κυρίου προφητεύει, καὶ δέχεται τὰ περὶ τοῦ πάθους, τὰ δὲ περὶ τῆς ἀναστάσεως οὐ λογίζεται, οἷον τὸ, « Οὐ δώσεις τὸν Ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν, » καὶ τὸ, « Οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδην, » καὶ τὸ, « Ἐν νεκροῖς ἐλεύθερος, » καὶ τὸ, « Ἐξάγων πεπεδημένους, καὶ τοὺς κατοικοῦντας ἐν τάφοις, » καὶ τὰ τοιαῦτα· οὐ τελείαν πίστιν ἔχει, ἀλλ' ἐκ μέρους. Δεῖ δὲ ἐπὶ πᾶσι τοῖς τε τῆς ἀτιμίας, τοῖς τε τῆς δόξης πιστεύειν τοῖς προφήταις. Ἔδει γὰρ τὸν Χριστὸν παθεῖν· τοῦτο τῆς ἀτιμίας· ἀλλὰ καὶ εἰσελθεῖν εἰς τὴν δόξαν αὐτοῦ· τοῦτο τὸ ἔνδοξον. Ὑμεῖς δὲ οὕτως ἀνόητοί ἐστε, ὥστε Ἡσαΐου ἀκούοντες λέγοντος ἀμφότερα, ὅτι τε εἰς σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὅτι Κύριος βούλεται δεῖξαι αὐτῷ φῶς, ἐκεῖνο μὲν δέχεσθε, τοῦτο δὲ μὴ λογίζεσθε· καὶ ὅτι μὲν μεμωλώπισται, πιστεύειν· ὅτι δὲ Κύριος βούλεται καθαρίσαι αὐτὸν ἀπὸ τῆς πληγῆς, μὴ προσεννοεῖν. Ἀλλ' ἐπεὶ, φησὶν, ὑμεῖς ἀνόητοι, ἤτοι βραδεῖς· εἰ γὰρ ἀνόητοι ἦσαν, οὐδ' ἂν οὐδ' αὐτὸς ἐλάλει αὐτοῖς· ἐπεὶ οὖν βραδεῖς ὑμεῖς ἐστε, ἐγὼ διαβαστάσω τὴν ὑμῶν διάνοιαν, καὶ νοεῖν ὀξέως ποιήσω. Διὸ καὶ ἀπὸ Μωσέως καὶ ἀπὸ πάντων τῶν προφητῶν διηρμήνευεν αὐτοῖς· τό τε γὰρ τῆς Ἀβραὰμ θυσίας μυστήριον, ὅτι Ἰσαὰκ ἀφεθέντος, κριὸς ἐτύθη, ταῦτα τὰ κατὰ τὸν Κύριον προετύπου, ὡς καὶ αὐτὸς ὁ Κύριός φησιν, ἰδεῖν τὸν

A omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus Scripturis quæ de ipso erant. Et appropinquaverunt castello quo ibant. Et ipse præ se ferebat se longius ire. Et coegerunt illum, dicentes : Mane nobiscum, quoniam vergit ad vesperam, et inclinatus est dies. Et intravit ut maneret cum illis. Et factum est dum accumberet **494** cum eis, accepit panem et benedixit ac fregit, et porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum, et agnoverunt eum, et ipse evanuit a conspectu eorum. Et dixerunt inter se : Nonne cor nostrum ardebat in nobis dum loqueretur nobis in via, et aperiret nobis Scripturas? Et surgentes eadem hora, regressi sunt in Hierosolyma et invenerunt congregatos undecim, et eos qui cum illis B erant, dicentes : Surrexit Dominus vere, et apparuit Simoni. Et ipsi narrabant quæ gesta erant in via, et quomodo fuisset agnitus sibi ex fractione panis. » Quoniam mente humano more affecti erant, multaque dubitatione laborabant, stultos vocat et tardos ad credendum in omnibus quæ locuti fuerant prophetæ. Credere enim possumus et ex parte, et in totum : ut si quis speret Christum in salutem populi venturum, non in salutem animarum, sed restitutionem et liberationem populi Judaici, is non quantum oportet credere, credit. Et rursus si quis credat Davidi dicenti : « Foderunt manus meas et pedes meos [47], » et cætera quæ de cruce et aliis quæ in cruce facta sunt, tanquam ex persona Domini prædicta, et recipit ea quæ de passione dicuntur, C ea autem quæ de resurrectione, non curat, uti est hoc, « Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem [48]. » Et illud, « Non derelinques animam meam in inferno [49]. » Et iterum, « Inter mortuos liber [50]. »-« Et illud, « Educens vinctos et habitantes in sepulcris [51], » et similia : non habet perfectam fidem, sed ex parte. Oportet autem in omnibus tam his quæ gloriæ sunt, quam quæ ignominiæ, credere prophetis. Oportebat enim et Christum pati, quod est ignominiæ : et intrare in gloriam suam, quod est gloriæ. Vos autem sic stulti estis, ut cum Isaiam utraque dicentem audiatis, et quod ad occisionem ductus sit, et quod Dominus velit ei ostendere lumen [52], illud quidem recipitis, hoc autem respuitis. Et quod vulneratus quidem sit, creditis : quod au- D tem Dominus velit eum purificare a plaga, animo non perpenditis. Sed quod dicit : Vos stulti estis, signat, Tardi estis ; nam si stulti fuissent, neque ipse eis fuisset locutus. At quia tardi estis vos, ego mentem vestram acutius videre faciam. Unde et a Mose et ab omnibus prophetis interpretatur eis, nempe mysterium sacrificii Abrahæ, quando dimisso Isaac, aries immolatus est [53]. Hæc enim res dominicas præfigurabat. Sicut etiam ipse Dominus dicit vidisse Abraham diem suum, et exsultasse [54]. Et illud : « Videbitis vitam nostram pendentem [55] : » in quo et crucifixionem significat. pendentem di-

[47] Psal. XXI, 17. [48] Psal. XV, 10. [49] Ibid. [50] Psal. LXXXVII, 6. [51] Psal. CXVII, 7. [52] Isa. LIII, 7. [53] Gen. XXII, 13. [54] Joan. VIII, 56. [55] Deut. XXVIII, 66.

Digitized by Google

cendo : et resurrectionem, vitam nostram nominando. In reliquis autem prophetis sparsim sita sunt quæ de cruce et resurrectione dicuntur, præsertim in clarioribus. Et possent ex illis ea 495 recenseri. At tu, quæso, attendas quomodo per afflictionem eatur in gloriam Dei. Simulat autem se longius juirum, juxta humanam naturam. Et quando permittit, tunc aperiuntur oculi eorum, et agnoscunt eum. Insinuatur autem et aliud quiddam, nempe quod oculi eorum qui benedictum panem assumunt, aperiuntur ut agnoscant illum. Magnam enim et indicibilem vim habet caro Domini. Evanuit autem ab eis ; neque enim adhuc habebat corpus quod multum corporali modo cum eis conversaretur, ut ex hoc illorum cresceret desiderium. Nam ita exhilarati fuerunt, ut illa ipsa hora surgerent, et reverterentur in Jerusalem : non eadem quidem hora, sed surrexerunt quidem hora illa, reversi autem sunt post complures, secundum quod verisimile est iter fecisse euntes spatium sexaginta stadiorum, in quibus omnino et Dominus visus est Simoni, dum illi interim revertuntur Jerusalem. Ardens autem erat cor eorum, vel dum igne eloquiorum Domini illo interpretante intrinsecus succenderentur, et illis quæ dicebantur, assentirentur ut veris : vel dum illo interpretante Scripturas tangeretur cor eorum intrinsecus, quod hic qui nobis interpretatur Scripturas, Christus est.

A Ἀβραὰμ τὴν ἡμέραν αὐτοῦ καὶ ἀγαλλιάσασθαι· καὶ τὸ, « Ὄψεσθε τὴν ζωὴν ἡμῶν κρεμαμένην, » ἐν ταυτῷ καὶ τὴν σταύρωσιν δηλοῖ διὰ τοῦ κρεμαμένην εἰπεῖν, καὶ τὴν ἀνάστασιν διὰ τοῦ τὴν ζωὴν ὀνομάσαι. Καὶ ἐν ταῖς λοιπαῖς δὲ προφητείαις σποράδην κεῖνται τὰ περὶ τοῦ σταυροῦ καὶ τῆς ἀναστάσεως, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς ἐπιφανεστέροις, καὶ πάρεστιν ἐκεῖθεν ταῦτα ἀναλέγεσθαι. Σκόπει δέ μοι, πῶς ἐκ τοῦ κακοπαθεῖν τὸ εἰσελθεῖν εἰς τὴν δόξαν ἐστίν. Προσποιεῖται δὲ πορρωτέρω πορεύεσθαι, κατὰ τὸ ἀνθρώπινον πάντως. Ὅτε δὲ συγχωρεῖ, τότε διανοίγονται οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν, καὶ ἐπέγνωσαν αὐτόν. Αἰνίττεται δέ τι καὶ ἕτερον, ὅτι τοῖς μεταλαμβάνουσι τοῦ εὐλογημένου ἄρτου, διανοίγονται οἱ ὀφθαλμοὶ εἰς τὸ ἐπιγνῶναι αὐτόν. Μεγάλην γὰρ καὶ ἄφατον δύναμιν ἔχει ἡ τοῦ Κυρίου σάρξ. Ἀφανὴς δὲ γίνεται ἀπ' αὐτῶν· οὐκ ἔτι γὰρ τοιοῦτον εἶχε σῶμα, οἷον ἐπὶ πολὺ σωματικῶς συνδιάγειν αὐτοῖς, καὶ ἅμα ἵνα πλείονα ἐκ τούτου τὸν πόθον ἐπαυξήσῃ αὐτοῖς. Οὕτω γοῦν ἐχάρησαν, ὥστε αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἀναστῆναι, καὶ ὑποστρέψαι εἰς Ἱερουσαλὴμ, οὐκ αὐτῇ δὲ τῇ ὥρᾳ. Ἀνέστησαν μὲν γὰρ κατ' αὐτὴν τὴν ὥραν. ὑπέστρεψαν δὲ μετὰ πλείους, ὅσας εἰκὸς ἦν αὐτοὺς ποιῆσαι τὸ διάστημα τῶν ἑξήκοντα σταδίων βαδίζοντας, ἐν αἷς πάντως καὶ ὁ Δεσπότης ὤφθη τῷ Σίμωνι διὰ μέσου, ὁδοιπορούντων αὐτῶν ἐν τῇ ὑποστροφῇ. Καιομένη δὲ ἦν ἡ καρδία αὐτῶν, ἢ τῷ πυρὶ τῶν λόγων τοῦ Κυρίου· ἑρμηνεύοντος γὰρ αὐτοῖς, διεθερμαίνοντο ἔσωθεν καὶ συνδιετίθεντο ἐπὶ τοῖς λεγομένοις ὡς ἀληθέσιν· ἢ ὅτι ἑρμηνεύοντος αὐτοῖς τὰς Γραφὰς, ἐπάτασσεν ἔσωθεν ἡ καρδία αὐτῶν, ὅτι Οὗτος ὁ ἑρμηνεύων ἡμῖν ἐστιν ὁ Κύριος.

Vers. 36-41. « Dum autem hæc loquuntur, stetit Jesus ipse in medio eorum, et dixit eis : Pax vobis. Expavefacti vero et conterriti, existimabant se spiritum videre : et dixit eis : Quid turbati estis, et cogitationes ascendunt in cordibus vestris? Videte manus meas et pedes meos, quia ego ipse sum. Contrectate me et videte, quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere. Et cum hæc dixisset, ostendit eis manus ac pedes. Adhuc autem illis non credentibus præ gaudio, et mirantibus, dixit eis : Habetis hic aliquid edulii? At illi obtulerunt ei partem piscis assati, et aliquid de favo apiario : et accepit, et in conspectu illorum comedit, et dixit ad eos : Hæc sunt verba quæ locutus sum ad vos cum adhuc essem vobiscum, quod necesse foret impleri omnia quæ scripta sunt in lege Mosi, et prophetis, et Psalmis de me. » Dominus propter salutem nostram omnia faciens, stat in medio discipulorum, volens illis resurrectionem credibiliorem fieri, et primum solita pacis imprecatione perturbationem illorum sedat. Et iterum ostendit quod ipse sit ille ipsorum magister, qui ita alloqui gaudeat, et eos ad prædicationem mittens animet. Verum quia animarum perturbatio verbis non sedabatur, monstrat eis etiam aliunde Filium Dei se esse, corda agnoscentem. « Quare enim, » inquit, « cogitationes ascendunt in corda vestra? » Etenim in confesso est, solius Dei esse cognoscere corda. Subjicit autem et aliud argumen-

C « Ταῦτα δὲ αὐτῶν λαλούντων, καὶ αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς ἔστη ἐν μέσῳ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, καὶ λέγει αὐτοῖς· Εἰρήνη ὑμῖν. Πτοηθέντες δὲ καὶ ἔμφοβοι γενόμενοι, ἐδόκουν πνεῦμα θεωρεῖν· καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Τί τεταραγμένοι ἐστέ ; Καὶ διατί διαλογισμοὶ ἀναβαίνουσιν ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν ; Ἴδετε τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας μου, ὅτι αὐτὸς ἐγώ εἰμι. Ψηλαφήσατέ με καὶ ἴδετε, ὅτι πνεῦμα σάρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει, καθὼς ἐμὲ θεωρεῖτε ἔχοντα. Καὶ τοῦτο εἰπὼν, ἔδειξεν αὐτοῖς τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας. Ἔτι δὲ ἀπιστούντων αὐτῶν ἀπὸ τῆς χαρᾶς καὶ θαυμαζόντων, εἶπεν αὐτοῖς· Ἔχετέ τι βρώσιμον ἐνθάδε ; Οἱ δὲ ἐπέδωκαν αὐτῷ ἰχθύος ὀπτοῦ μέρος, καὶ ἀπὸ μελισσίου κηρίου· καὶ λαβὼν ἐνώπιον αὐτῶν ἔφαγεν. Εἶπε δὲ αὐτοῖς· Οὗτοι οἱ λόγοι οὓς ἐλάλησα πρὸς ὑμᾶς ἔτι ὢν σὺν ὑμῖν, ὅτι δεῖ πληρωθῆναι πάντα τὰ γεγραμμένα ἐν τῷ νόμῳ Μωσέως, καὶ προφήταις, καὶ Ψαλμοῖς περὶ ἐμοῦ. » Ὁ πάντα πρὸς σωτηρίαν ἡμῶν οἰκονομῶν Κύριος, ἵσταται ἐν μέσῳ τῶν μαθητῶν, πιστώσασθαι τὴν ἀνάστασιν θέλων. Καὶ πρῶτον μὲν διὰ τοῦ συνήθους προσφθέγματος τῆς εἰρήνης καταστέλλει τὸν θόρυβον αὐτῶν, ἅμα δὲ καὶ δείκνυσιν, ὡς αὐτὸς ἐκεῖνός ἐστιν ὁ διδάσκαλος αὐτῶν, ὁ τούτῳ τῷ προσρήματι χαίρων, καὶ τούτῳ καθοπλίσας καὶ αὐτοὺς, ὁπηνίκα πρὸς τὸ κήρυγμα ἔστελλεν. Ἐπεὶ δὲ διὰ τοῦ ῥήματος τούτου οὐ κατεστάλη ὁ τῆς ψυχῆς αὐτῶν θόρυβος, δείκνυσιν αὐτοῖς ἑτέρωθεν ὅτι ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐστιν, ὁ τὰς καρδίας γινώσκων. « Διατί γὰρ, φησὶ, διαλογισμοὶ ἀναβαίνουσιν

Digitized by Google

ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν; » πάντως δὲ τὸ γινώσκειν καρδίας Θεοῦ ὁμολογουμένως ἐστί. Ἐπιφέρει καὶ ἕτερον, τὴν ψηλάφησιν τῶν χειρῶν καὶ τῶν ποδῶν. Ὑμεῖς μὲν γάρ, φησί, μὲ πνεῦμα δοκεῖτε εἶναι, ἤτοι φάντασμα, οἷα πολλὰ τῶν τεθνεώτων μάλιστα περὶ τὰ μνήματα φαντάζειν εἴωθεν· ἀλλ' ἴστε, ὅτι τὸ μὲν πνεῦμα οὔτε σάρκα, οὔτε ὀστέα ἔχει· ἐγὼ δὲ καὶ σάρκα καὶ ὀστέα ἔχω, εἰ καὶ θειότερα καὶ πνευματικά. Τὸ γὰρ τοῦ Κυρίου σῶμα πνεῦμα μὲν οὐκ ἦν, πνευματικὸν δὲ, τουτέστι, πάσης παχύτητος ἐκτὸς, πνεύματι διοικούμενον. Τὸ μὲν γὰρ σῶμα, ὃ νῦν ἔχομεν, ψυχικόν ἐστι, τουτέστιν, ψυχῇ διοικούμενον, καὶ ζωογονούμενον ταῖς φυσικαῖς καὶ ψυχικαῖς ποιότησι καὶ δυνάμεσι. Τὸ δὲ μετὰ τὴν ἀνάστασιν πνευματικὸν ὠνόμασεν ὁ Παῦλος, ἤγουν πνεύματι ζωογονούμενον θείῳ καὶ διοικούμενον, καὶ οὐ ψυχῇ, τρόπῳ ἀπορρήτῳ καὶ πνευματικῷ πρὸς ἀφθαρσίαν μεταστοιχειωθὲν, καὶ ἐν ταύτῃ συντηρούμενον. Τοιοῦτον οὖν χρὴ νοεῖν τὸ τοῦ Κυρίου σῶμα μετὰ τὴν ἀνάστασιν, πνευματικὸν, καὶ λεπτὸν, καὶ πάσης παχύτητος ἐκτὸς, καὶ οὔτε τροφῆς, οὔτε ἄλλου τινὸς δεόμενον, εἰ καὶ πρὸς πίστωσιν ἔφαγεν. Ὃ γὰρ ἔφαγεν, οὐ κατὰ φύσιν ἔφαγεν, ἀλλὰ κατ' οἰκονομίαν, ἵνα δείξῃ ὅτι αὐτὸ τὸ παθὸν σῶμα ἀνέστη. Κατὰ φύσιν μέντοι τοῦτο τῷ σώματι ἦν, τὸ κεκλεισμένων τῶν θυρῶν εἰσιέναι, τὸ ἀκόπως ἀπὸ τόπου εἰς τόπον μεταβαίνειν. Ἀπιστούντων οὖν τῶν μαθητῶν ἔτι, καὶ μηδὲ ἀπὸ τῆς ψηλαφήσεως ἀναπεισθέντων, καὶ ἕτερον προστίθησι, τὸ τῆς βρώσεως, θείᾳ τινὶ δυνάμει καταναλισκομένων τῶν βιβρωσκομένων. Πᾶν γὰρ τὸ φυσικῶς βιβρωσκόμενον διὰ τοῦ στόματος εἰς ἀφεδρῶνα χωρεῖ· τὰ δὲ οὐ φυσικῶς, ὡς εἴπομεν, ἀλλ' οἰκονομικῶς ἐδιδρώσκετο. Ἔχειν δέ τι καὶ αἴνιγμα ἔοικε τὰ τότε βρωθέντα· ἰχθύος γὰρ ὀπτοῦ μέρος φαγὼν, αἰνίττεται ὅτι τὴν φύσιν ἡμῶν τὴν ἐν τῷ ἁλμυρῷ τούτῳ βίῳ νηχομένην τῷ πυρὶ τῆς οἰκείας θεότητος ἐκτήξας, καὶ πᾶσαν ἣν εἶχεν ἐκ τῶν βαθέων τῶν ὑδάτων, μᾶλλον δὲ τῶν κυμάτων, ὑγρότητα ἐξικμάσας, θείαν βρῶσιν πεποίηκε ταύτην, τὴν πρώην βδελυκτὴν ἡδεῖαν βρῶσιν ἐργασάμενος τῷ Θεῷ. Τοῦτο γὰρ, φησὶν, αἰνίττεται τὸ μελίσσιον κηρίον, τὴν νῦν γλυκύτητα λέγω τῆς πρὶν ἀποβλήτου ἡμῶν φύσεως. Ἢ καὶ τοῦτο, οἶμαι, αἰνίττεται, διὰ μὲν τοῦ ὀπτοῦ ἰχθύος τὴν πρακτικὴν, ὑφαιροῦσαν ἡμῶν τὴν πολλὴν ὑγρότητα καὶ παχύτητα διὰ τῆς τῶν ἐρημικῶν καὶ ἡσυχαστικῶν ἀνθράκων βοηθείας· τὴν δὲ γνῶσιν, ἤτοι θεωρίαν, διὰ τοῦ μελισσίου κηρίου, εἴπερ γλυκέα τὰ τοῦ Θεοῦ λόγια. Ἔστι δὲ κηρίον, ἀλλὰ κηφηνῶδες, τὸ τῆς Ἑλληνικῆς σοφίας· ἔστι δὲ κηρίον μελίσσιον, τὸ τῆς θείας σοφίας, εἴπερ Χριστὸς ἡ μέλισσα, μικρὰ μὲν τῷ μεγέθει (συντετμημένος γὰρ ὁ λόγος, καὶ τῇ ῥώμῃ ἀσθενής· οὐκ ἐν δυνάμει γὰρ λόγου Παῦλος κηρύττει, ἵνα μὴ κενώσῃ τὸν σταυρὸν), πλὴν βασιλεῦσι καὶ ἰδιώταις ἐράσμιος, εἰς ὑγίειαν ψυχικὴν προσφερομένοις τοὺς πόνους αὐτῆς.

tum, palpationem manuum et pedum ejus. Vos enim, inquit, spiritum putatis me esse, 496 vel phantasma, qualia multa circa mortuorum sepulcra apparere solent : sed scitis quod spiritus quidem neque carnem neque ossa habet : ego autem carnem et ossa habeo, tametsi diviniora et spiritualia. Domini enim corpus spiritus quidem non erat, sed spirituale, hoc est, absque omni crassitudine, a spiritu gubernatum. Etenim corpus quod nunc habemus animale est, hoc est, ab anima regitur, et a naturalibus et animalibus qualitatibus ac viribus vivificatur. Quod autem post resurrectionem habebimus, spirituale nominavit Paulus [86], hoc est, quod a divino Spiritu vivificetur et gubernetur, et non ab anima modoque indicibili et spirituali ad incorruptionem alteratum sit et in ea conservatum. Tale igitur oportet intelligere Domini corpus post resurrectionem, spirituale, et subtile, et alienum ab omni crassitudine, neque cibi neque alterius cujusquam indigens, quamvis ad confirmationem illorum comederit. Quod enim comedit, non secundum naturam comedit, sed secundum dispensationem, ad docendum quod illud ipsum corpus quod passum est, surrexerit. Naturale autem huic corpori erat clausis januis ingredi, et absque labore e loco in locum transire. Itaque cum discipuli adhuc non crederent, neque per palpationem persuaderentur, addit et aliud indicium, comedens, divina quadam virtute consumendo quod edebat. Omnis enim cibus natura per os sumptus, ad secessum vadit : verum hæc non naturaliter, sed, ut diximus, secundum dispensationem comedit. Habet autem ænigma quoddam, quod partem piscis comederit : significat enim quod naturam nostram, quæ in salsuginoso hoc mari natat, igni suæ deitatis assarit, et exsiccarit omnem humorem quem ex profundis fluctibus habebat, ut fieret divinus cibus, et qui prius erat abominabilis, fieret nunc dulcis Deo : hoc enim significare dicitur favus mellis, dulcedinem dico naturæ nostræ prius abjectæ. Vel (ut opinor) significat per piscem assatum activam vitam, quæ tollit nostram humiditatem et crassitudinem auxilio carbonum solitariorum, et quietem amplexantium. Per favum autem apiarium, scientiam vel contemplationem. Siquidem dulcia eloquia Dei [87]. Est et alius favus agrestior, nempe gentilium sapientia. Hic autem est apiarius favus, divina, inquam, sapientia. Siquidem Christus parva apis est magnitudine. Abbreviatum enim est verbum, et infirmum robore. Non enim in virtute sermonis Paulus prædicat, ut ne crucem evacuet [88] : vero tamen regibus et idiotis est amabilis afferentibus labores suos in sanitatem animarum.

« Τότε διήνοιξεν αὐτῶν τὸν νοῦν τοῦ συνιέναι τὰς Γραφὰς, καὶ εἶπεν αὐτοῖς, ὅτι οὕτω γέγραπται, καὶ οὕτως ἔδει παθεῖν τὸν Χριστὸν, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ

VERS. 45 53. « Tunc aperuit mentem illorum, ut intelligerent Scripturas : et dixit eis. Sic scriptum est, et sic oportebat Christum pati, et resurgere a

[86] I Cor. xv, 44. [87] Psal. xviii, 16. [88] I Cor. i, 17.

Digitized by Google

mortuis tertio die, et 497 prædicari in nomine ejus pœnitentiam ac remissionem peccatorum in omnes gentes, initio facto ab Hierosolymis. Vos autem estis testes horum. Et ecce ego mitto promissum Patris mei super vos. Vos autem sedete in civitate Jerusalem usquequo induamini virtute ex alto. Eduxit autem eos foras usque in Bethaniam, et subiatis in altum manibus suis benedixit eis. Et factum est dum benediceret illis, recessit ab eis, ac ferebatur in cœlum. Et ipsi adorato eo regressi sunt Jerusalem cum gaudio magno, et erant semper in templo laudantes et benedicentes Deum, Amen. » Postquam corda illorum pacificavit, et dubitationem loquendo, palpabilemque se exhibendo, ac comedendo sedavit, confirmata veritate resurrectionis corporis sui, tunc aperuit illorum mentem ad intelligendum Scripturas. Nisi enim quieta fuisset illorum anima, quomodo in tanta turbatione et inquietudine cognovissent? « Vacate enim, » inquit, « et cognoscite [89]. » Idcirco et docet eos quod necessarium fuerit Christum sic pati. Quomodo sic? Per lignum crucis. Quia enim per lignum interitus, ideo necessarium fuit per lignum corruptionem tolli, et aboleri voluptates quæ in ligno, per dolores quos in ligno pertulit invictus Dominus. Et deinde resurgere, inquit, tertio die, et prædicari in nomine ejus pœnitentiam et remissionem peccatorum in omnes gentes. De baptismo autem hoc loco dicit. Nam et in hoc pœnitentia fit per confessionem et depositionem pristinorum malorum et impietatum, et simul comitatur remissio peccatorum. Quomodo autem baptisma in nomine solius Christi fieri intelligemus, præsertim cum alias doceamur hoc perfici in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti? Igitur primum quidem dicimus quod quando dicimus baptisma fieri in nomine Christi, non dicimus quod oporteat in solius Christi nomine fieri, sed quod Christi baptisma quo Christus baptizatus est, spirituale sit, non Judaicum: neque quale Joannis in pœnitentiam solum, sed et communionem Spiritus sancti, et remissionem peccatorum conferat, ut ipse nobis ostendit cum baptizaretur in Jordane, monstrato in columbæ specie Spiritu sancto. Insuper baptisma in nomine Christi intellige, in morte Christi. Nam sicut ille mortuus triduanus resurrexit, ita et nos figuraliter in aqua sepulti, deinde emergimus animo incorrupti, et arrhabonem incorruptibilitatis corporis accipimus. Et aliter: Christi nomen in seipso continet et Patrem inungentem, et unctionem Spiritus, et unctum Filium. « In nomine Domini remissio peccatorum. » Ubi igitur fetulentæ linguæ baptizantium in Montanum, et Priscillam, et Maximillam? Vere nulla his, qui sic baptizantur, remissio, sed peccatorum augmentatio est: et hi quidem male peribunt. 498 In omnes autem gentes sermo exivit, a Jerusalem sumpto initio. Oportebat enim humanam

[89] Psal. xxv, 11.

Ὥσπερ γὰρ τοῦ πρίονος ὀργάνου ὄντος τιμιώτερά εἰσι τὰ δι' αὐτοῦ γινόμενα· ὁ γὰρ πρίων δι' ἐκεῖνα ἐγένετο, οὐχὶ ἐκεῖνα διὰ τὸν πρίονα· οὕτω καὶ ἡ κτίσις τιμιωτέρα ἔσται τοῦ Μονογενοῦς. Δι' ἐκείνην γὰρ, ὡς λέγουσιν αὐτοί, ὁ Πατὴρ ἔκτισεν αὐτόν· ὡς ἐάν γε μὴ ἔμελλεν ὁ Θεὸς κτίσαι τὰ πάντα, οὐδὲ τὸν Μονογενῆ παρήγαγε. Τούτων τῶν ῥημάτων τί ἀνοητότερον; Ναὶ, φησὶ, καὶ πῶς οὐκ εἶπεν, Αὐτὸς ὁ Λόγος ἐποίησε τὰ πάντα, ἀλλ' ἐχρήσατο ταύτῃ τῇ προθέσει τῇ, « διά; » Πῶς; Ἵνα μὴ ἀγέννητον καὶ ἄναρχον ὑπονοήσῃς εἶναι τὸν Υἱὸν καὶ ἀντίθεον, τούτου ἕνεκεν εἶπεν, ὡς ὁ Πατὴρ διὰ τοῦ Λόγου ἐποίησε τὰ πάντα. Ὑπόθες γάρ τινα ἔχοντα υἱὸν βασιλέα, μέλλοντα δὲ κτίσαι πόλιν, ἐμπιστεῦσαι τῷ υἱῷ τὴν ταύτης κτίσιν. Ὥσπερ οὖν ὁ λέγων· Διὰ τοῦ Υἱοῦ τοῦ βασιλέως ἐκτίσθη ἡ πόλις, οὐ δοῦλον εἰσάγει τὸν υἱὸν τοῦ βασιλέως, ἀλλὰ δείκνυσιν, ὅτι οὗτος ὁ υἱὸς ἔχει καὶ πατέρα, καὶ οὐ μόνος· ἔστιν· οὕτω καὶ ἐνταῦθα ὁ εὐαγγελιστὴς εἰπὼν διὰ τοῦ υἱοῦ γεγενῆσθαι τὰ πάντα, ἐδήλωσεν ὅτι ὁ Πατὴρ μεσίτῃ αὐτῷ πρὸς τὴν κτίσιν, ἵν' οὕτως εἴπω, ἐχρήσατο, οὐχ ὡς ἐλάττονι αὐτῷ, ἀλλὰ ὡς μᾶλλον ἰσοδυνάμῳ, καὶ ὡς ἰσχύοντι τηλικαύτην ἐκτελεῖν ἐπίτασιν. Καὶ τοῦτό σοι λέγω, ὅτι ἐάν σε ταράττῃ ἡ « διὰ » πρόσθεσις, καὶ ζητῇς εὑρεῖν ἐν τῇ Γραφῇ ῥῆσίν τινα λέγουσαν ὅτι αὐτὸς ὁ Λόγος ἐποίησε τὰ πάντα, ἄκουε τοῦ Δαυΐδ· « Κατ' ἀρχὰς σὺ, Κύριε, τὴν γῆν ἐθεμελίωσας, καὶ ἔργα τῶν χειρῶν σού εἰσιν οἱ οὐρανοί. » Ὁρᾷς πῶς οὐκ εἶπεν, ὅτι Διὰ σοῦ ἐγένοντο οἱ οὐρανοὶ, καὶ ἐθεμελιώθη ἡ γῆ, ἀλλὰ, « Σὺ ἐθεμελίωσας, καὶ ἔργα χειρῶν σού εἰσιν. » Ὅτι δὲ ταῦτα περὶ τοῦ Μονογενοῦς ὁ Δαυΐδ, ἀλλ' οὐ περὶ τοῦ Πατρὸς λέγει, μάθοις ἂν καὶ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ Ἀποστόλου, συγχρωμένου τῷ ῥητῷ ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους· μάθοις δ' ἂν καὶ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ ψαλμοῦ. Εἰπὼν γὰρ, ὅτι « Ὁ Κύριος ἐπέβλεψεν ἐπὶ τὴν γῆν, τοῦ ἀκοῦσαι τοῦ στεναγμοῦ, καὶ λῦσαι τοὺς τεθανατωμένους, καὶ τοῦ ἀναγγεῖλαι ἐν Σιὼν τὸ ὄνομα Κυρίου, » τίνα ἄλλον δηλοῖ, ἢ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ; Οὗτος γὰρ ἐπὶ τὴν γῆν ἐπέβλεψεν, εἴτε ταύτην ἐφ' ἧς κινούμεθα, εἴτε τὴν ἡμετέραν φύσιν τὴν γεωθεῖσαν, εἴτε τὴν σάρκα, κατὰ τὸ, « Γῆ εἶ, » ἣν καὶ προσελήφθη, ἔλυσέ τε ἡμᾶς τοὺς πεπεδημένους ταῖς τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων πλοκαῖς, καὶ υἱοὺς τῶν τεθανατωμένων, τοῦ Ἀδὰμ καὶ τῆς Εὔας, καὶ ἀνήγγειλεν ἐν Σιὼν τὸ ὄνομα Κυρίου. Ἐν γὰρ τῷ ἱερῷ ἑστὼς ἐδίδασκε περὶ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ· καθὼς καὶ αὐτὸς λέγει· « Ἐφανέρωσά σου τὸ ὄνομα τοῖς ἀνθρώποις. » Ταῦτα τοίνυν τίνι ἁρμόζουσι, τῷ Πατρὶ, ἢ τῷ Υἱῷ; Πάντα τῷ Υἱῷ. Αὐτὸς γὰρ ἀνήγγειλε τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, διδάσκων. Μετὰ γοῦν τὸ ταῦτα εἰπεῖν ὁ μακάριος Δαυΐδ, ἐπάγει· « Καὶ σὺ κατ' ἀρχὰς, Κύριε, τὴν γῆν ἐθεμελίωσας, καὶ ἔργα τῶν χειρῶν σού εἰσιν οἱ οὐρανοί. » Ἆρ' οὐ φανερῶς τὸν Υἱὸν παρεισάγει ποιητὴν, ἀλλ' οὐκ ὄργανον; Εἰ δὲ πάλιν ἡ « διὰ » πρόθεσις ὑφεῖναί τινα ὄκνον σοι εἰσάγειν, τί φήσεις, ὅταν ὁ Παῦλος τιθῇ ταύτην ἐπὶ τοῦ Πατρός; Φησὶ γάρ· « Πιστὸς ὁ Θεὸς, δι' οὗ ἐκλή-

[60-61] Psal. ci, 26. [62] Ibid. 20-22. [63] Joan. xvii, 6. [64] I Cor. i, 9. [65] Ibid. 1.

Digitized by Google

Θῆμεν εἰς κοινωνίαν τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ. » Ἆρα ὄργανον ἐνταῦθα ποιεῖ τὸν Πατέρα; Καὶ πάλιν, « Παῦλος ἀπόστολος διὰ θελήματος Θεοῦ. » Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἱκανά· ἐπανιτέον δὲ πάλιν ὅθεν ἐξέβημεν. « Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο. » Μωσῆς μὲν περὶ τῆς ὁρατῆς κτίσεως διαλαβών, οὐδὲν ἡμῖν περὶ τῶν νοητῶν διετράνωσεν· ὁ δ' εὐαγγελιστὴς ἐνὶ ῥήματι πάντα περιλαβών, φησί· « Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, » τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ νοητά. « Καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν, ὃ γέγονεν. » Ἐπειδὴ εἶπεν, ὅτι πάντα αὐτὸς ἔκτισεν, ἵνα μὴ νομίσῃ τις, ὅτι καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον αὐτὸς ἔκτισε, προστίθησιν, ὅτι « Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο. » Ποῖα δὲ πάντα; Τὰ γενόμενα· ὥσπερ εἰ ἔλεγεν, ὅτι Εἴ τι ἔστι τῆς γεννητῆς φύσεως, ἐκεῖνο γέγονεν ὑπὸ τοῦ Λόγου, τὸ δὲ Πνεῦμα οὐκ ἔστιν ἐπὶ τῆς γεννητῆς φύσεως, διὸ οὐδὲ γέγονεν ὑπ' αὐτοῦ. Χωρὶς οὖν τῆς τοῦ Λόγου δυνάμεως οὐδὲν ἐγένετο ὃ γέγονεν, ἀντὶ τοῦ, ὃ γεννητῆς φύσεως ἦν.

visibili creatura loquens, nihil nobis de mentalibus manifestavit. Evangelista autem uno verbo complexus omnia, inquit, « Omnia per ipsum facta sunt, » tam visibilia quam invisibilia [66]. « Et sine ipso factum est nihil quod factum est. » Quia dixit quod omnia ipse fecerit, ut ne quis existimet quod et Spiritum sanctum creaverit, apponit quod « omnia per ipsum facta sint. » Et quæ omnia? Quæ facta sunt: perinde ac si diceret, quod Si quid est ex natura **510** condita, illud factum est a Verbo: Spiritus autem quia non est illius factæ naturæ, non factus est ab eo. Itaque sine virtute Verbi nihil factum est quod factum est, id est, quod est naturæ illius creatæ ac factæ.

« Ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν, καὶ ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων. » Οἱ μὲν οὖν Πνευματομάχοι οὕτως ἀναγινώσκουσι τὸ παρὸν χωρίον· Καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν· εἶτα ἐνταῦθα στίξαντες, ἀναγινώσκουσιν ὡς ἀφ' ἑτέρας ἀρχῆς· Ὃ γέγονεν, ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν· καὶ ἑρμηνεύουσι κατὰ τὸν οἰκεῖον νοῦν τὸ χωρίον, λέγοντες ὅτι ἐνταῦθα περὶ τοῦ Πνεύματος διαλαμβάνει ὁ εὐαγγελιστὴς λέγων, τουτέστι, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ζωὴ ἦν. Ταῦτα λέγουσιν οἱ περὶ Μακεδόνιον, σπεύδοντες δεῖξαι κτίσμα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ συγκαταριθμῆσαι αὐτὸ τοῖς γενομένοις. Ἡμεῖς δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ στίξαντες ἐν τῷ, « ὃ γέγονεν, » ἀπ' ἀρχῆς ἑτέρας ἀναγινώσκομεν τὸ, « Ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν. » Ἐπειδὴ γὰρ εἶπε περὶ τῆς δημιουργίας, ὅτι « Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, » λέγει λοιπὸν καὶ περὶ τῆς προνοίας, ὅτι οὐ μόνον ἐδημιούργησεν, ἀλλὰ καὶ τὴν ζωὴν τῶν δημιουργηθέντων αὐτός ἐστιν ὁ συνέχων· καὶ γὰρ « Ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν. » Οἶδα δὲ παρά τινι τῶν ἁγίων οὕτως ἀναγνωσθὲν τὸ χωρίον τοῦτο· « Καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν, ὃ γέγονεν ἐν αὐτῷ· » εἶτα ἐνταῦθα στίξας, ἤρξατο τοῦ ἑφεξῆς, « Ζωὴ ἦν· » καὶ οἶμαι ὅτι οὐδὲ αὕτη ἡ ἀνάγνωσις ἐσφαλται, ἀλλὰ τοῦ αὐτοῦ ὀρθοῦ νοήματος ἔχεται. Καὶ οὗτος γὰρ ὁ ἅγιος ὀρθοδόξως ἐνόησεν, ὅτι χωρὶς τοῦ Λόγου οὐδὲ ἓν ἐγένετο, ὃ γέγονεν ἐν αὐτῷ. Πάντα γὰρ ὅσα γεγόνασι καὶ ἐκτίσθησαν ἐν αὐτῷ, τῷ Λόγῳ φημὶ, χωρὶς αὐτοῦ οὐ γεγόνασιν. Εἶτα ἀπὸ ἄλλης ἀρχῆς· « Ζωὴ ἦν, καὶ ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων. » Ζωὴν δὲ ὁ εὐαγγελιστὴς ὀνομάζει τὸν Κύριον, ὡς τὴν τῶν ἁπάντων ζωὴν συνέχοντα, ἀλλὰ καὶ ὡς τῆς πνευματικῆς ζωῆς πρόξενον πᾶσι τοῖς λογικοῖς. Φῶς δὲ, οὐ τοιοῦτον αἰσθητὸν, ἀλλὰ νοητὸν, τὴν ψυχὴν φωτίζον αὐτήν. Οὐκ εἶπε δὲ, ὅτι τῶν Ἰουδαίων μόνων ἐστὶ φῶς, ἀλλὰ πάντων ἀνθρώπων. Πάντες γὰρ ἄνθρωποι, καθὸ νοῦν ἐλάβομεν καὶ λόγον παρὰ τοῦ κτίσαντος ἡμᾶς Λόγου, κατὰ τοῦτο λεγόμεθα φωτισθῆναι ὑπ' αὐτοῦ. Ὁ γὰρ λόγος ὁ δοθεὶς ἡμῖν, δι' ὃν καὶ λογικοὶ καλούμεθα, φῶς ἐστιν ὁδηγοῦν ἡμᾶς εἰς τὰ πρακτέα, καὶ τὰ μὴ πρακτέα.

Vers. 4. « In ipso vita erat, et vita erat lux hominum. » Pneumatomachi, qui Spiritum negant Deum, hanc particulam sic legunt: « Et sine ipso factum est nihil. » Deinde hoc loco facto puncto legunt quasi ab altero principio, « Quod factum est, in ipso vita erat. » Et interpretantur locum juxta suam mentem, dicentes quod hoc loco de Spiritu sancto evangelista disserat, dicens: Quod factum est in ipso, hoc est, Spiritus sanctus, vita erat. Hæc autem dicunt Macedoniani, conantes ostendere Spiritum sanctum esse creaturam, et annumerare eum his quæ facta sunt. Nos autem non sic, sed puncto facto postquam dixit quod factum est, novum principium legimus, « In ipso vita erat. » Postquam enim dixit de opificio quod omnia per ipsum facta sint, dicit postea de ejus providentia, quod non solum condiderit, sed etiam ipse sit is qui vitam omnium creaturarum conservet. Etenim « in ipso vita erat. » Scio autem a sanctorum quodam particulam hanc sic lectam: « Et sine ipso factum est nihil quod factum est in ipso: » deinde posito signo, cœpta quæ sequuntur, « Vita erat. » Opinorque etiam hanc lectionem non malam, sed rectam habere sententiam. Sanctus enim iste orthodoxe intellexit, quia sine Verbo nihil factum est quod factum est in ipso. Omnia enim quæcunque facta sunt, et condita sunt in ipso Verbo, inquam, sine ipso non sunt facta. Deinde aliud initium erat, « Vita erat, et vita erat lux hominum. » Vitam evangelista nominat Dominum, eo quod contineat vitam omnium in se, et quod spiritualis vitæ conciliator fuerit omnibus ratione præditis. Lux autem non aliqua sensibilis, sed spiritualis, quæ ipsam animam illustret. Non dixit autem, quod Judæorum lumen duntaxat sit, sed omnium hominum. Omnes enim homines secundum quod mentem accepimus et rationem ab eo quod nos creavit Verbo, dicimur illustrari ab eo. Nam ratio data nobis, secundum quam rationales vocamur, lux est, quæ ducit nos ad quæ sunt facienda, et quæ non sunt facienda.

« Καὶ τὸ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει, καὶ ἡ σκοτία

Vers. 5. « Et lux in tenebris lucet, et tenebræ

[66] Coloss. I, 16.

Digitized by Google

eam non comprehenderunt. » Lux, hoc est Verbum Dei, in tenebris, hoc est morte et errore, lucet. Nam et ipse mortuus sic mortem superavit, ut et eos quos prius absorpserat, coegerit ipsam evomere. Et in errore gentili fulget prædicatio. « Et tenebræ eam non comprehenderunt. » Mors enim eum non comprehendit, neque error. Invictum enim est lumen hoc, Deus Verbum, inquam. Quidam autem te- **511** nebras existimarunt et carnem et vitam. Verbum enim factum in vita et carne hac fulsit. Et tenebræ, adversaria inquam potestas, tentarunt quidem et persecutæ sunt lumen, sed invictum et infatigabile offenderunt. Tenebræ autem dicitur caro, non quod secundum naturam sit talis, absit, sed propter peccatum. Caro enim nihil omnino habet malum, si naturaliter moveatur : sed si præter naturam moveatur et peccato serviat, tenebræ fit et dicitur.

VERS. 6. « Fuit homo missus a Deo, nomen ei Joannes. » Postquam disseruit nobis de subsistentia Verbi Dei ante sæcula : quia et de incarnatione Verbi dicturus est, sermonem de Præcursore interserit. Et quis alius quam Joannes Præcursor haberet sermonem de ipsius nativitate, qui præcurrit et ante nativitatem Domini? Dicit igitur de Præcursore evangelista, quod fuit homo missus a Deo, missus, inquam, a Deo; pseudoprophetæ enim non a Deo missi erant. Cæterum cum audieris quod missus fuerit a Deo, nihil privatum vel humanum dicere putes, sed divina omnia. Et idcirco etiam angelus dicitur. Angeli enim virtus est nihil proprium dicere. Item cum angelum audieris, ne putes quod natura sit angelus, vel ex cœlo descenderit, sed propter opus et ministerium vocatur angelus. Quia enim ministravit prædicationi, et prænuntius fuit Domini, ejus gratia, dictus est angelus: Propterea evangelista subvertens quorumdam opinionem qui suspicabantur Joannem natura fuisse angelum, dicit : « Fuit homo missus a Deo. »

VERS. 7. « Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. » Hic, inquit, qui missus erat a Deo, venit ut testimonium perhiberet de lumine. Deinde ne quis existimet quod hujus testimonio opus habuerit ad gloriam Unigenitus, quasi aliqua ex parte inops, idcirco addidit quod venit testificaturus de Filio Dei : non quod illius testimonio habeat opus, sed ut omnes credant per illum. Num et omnes per ipsum crediderunt? Minime. Quomodo igitur inquit evangelista, ut omnes credant? Quomodo? Quantum in illo erat, propterea testificabatur, ut omnes trahat. Quamvis autem quidam discredant, non tamen ideo ille reprehendendus : quoniam et sol in hoc lucet, ut omnes illuminet, at si quis in caliginosa quadam domo se incluserit et jubare non fruatur, quid hoc ad solem? Sic igitur et hoc loco missus quidem

A αὐτὸ οὐ κατέλαβεν. » Τὸ φῶς, ἤγουν ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ, ἐν τῇ σκοτίᾳ, τουτέστιν, ἐν τῷ θανάτῳ καὶ τῇ πλάνῃ φαίνει. Καὶ γὰρ καὶ ἐν τῷ θανάτῳ γενόμενος, οὕτως αὐτοῦ περιεγένετο, ὡς καὶ οὓς ἔφθασε καταπιεῖν, ἀναγκάσαι αὐτὸν ἐξεμέσαι· καὶ ἐν τῇ πλάνῃ τῇ Ἑλληνικῇ λάμπει τὸ κήρυγμα. « Καὶ ἡ σκοτία αὐτὸ οὐ κατέλαβεν. » Οὔτε γὰρ ὁ θάνατος αὐτοῦ περιεγένετο, οὔτε ἡ πλάνη. Ἀκαταγώνιστον γάρ ἐστι τὸ φῶς τοῦτο, ὁ Θεὸς Λόγος φημί. Τινὲς δὲ σκοτίαν ἐνόμισαν τὴν σάρκα καὶ τὸν βίον. Καὶ ἐν σαρκὶ οὖν γενόμενος καὶ ἐν τῷ βίῳ τούτῳ ὁ Λόγος ἔλαμφε· καὶ ἡ σκοτία, ἡ ἀντικειμένη λέγω δύναμις, ἐπείρασε μὲν, καὶ ἐδίωξε τὸ φῶς, ἀλλ' εὗρεν ἀκαταμάχητον καὶ ἀήττητον. Σκοτία δὲ λέγεται ἡ σάρξ, οὐχ ὡς κατὰ φύσιν τοιαύτη οὖσα, ἅπαγε! ἀλλ' ὡς διὰ τὴν
B ἁμαρτίαν. Ἡ γὰρ σάρξ οὐδὲν ὅλως ἔχει κακὸν φυσικῶς, κινουμένη, παρὰ φύσιν δὲ κινηθεῖσα, καὶ πρὸς ἁμαρτίαν ὑπηρετήσασα, σκοτία καὶ γίνεται καὶ λέγεται.

« Ἐγένετο ἄνθρωπος ἀπεσταλμένος παρὰ Θεοῦ, ὄνομα αὐτῷ Ἰωάννης. » Μετὰ τὸ διαλεχθῆναι ἡμῖν περὶ τῆς πρὸ αἰώνων ὑπάρξεως τοῦ Θεοῦ Λόγου, ἐπειδὴ μέλλει καὶ περὶ τῆς τοῦ Λόγου σαρκώσεως εἰπεῖν, παρεμβάλλει τὸν τοῦ Προδρόμου λόγον. Καὶ τί γὰρ ἄλλο, ἢ Πρόδρομος ὢν ὁ Ἰωάννης ἔχει καὶ τὸν περὶ τῆς αὐτοῦ γενέσεως λόγον, προτρέχοντα τῆς τοῦ Κυρίου ἐνσάρκου γεννήσεως; Φησὶν οὖν περὶ τοῦ Προδρόμου ὁ εὐαγγελιστὴς, ὅτι « Ἐγένετο ἀπεσταλμένος παρὰ Θεοῦ, » ἀντὶ τοῦ, ἀπεστάλη παρὰ Θεοῦ.
C Οἱ γὰρ ψευδοπροφῆται οὐκ ἐκ Θεοῦ. Ὅταν δὲ ἀκούσῃς, ὅτι ἀπεστάλη παρὰ Θεοῦ, μηδὲν ἴδιον νομίσῃς ἢ ἀνθρώπινον λέγειν, ἀλλὰ πάντα θεῖα. Διὰ τοῦτο καὶ ἄγγελος λέγεται, ἀγγέλου δὲ ἀρετὴ μηδὲν ἴδιον λέγειν. Ἄγγελον δὲ ἀκούσας, μὴ νόμιζε, ὅτι φύσει ἄγγελος ἦν, ἢ ἐκ τῶν οὐρανῶν κατέβη· ἀλλὰ διὰ τὸ ἔργον καὶ τὴν διακονίαν ἄγγελος καλεῖται. Ἐπεὶ γὰρ ὑπηρέτησε τῷ κηρύγματι, καὶ προήγγειλε τὸν Κύριον, τούτου ἕνεκεν ἐκλήθη ἄγγελος. Διὸ καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς ἀνατρέπων τὴν τῶν πολλῶν ὑπόνοιαν, τῶν ἴσως νομισάντων, ὅτι ἄγγελος ἦν ὁ Ἰωάννης τῇ φύσει, φησίν· « Ἐγένετο ἄνθρωπος ἀπεσταλμένος παρὰ Θεοῦ. »

« Οὗτος ἦλθεν εἰς μαρτυρίαν, ἵνα μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ φωτὸς, ἵνα πάντες πιστεύσωσι δι' αὐτοῦ. Οὗτος,
D φησὶν, ὁ ἀπεσταλμένος παρὰ Θεοῦ, ἵνα μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ φωτός. Εἶτα ἵνα μή τις νομίσῃ, ὅτι ἐχρῆζεν ἄρα τῆς τούτου μαρτυρίας ὁ Μονογενὴς ὡς ἐλλιπὴς ὤν, διὰ τοῦτο προστίθησιν, ὅτι ἦλθε μαρτυρήσων περὶ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ· οὐχ ὡς αὐτοῦ τῆς ἐκείνου χρῄζοντος μαρτυρίας, ἀλλ' ἵνα πάντες πιστεύσωσι δι' αὐτοῦ. Ἆρα οὖν καὶ πάντες ἐπίστευσαν δι' αὐτοῦ; Οὐχί. Πῶς οὖν φησιν ὁ εὐαγγελιστὴς, « Ἵνα πάντες πιστεύσωσι; » Πῶς; Ὅσον τὸ ἐπ' ἐκείνῳ, διὰ τοῦτο ἐμαρτύρησεν, ἵνα πάντας ἑλκύσῃ· εἰ δὲ ἠπίστησάν τινες, οὐκ ἐκεῖνος μεμπτέος. Ἐπειδὴ καὶ ὁ ἥλιος ἐπὶ τούτῳ ἀνατέλλει, ἵνα πάντας φωτίσῃ· εἰ δέ τις ἀποκλείσας ἑαυτὸν ἐν ζοφώδει οἰκήματι, οὐκ ἀπολαύει τῆς ἀκτῖνος αὐτοῦ, τί τοῦτο πρὸς τὸν ἥλιον; Οὕτω κἀκεῖσθε, ἀπεστάλη μὲν ὁ Ἰωάννης, ἵνα πάντες

Digitized by Google

πιστεύσωσιν· εἰ δὲ μὴ τοῦτο ἀπέβη, οὐκ ἐκεῖνος A fuit Joannes, ut omnes credant : quamvis autem evenerit contrarium, ille in causa non est.

« Οὐκ ἦν ἐκεῖνος τὸ φῶς, ἀλλ' ἵνα μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ φωτός. » Ἐπειδὴ ὡς ἐπὶ πολὺ συμβαίνει τὸν μαρτυροῦντα κρείττονα εἶναι τοῦ μαρτυρουμένου, ἵνα μὴ νομίσῃς, ὅτι καὶ Ἰωάννης μαρτυρῶν [περὶ] Χριστοῦ κρειττων αὐτοῦ ἦν· τὴν πονηρὰν ταύτην ὑποψίαν περιαιρῶν, φησίν· Οὐκ ἦν ἐκεῖνος τὸ φῶς. Ἀλλ' εἴποι ἂν τις· Ἆρα οὐδὲ τὸν Ἰωάννην, οὔτε τινὰ ἄλλων τῶν ἁγίων εἴποιμεν φῶς; Φῶς μὲν εἴποιμεν ἕκαστον τῶν ἁγίων· τὸ φῶς δὲ οὐκ ἂν εἴποιμεν μετὰ τοῦ ἄρθρου. Οἷον, ἐάν σε ἔροιτό τις· Ἆρα ὁ Ἰωάννης φῶς ἐστι; κατάνευσον· εἰ δὲ οὕτως ἐρωτήσει· Ἆρα ὁ Ἰωάννης τὸ φῶς ἐστιν; εἰπὲ, Οὔ. Οὐ γάρ ἐστιν αὐτὸς τὸ φῶς κυρίως, ἀλλὰ φῶς κατὰ μετοχήν, ἔχον τὴν λάμψιν ἐκ τοῦ ἀληθινοῦ φωτός. B

« Ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον. » Μέλλει εἰπεῖν περὶ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας τοῦ Μονογενοῦς, ὅτι ἦλθεν εἰς τὰ ἴδια, ὅτι σὰρξ ἐγένετο. Ἵνα τοίνυν μὴ νομίσῃ τις, ὅτι πρὸ τοῦ σαρκωθῆναι οὐκ ἦν, τούτου ἕνεκα ἀνάγει τὴν διάνοιαν ἐπὶ τὴν ἐπέκεινα πάσης ἀρχῆς ὕπαρξιν, καί φησιν· Ἦν καὶ πρὸ τοῦ σαρκωθῆναι τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν. Διὰ τούτου δὲ τὴν Φωτεινοῦ καὶ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως αἵρεσιν ἀνατρέπει, τῶν λογματισάντων τότε ὑπάρξαι τὸν Μονογενῆ, ὅτε ἀπὸ Μαρίας ἐγεννήθη· πρὸ τούτου δὲ μὴ εἶναι. Ἄκουε καὶ σὺ, ὁ Ἀρειανὸς, ὁ μὴ λέγων ἀληθινὸν Θεὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τί φησιν ὁ εὐαγγελιστής· « τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν· » καὶ σὺ δέ, ὦ Μανιχαῖε, ὁ λέγων, ὅτι C τοῦ πονηροῦ δημιουργοῦ ἐσμεν κτίσματα, ἄκουε, ὅτι τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν φωτίζει πάντα ἄνθρωπον. Εἰ οὖν ὁ πονηρὸς δημιουργὸς σκότος ἐστὶν, οὐκ ἂν φωτίσῃ τινά· ὥστε τοῦ φωτὸς τοῦ ἀληθινοῦ ἐσμεν κτίσματα. Καὶ πῶς, φησὶ, φωτίζει πάντα ἄνθρωπον, ὅπου γε βλέπομέν τινας ἐσκοτισμένους; Ὅσον τὸ ἐφ' ἑαυτῷ, πάντας φωτίζει. Εἰπὲ γάρ μοι, οὐ πάντες λογικοί; οὐ πάντες φύσει γινώσκοντες τὸ καλὸν καὶ τοὐναντίον; οὐκ ἔχοντες δύναμιν ἐννοῆσαι ἀπὸ τῶν κτισμάτων τὸν Κτίστην; Ὥστε ὁ λόγος ὁ δοθεὶς ἡμῖν, καὶ παιδαγωγῶν ἡμᾶς φύσει, ὃς καὶ φυσικὸς νόμος καλεῖται, οὗτος ἔ κληθείη φῶς, τὸ δοθὲν ἡμῖν παρὰ Θεοῦ· εἰ δέ τι ἐς κακῶς τῷ λόγῳ ἐχρήσαντο, ἑαυτοὺς ἐσκότισαν. Τινὲς δὲ οὕτω λύουσι τὴν ἔνστασιν ταύτην· Φωτίζει, φησὶν, ὁ Κύριος πάντα D ἄνθρωπον τὸν ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον, ἤτοι εἰς τάξιν βελτίονα, καὶ σπουδάζοντα κοσμῆσαι τὴν οἰκείαν ψυχὴν, καὶ μὴ ἐᾶσαι ἄκοσμόν τε καὶ ἀκαλλῆ.

« Ἐν τῷ κόσμῳ ἦν, καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω. » Ἐν τῷ κόσμῳ ἦν, ὡς Θεὸς πανταχοῦ παρών· ἀλλὰ δὴ καὶ κατὰ προνοητικὸν καὶ συνε[κ]τικὸν λεχθείη ἂν ἐν τῷ κόσμῳ εἶναι. Καίτοι τί τοῦτο, φησὶ, λέγω, ὅτι ἐν τῷ κόσμῳ ἦν, ὅπου γε οὐδὲ ὁ κόσμος ἂν ἦν, εἰ μὴ αὐτὸς αὐτὸν ἐποίησε; Πανταχόθεν δὲ Δημιουργὸν αὐτὸν δείκνυσιν· ἅμα μὲν καὶ τὴν τοῦ Μάνεντος λύσσαν ἀναστέλλων, τοῦ λέγοντος, πονηρὸν δημιουργὸν παραγαγεῖν τὰ σύμπαντα· ἀλλὰ δὴ καὶ τὴν τοῦ Ἀρείου, τοῦ φήσαντος κτίσμα εἶναι τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ· ἅμα δὲ καὶ

Vers. 8. « Non erat ille lux illa, sed ut testaretur de luce. » Quandoquidem, ut sæpe fieri solet, qui testatur major est eo cui testimonium perhibet, ne existimes quod Joannes testificans Christo major illo fuerit; malam suspicionem illam **512** interimens, inquit, Non erat ille lux illa. Sed dixerit quispiam : Igitur non erit vel Joannes, vel quispiam sanctorum vocandus lux? Lucem utique recte dixerimus unumquemque sanctorum, sed lucem illam cum articulo neutiquam dicemus. Unde si quis tibi dixerit, Joannes lux est? annue. Si autem interrogarit, Numquid Joannes lux illa est? dic, Non. Non enim ipse proprie lux est, sed lux per participationem, habens fulgorem a vera luce.

Vers. 9. « Erat lux illa lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum. » Dicturus est de incarnatione Unigeniti, quod venerit in propria, quod caro factus sit. Ne igitur quis suspicetur quod non fuerit antequam incarnaretur, ejus gratia subvehit mentem nostram in substantiam, quæ ultra omne principium est, et inquit : Erat etiam antequam incarnaretur lux illa vera. Et per hoc Photini et Pauli Samosateni subvertit hæresim, qui docent in suis dogmatibus Unigenitum tunc cœpisse, quando de Maria natus est, et ante hoc non fuisse. Audi et tu, Ariane, qui negas verum Deum Filium Dei, quid dicat evangelista : « Erat lux illa vera. » Et tu quoque, Manichæe, qui dicis quod simus creaturæ opificis diaboli, audi, quia lux illa vera illuminat omnem hominem. Si igitur malignus ille opifex tenebræ est, nullum utique illuminat : atque ita veræ lucis creaturæ sumus. Et quomodo, inquit, illuminat omnem hominem, cum videamus tam multos obtenebratos? Quantum ad ipsum attinet, illuminat omnes. Dic enim, obsecro, nonne omnes rationales sunt? nonne omnes natura scientes bonum et malum? nonne omnes habent virtutem ex creaturis cognoscendi Creatorem? Et ita ratio data nobis, et natura nos instruens, quæ et naturalis lex vocatur, hæc vocata est lux nobis a Deo data. Quod si quidam ratione usi non sunt, hi seipsos obtenebrarunt. Nonnulli hanc dubitationem ita solvunt : Illuminat, inquiunt, Dominus omnem hominem venientem in mundum : hoc est, eos qui sunt in statu meliori, et dantes operam ut ornetur anima sua, neque illam inornatam et turpem esse sinentes.

Vers. 10. « In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit. » In mundo erat, sicut Deus ubique præsens. Quin et propter providentiam, et conservativam vim qua omnia conservat, dicendus est in mundo esse : atqui cur hoc, inquit, dico quod in mundo fuerit, quoniam neque mundus ipse fuisset, nisi ille ipsum condidisset? Ubique ipsum ostendit opificem, partim ut Manichæi insaniam reprimeret, qui dicit malignum opificem produxisse omnia et Arium confutaret, qui dixit Filium Dei esse creaturam : partim ut omnem

Digitized by Google

hominem induceret ut confiteatur Factorem, et non
513 serviat creaturis, sed adoret Conditorem. At mundus, inquit, eum non cognovit : hoc est, promiscuus ille populus, qui mundanis addictus est negotiis. Mundus enim significat quidem et universum hoc, sicut hoc loco dictum est, quod mundus per ipsum factus est : significat autem et eos qui mundana sapiunt : sicut hic dicit quod mundus eum non cognovit, hoc est terreni homines, quoniam sancti omnes et prophetæ agnoverunt.

VERS. 11. « In propria venit, et proprii eum non receperunt. » Hoc loco manifestissime ingreditur sermonem de incarnatione : et est totus sententiæ contextus is, Erat quidem absque carne lux vera in mundo, et non agnoscebatur : deinde in propria venit cum carne. Propria autem ejus vel totum mundum intellige, vel Judæos quos elegit ut funiculum hæreditatis, et ut portionem peculiumque suum. « Et proprii eum non receperunt, » vel Judæi, vel cæteri homines qui ab eo conditi. Igitur quemadmodum deplorat dementiam hominum, ita et admiratur misericordiam Domini. Qui proprii ejus, inquit, erant, non omnes receperunt eum. Nullum Dominus necessitate cogit et attrahit, sed voluntatem reliquit et electionem.

VERS. 12. « Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem fieri filios Dei; his qui credunt in nomine ejus. » Sive servi, sive liberi, sive pueri, sive senes, sive Barbari, sive Græci, quotquot receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Qui autem sunt illi? Illi qui credunt in nomine ejus, hi scilicet qui suscepto Verbo lucem veram per fidem receperunt, et declararunt. Cujus gratia non dixit quod fecerit eos filios Dei, sed quod potestatem dederit eis filios Dei fieri? Cujus gratia? audi : Quia non sufficit ad custodiam puritatis baptizari, sed et multo studio est opus ut imago adoptionis in Filium Dei, figurata in baptismate, incontaminata servetur : idcirco multi quidem in baptismo gratiam receperunt adoptionis, per ignaviam autem non fuerunt filii Dei usque ad finem. Fortassis autem quis etiam hoc dixerit quod multi recipiunt eum per hoc quod solum credunt, quales sunt qui dicuntur catechumeni, nondum autem facti sunt filii Dei; potestatem autem tunc habent, cum voluerint baptizari, et hanc gratiam consequi, adoptionem, inquam, in filios. Dicet autem quis et hoc : Quamvis in baptismo adoptionis beneficium accipiamus, tamen quod perfectum est in resurrectione accepturi sumus, et perfectissimam adoptionem tunc recepturos nos speramus : sicut et Paulus inquit : Quia adoptionem filiorum accepimus [57]. Quapropter et hic evangelista non dixit, « Quotquot receperunt eum, » fecit eos filios Dei : sed, « Dedit eis potestatem filios Dei fieri, » hoc est, **514** dedit ut in futuro sæculo gratiam illam suscipiant.

[57] Rom. VIII, 23, et Galat. IV, 5.

A πάντα ἄνθρωπον ἐνάγων εἰς τὸ ὁμολογῆσαι τὸν Ποιητὴν, καὶ μὴ λατρεῦσαι τοῖς κτίσμασιν, ἀλλὰ προσκυνῆσαι τὸν Κτίστην. « Ὁ κόσμος δὲ, φησὶν, αὐτὸν οὐκ ἔγνω, » ἀντὶ τοῦ, ὁ χυδαῖος λαὸς, ὁ τοῖς τοῦ κόσμου προστετηκὼς πράγμασι. Τὸ γὰρ « κόσμος » ὄνομα σημαίνει μὲν καὶ τὸ σύμπαν τοῦτο, καθὰ ἐνταῦθα εἴρηται, ὅτι « Ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο· » σημαίνει δὲ καὶ τοὺς τὰ κοσμικὰ φρονοῦντας· καθὰ ἐνταῦθά φησιν, ὅτι « Ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω, » ἀντὶ τοῦ, οἱ γήϊνοι ἄνθρωποι· ἐπεὶ οὔτε ἅγιοι πάντες καὶ οἱ προφῆται ἐπέγνωσαν.

« Εἰς τὰ ἴδια ἦλθε, καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐ παρέλαβον. » Ἐνταῦθα φανερώτατα εἰς τὸν περὶ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας λόγον εἰσβάλλει, καὶ ἔστιν ἡ ὅλη ὑφὴ τοῦ νοήματος τοιαύτη· Ἦν μὲν χωρὶς σαρκὸς τὸ B φῶς τὸ ἀληθινὸν ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ οὐκ ἐπεγινώσκετο· εἶτα καὶ εἰς τὰ ἴδια ἦλθε μετὰ σαρκός. Ἴδια δὲ αὐτοῦ ἢ τὸν ὅλον κόσμον νοήσεις, ἢ τὴν Ἰουδαίαν, ἣν ἐξελέξατο ὡς σχοίνισμα κληρονομίας, καὶ ὡς μερίδα, καὶ ὡς περιουσιασμὸν αὐτοῦ. « Καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐ παρέλαβον, » ἢ οἱ Ἰουδαῖοι, ἢ καὶ οἱ λοιποὶ ἄνθρωποι, οἱ ὑπ' αὐτοῦ κτισθέντες. Ὥσπερ οὖν ἀποκλαίεται τὴν ἄνοιαν τῶν ἀνθρώπων, καὶ θαυμάζει τὴν φιλανθρωπίαν τοῦ Δεσπότου. Ἴδιοι, φησὶν, ὄντες αὐτοῦ, οὐ πάντες παρέλαβον αὐτόν. Οὐ γὰρ ἀνάγκῃ τινὰ ἐφέλκεται ὁ Κύριος, ἀλλὰ γνώμῃ καὶ προαιρέσει.

« Ὅσοι δὲ ἔλαβον αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι, τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ. » Κἂν δοῦλοι, κἂν ἐλεύθεροι, κἂν παῖδες, κἂν γέροντες, κἂν Βάρβαροι, κἂν Ἕλληνες, ὅσοι ἔλαβον C αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι. Τίνες δέ εἰσιν οὗτοι; Οἱ πιστεύοντες εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Ὥστε οἱ λαβόντες τὸν Λόγον καὶ τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, διὰ τῆς πίστεως ἔλαβον καὶ ὑπεδέξαντο. Τίνος δὲ χάριν οὐκ εἶπεν, ὅτι ἐποίησεν αὐτοὺς τέκνα Θεοῦ, ἀλλ' ὅτι ἐξουσίαν ἔδωκεν αὐτοῖς τέκνα Θεοῦ γενέσθαι; Τίνος ἕνεκεν; Ἄκουε, ὅτι οὐκ ἐξαρκεῖ πρὸς τὴν φυλακὴν τῆς καθαρότητος τὸ βαπτισθῆναι, ἀλλὰ καὶ πολλῆς σπουδῆς χρεία, ὥστε τὴν ἐν τῷ βαπτίσματι τυπωθεῖσαν εἰκόνα τῆς υἱοθεσίας ἀκηλίδωτον διαφυλάξαι· διὸ πολλοὶ ἔλαβον μὲν τὴν διὰ τοῦ βαπτίσματος χάριν τῆς υἱοθεσίας, ῥᾳθυμήσαντες δὲ οὐκ ἐγένοντο τέκνα Θεοῦ ἄχρι τέλους. Τάχα δ' ἂν τις εἴποι καὶ τοῦτο, ὅτι πολλοὶ λαμβάνουσι μὲν αὐτὸν D διὰ τοῦ πιστεῦσαι μόνον, οἷοί εἰσιν οἱ λεγόμενοι Κατηχούμενοι, οὔπω δὲ ἐγένοντο τέκνα Θεοῦ· ἐξουσίαν μέντοι γε ἔχουσιν, εἰ βούλοιντο βαπτισθῆναι, καὶ ταύτης καταξιωθῆναι τῆς χάριτος, τῆς υἱοθεσίας φημί. Ἐρεῖ δέ τις καὶ τοῦτο, ὅτι Εἰ καὶ διὰ τοῦ βαπτίσματος τῆς υἱοθεσίας τὴν χάριν δεχόμεθα, ἀλλὰ τὸ τέλειον ἐν τῇ ἀναστάσει ἀπολαμβάνομεν, καὶ τὴν ἐντελεστάστην υἱοθεσίαν τότε ἐλπίζομεν ἀπολήψεσθαι· καθὰ δὴ καὶ Παῦλός φησιν· « Ὅτι τὴν υἱοθεσίαν ἀπεκδεχόμεθα. » Διὰ τοῦτο γοῦν καὶ οὗτος ὁ εὐαγγελιστὴς οὐκ εἶπεν, ὅτι Ὅσοι ἔλαβον αὐτὸν, ἐποίησεν αὐτοὺς τέκνα Θεοῦ, ἀλλ', « Ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι, » τουτέστιν, ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι λαμβάνεσθαι ταύτην τὴν χάριν.

Digitized by Google

« Οἳ οὐκ ἐξ αἱμάτων, οὐδὲ ἐκ θελήματος σαρκὸς, οὐδὲ ἐκ θελήματος ἀνδρὸς, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ ἐγεννήθησαν. » Σύγκρισιν ὥσπερ ποιεῖται τοῦ θείου καὶ τοῦ σαρκικοῦ τόκου, οὐκ ἀπεικότως ἀναμιμνήσκων ἡμᾶς τῶν σαρκικῶν ὠδίνων, ἀλλ' ὅπως διὰ τῆς συγκρίσεως ἐπιγνόντες ἡμεῖς τοῦ σαρκικοῦ τόκου τὸ ἀγενὲς καὶ ταπεινὸν, πρὸς τὴν θείαν χάριν δράμωμεν. Φησὶ γοῦν· « Οἳ οὐκ ἐξ αἱμάτων ἐγεννήθησαν, » τῶν καταμηνίων δηλαδή· ἐκ τούτων γὰρ ἡ τροφὴ καὶ ἡ αὔξησις τῷ ἐμβρύῳ·(13) φασὶ δὲ ὅτι καὶ τὸ σπέρμα πρῶτον ἐξαιματοῦται, εἶτα εἰς σάρκα καὶ τὴν ἄλλην διασκευὴν μεταπλάττεται. Ἐπεὶ δὲ εἰκὸς ἦν τινας εἰπεῖν, ὅτι καὶ τοῦ Ἰσαὰκ λοιπὸν ἡ γέννησις τοιαύτη ἦν, οἵαν γεννῶνται οἱ πιστεύοντες εἰς Χριστόν· καὶ γὰρ καὶ ὁ Ἰσαὰκ οὐκ ἐξ αἱμάτων ἐγεννήθη· ἐξέλιπε γὰρ τῇ Σάρρᾳ τὰ καταμήνια· ἐπεὶ τοίνυν ἐνεδέχετό τινας ὑπονοῆσαι τοῦτο, ἐπάγει τὸ, « Οὐδὲ ἐκ θελήματος σαρκὸς, οὐδὲ ἐκ θελήματος ἀνδρός. » Καὶ γὰρ τῷ Ἰσαὰκ εἰ οὐκ ἐξ αἱμάτων ἡ γέννησις, ἀλλά γε ἐκ θελήματος ἀνδρός· ἤθελε γὰρ δήπου ὁ ἀνὴρ γεννηθῆναι αὐτῷ παιδίον ἐκ τῆς Σάρρας. Ἐκ θελήματος δὲ σαρκὸς, ὡς ἐκ τῆς Ἄννης ὁ Σαμουήλ. Εἴποις οὖν τὸν μὲν Ἰσαὰκ ἐκ θελήματος ἀνδρὸς, τὸν δὲ Σαμουὴλ ἐκ θελήματος σαρκὸς, τουτέστι, τῆς ἀνθρωπίνης (*a*)· ἐδίψα γὰρ τοῦ κτήσασθαι παῖδα ἡ στεῖρα αὕτη· τάχα δὲ καὶ ἀμφότερα ἐπὶ ἀμφοτέρων. Εἰ δέ τι καὶ ἕτερον βούλοιο μαθεῖν, ἄκουε, ὅτι ἡ κατὰ σάρκα μίξις ἢ ἀπὸ πυρώσεως φυσικῆς γίνεται· πολλάκις γάρ τις ἔτοχε διαπλάσεως θερμοτέρας, καὶ ἐκ τούτου ἐστὶν εὐκατάφορος πρὸς συνουσίαν (τοῦτο γοῦν ὠνόμασε θέλημα σαρκὸς), ἢ διὰ πονηρὰν συνήθειαν, καὶ ἀκόλαστον δίαιταν, ἡ πρὸς συνουσίαν ὁρμὴ ἄσχετος γίνεται, ἣν θέλημα ἀνδρὸς ἐκάλεσεν, ὡς οὐ τῆς φυσικῆς διαπλάσεως, ἀλλὰ τῆς τοῦ ἀνδρὸς ἀκολασίας ἔργον οὖσαν. Ἴσως δὲ, ἐπεὶ ποτὲ μὲν εὑρίσκεται ἡ γυνὴ πρὸς συνουσίαν εὐκατάφορος, ποτὲ δὲ ὁ ἀνὴρ, διὰ μὲν τοῦ θελήματος τοῦ ἀνδρὸς τὴν τοῦ ἀνδρὸς λαγνείαν ἐδήλωσε· διὰ δὲ τοῦ θελήματος τῆς σαρκὸς, τὴν τῆς γυναικός. Νοήσεις (*b*) δ' ἂν εἰκότως καὶ θέλημα σαρκὸς τὴν ἐπιθυμίαν τὴν ἀναζωπυροῦ-

VERS. 13. « Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. » Comparationem quodammodo facit divinæ et carnalis generationis, non absurde reducens nobis in memoriam carnales partus, ut agnita vilitate et humilitate carnalis generationis per comparationem, ad divinam gratiam curramus. Dicit igitur, « Qui non ex sanguinibus nati sunt, » mensiruis scilicet. Ex illis enim embryo nutrimentum habet et incrementum. Dicunt autem quod et semen primum sanguinis naturam accipiat, et deinde in carnem et aliam dispositionem transformetur. Quia autem probabile est quosdam dicturos quod et nativitas Isaac fere talis fuerit, quali generantur credentes in Christum; etenim Isaac non ex sanguinibus natus est: defecerant enim Sarræ mensfrua; itaque quia possibile est quosdam talia suspicari, subdit: « Neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri. » Etenim quamvis nativitas Isaac non fuerit ex sanguinibus, erat tamen ex voluntate viri. Voluit enim utique vir generare sibi puerum de Sarra. Ex voluntate autem carnis, sicut ex Anna Samuel. Dixerit enim quis Isaac ex voluntate viri, Samuelem vero ex voluntate carnis, hoc est Annæ. Sitivit enim, inquit, ut possideret filium sterilis ista. Fortassis autem ambo ex utrisque. Quod si et aliud quid volueris discere, audi: Carnalis coitus vel fit a naturali ardore: sæpe enim quis calidioris complexionis est, et inde ad coitum est propensior, et hoc appellat voluntatem carnis: vel propter malam consuetudinem, et intemperantiam diætæ, impetus coeundi violentior fit, et illum nominat voluntatem viri, quod non sit ex naturali constitutione, sed opus sit virilis intemperantiæ. Fortassis autem quia mulier interdum invenitur ad coitum propensior, interdum vero vir, per voluntatem quidem carnis, intellexit muheris, per voluntatem autem viri, viri lasciviam significavit. Intelliges autem recte per voluntatem carnis, concupiscentiam incendentem ad coitum carnem: per voluntatem autem viri, con-

Ex collatione codd. Venet. S. Marci.

(13) Cod. 31, ἐκ τούτων γὰρ ἡ τροφὴ καὶ ἡ αὔξησις τῷ ἐμβρύῳ. Πάντες οἱ ἐξ ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν τικτόμενοι φυσικὴν γέννησιν ἔχουσι τὴν *ἐξ αἱμάτων*. Ἐπεὶ δὲ τῶν ἀλλήλοις συναρμοζομένων ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν, οἱ μὲν ἀνδριζόμενοι κατὰ τῆς ἐπιθυμίας τῆς σαρκὸς, συναρμόζονται διὰ παιδοποιΐαν, οἱ δὲ ἀνδριζόμενοι κατ' αὐτῆς, δι' αὐτὴν συναρμόζονται τὴν ἐπιθυμίαν, τοὺς μὲν ἀποτικτομένους ἐκ τῶν κατὰ τῆς σαρκὸς ἀνδριζομένων παρεισάγει *ἐκ θελήματος* γεννᾶσθαι *ἀνδρὸς*, τοὺς δὲ δι' ἐπιθυμίαν *σαρκὸς*, *ἐκ θελήματος σαρκὸς*, καί φησι, τοὺς ἐκ Θεοῦ κατὰ χάριν τῆς υἱοθεσίας τικτομένους, μὴ κεκτῆσθαι ταύτην τὴν θείαν ἀπόξεξιν φυσικῶς ὅλως, εἴτε γεγέννηνται ἐκ τοῦ διὰ παιδοποιΐαν, εἴτε ἐκ τῆς δι' ἐπιθυμίαν σαρκὸς, τοὺς φυσικῶς ἀποτεκόντας αὐτοὺς, ἀλλήλοις συνέρχεσθαι. « Ex illis enim embryo nutrimentum habet.

Et quidem omnes qui ex viris feminisque nascuntur, naturalem generationem habent *ex sanguinibus*. Attamen, cum ex viris feminisque, qui invicem copulantur, alii quidem viriliter se habentes contra concupiscentiam, copulantur nihilominus ad prolem habendam; alii in prolem minus propensi, propter ipsam concupiscentiam copulantur: hinc eos qui gignuntur ab iis qui contra concupiscentiam viriliter se habent, appellat natos *ex voluntate viri*, eos vero, qui concupiscentiæ impulsu progeniti sunt, *ex voluntate carnis*. Subditque, eos qui ex Deo nati sunt per gratiam adoptionis in filios, nullo naturali modo divinam hanc nativitatis rationem consecutos esse; sive prolis desiderium, sive carnis concupiscentia ipsorum parentes ad conjunctionem impulerit. Dicunt autem, » etc.

(*a*) Leg. τῆς Ἄννης.

(*b*) In cod. Rom. et edit. Lut. desunt ab νοήσεις, usque ad ταῦτα δὲ πάντα. Lacuna suppleta est ex codice Parisiensi apud Simonium tomo III *Criticæ in N. T.*, cap. 28, pag. 401. Sed hæc verba desiderantur in codicibus Venetæ Marcianæ bibliothecæ 26, 30, 31, 32.

Digitized by Google

gressum ac copulam concupiscentis, qui operis est principium. Posuit autem ambo, quia multi concupiscunt quidem, at non statim a concupiscentia abstrahuntur, sed imperant illi, et in opus non labuntur. Cæterum qui vincuntur, illi primum a carne et titillante concupiscentia succensi concitantur ut coitum velint. Igitur recte adjunxit evangelista voluntatem carnis voluntati viri, quia coitum natura præcedit concupiscentia, et in copula necessario præcedunt utraque. Hæc omnia dicta sunt propter eos qui multa sæpe interrogant stulte, quoniam proprie dicendo una ex omnibus **515** illis sententia declaratur, ipsius dico, quæ in carnali est generatione, vilitatis clarior manifestatio. Quid igitur plus habemus nos, qui in Christum credimus, quam Israelitæ in lege? Etenim et illi dicebantur filii Dei. Magnum sane inter nos et illos discrimen : quoniam lex in omnibus habebat umbram futurorum, neque adoptionem filiorum Dei dabat Israelitis, sed quasi in figura et typo, nos autem secundum veritatem, accepto Spiritu Dei per baptisma, clamamus : « Abba Pater [48]. » Sicut autem illorum baptisma in umbra et in figura erat, ita et adoptio nostram quoque præfigurabat. Propterea quamvis vocati fuerint filii, hoc tamen contigit eis in umbra, neque in veritate eamdem filiorum adoptionem habuerunt, quam nos nunc per baptisma.

VERS. 14. « Et Verbum caro factum est. » Postquam dixit quod nos credentes in Christum si voluerimus, efficiamur filii Dei, subinfert nunc et causam tanti boni. Dicit enim ; Vis discere quid conciliarit nobis hanc adoptionem in filios? Quia « Verbum caro factum est. » Quando autem audieris quod Verbum caro factum est, ne opineris quod a sua natura destiterit, et in carnem versum sit. Neque enim Deus fuisset, si versum et alteratum fuisset ; sed manens quod erat, factum est quod non erat. Apollinarius autem Laodicenus hinc hæresim excitavit. Dogma enim ejus erat, Dominum et Deum nostrum non suscepisse perfectam hominis naturam, videlicet corpus cum anima rationali, sed carnem solam mentalis et rationalis animæ expertem. Quid enim opus habebat anima Deus, inquit, qui habebat deitatem, quæ gubernabat corpus, sicut nos habemus animam corpus nostrum dirigentem ? Habebat autem ansam, ut existimabatur, ex præsenti dicto, « Et Verbum caro factum est. » Non enim, inquit, dixit : « Et factum est » homo, sed, « caro » : et ita non suscepit animam quæ habet mentem ac rationem, sed carnem absque mente et ratione. Ignorabat autem miserabilis ille quod Scriptura plerumque a parte totum nominet, utpote commemoratura totum hominem, a parte, anima scilicet, ipsum nominat : ut, « Omnis anima quæ non circumciditur, occidatur [49]. » Ecce enim pro eo quod

σαν πρὸς μίξιν τὴν σάρκα· θέλημα δὲ ἀνδρὸς, τὴν πρὸς τὸν συνδυασμὸν τοῦ ἐπιθυμοῦντος συγκατάθεσιν, ἥτις ἀρχὴ τῆς πράξεως. Ἔθηκε δὲ καὶ ἀμφότερα, ὅτι πολλοὶ ἐπιθυμοῦσι μὲν, οὐ μὴν εὐθὺς καὶ συναπάγονται τῇ ἐπιθυμίᾳ· ἀλλὰ κατακρατοῦσι ταύτης, καὶ πρὸς τὴν πρᾶξιν οὐκ ὀλισθαίνουσιν. Ὅσοι δὲ ἡττῶνται, ἐκεῖνοι πρῶτον ὑπὸ τῆς σαρκὸς καὶ τῆς ἐν ταύτῃ ὑποσμυχούσης ἐπιθυμίας διακαιόμενοι, πρὸς τὸ θέλειν μιγῆναι ἐκτρέπονται. Εὐτάκτως οὖν ὁ εὐαγγελιστὴς τὸ θέλημα τῆς σαρκὸς προέταξε τοῦ θελήματος τοῦ ἀνδρὸς, ὡς τῆς ἐπιθυμίας φυσικῶς προηγουμένης τῆς μίξεως, καὶ ἀμφοτέρων ἐπὶ τοῦ συνδυασμοῦ συντρεχόντων ἐξ ἀνάγκης. Ταῦτα δὲ πάντα εἴρηται διὰ τοὺς τὰ ἀνόητα πολλάκις ἐρωτῶντας· ἐπεὶ, τό γε κυριώτερον εἰπεῖν, μία διὰ πάντων τούτων ἔννοια δηλοῦται, φημὶ δὴ, ἡ τῆς τοῦ σαρκικοῦ τόπου εὐτελείας ἔμφασις. Τί οὖν πλέον ἔχομεν οἱ εἰς Χριστὸν πιστεύοντες τῶν ἐν τῷ νόμῳ Ἰσραηλιτῶν; Καὶ γὰρ κἀκεῖνοι υἱοὶ Θεοῦ ἐλέγοντο. Πολὺ τὸ διάφορον ἡμῶν κἀκείνων. Ἐπεὶ γὰρ ὁ νόμος ἐν πᾶσι σκιὰν εἶχε τῶν μελλόντων, οὐδὲ τὴν υἱοθεσίαν ἔχειν ἐδίδου τοῖς Ἰσραηλίταις, ἀλλ' ὡς ἐν τύπῳ καὶ σχήματι· ἡμεῖς δὲ κατὰ ἀλήθειαν λαβόντες τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ διὰ τοῦ βαπτίσματος, κράζομεν· « Ἀββᾶ ὁ Πατήρ. » Ἐκείνοις δὲ ὥσπερ τὸ βάπτισμα τυπικὸν ἦν καὶ σκιῶδες, οὕτω καὶ ἡ υἱοθεσία τὴν ἡμετέραν προτυποῦσα. Κἂν οὖν υἱοὶ ἐκαλοῦντο, ἀλλὰ σκιωδῶς, καὶ οὐκ αὐτὴν τὴν ἀλήθειαν τῆς υἱοθεσίας εἶχον, ὡς ἡμεῖς νῦν διὰ τοῦ βαπτίσματος.

« Καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο. » Εἰπὼν ὅτι τέκνα γινόμεθα Θεοῦ, εἰ θέλομεν, οἱ πιστεύσαντες εἰς Χριστὸν, ἐπιφέρει καὶ τὴν αἰτίαν τοῦ τηλικούτου ἀγαθοῦ. Τί γὰρ, φησὶ, προεξένησεν ἡμῖν τὴν υἱοθεσίαν ταύτην, βούλει μαθεῖν; Τὸ τὸν Λόγον σάρκα γενέσθαι. Ὅταν δὲ ἀκούσῃς, ὅτι « Σὰρξ ἐγένετο, » μὴ νομίσῃς ὅτι ἐξέστη τῆς οἰκείας φύσεως, καὶ ἐτράπη εἰς σάρκα· οὐ γὰρ ἂν Θεὸς ἦν, εἴπερ ἐτρέπετο καὶ ἠλλοιοῦτο· ἀλλ' ὅτι μένων ὃ ἦν, ἐγένετο ὃ οὐκ ἦν. Ἀπολλινάριος δὲ ὁ Λαοδικεὺς ἐντεῦθεν αἵρεσιν συνεστήσατο. Ἐδογμάτισε γὰρ ὅτι ὁ Κύριος καὶ Θεὸς ἡμῶν οὐκ ἀνέλαβε τὴν τοῦ ἀνθρώπου φύσιν τελείαν, ἤγουν σῶμα μετὰ ψυχῆς λογικῆς, ἀλλὰ σάρκα μόνην, ψυχῆς λογικῆς καὶ νοερᾶς ἄμοιρον. Τί γὰρ ἔχρηζεν ὁ Θεὸς τῆς ψυχῆς, ἔχων τὴν θεότητα κυβερνῶσαν τὸ σῶμα, ὃν τρόπον ἔχομεν ἡμεῖς τὴν ψυχὴν διεξάγουσαν τὸ ἡμῶν σῶμα; Εἶχε δὲ εἰς ἐπικουρίαν, ὡς ᾠήθη, τὸ παρὸν ῥητόν· « Καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο. » Οὐ γὰρ, φησὶν, εἶπεν, ὅτι Ἄνθρωπος ἐγένετο, ἀλλὰ, « σάρξ. » Ὥστε οὐκ ἀνέλαβε ψυχὴν νοῦν ἔχουσαν καὶ λόγον, ἀλλὰ σάρκα ἄνουν καὶ ἄλογον. Ἠγνόει δὲ ἄρα ὁ ἐλεεινὸς, ὅτι ἡ Γραφὴ ἀπὸ τοῦ μέρους πολλάκις ὀνομάζει τὸ ὅλον οἷον, μέλλουσα ἐπιμνησθῆναι ἀνθρώπου ὅλου, ἀπὸ μέρους, τῆς ψυχῆς λόγῳ ὀνομάζει αὐτόν· οἷον, « Πᾶσα ψυχὴ, ἥτις οὐ περιτμηθῇ, θανατούσθω. » Ἰδοὺ γὰρ ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν, πᾶς ἄνθρωπος, εἶπε τὸ μέρος, τὴν ψυχὴν λέγω. Καὶ πάλιν ἀπὸ τῆς σαρκὸς ὀνομάζει τὸ ὅλον, ὡς ὅταν λέγῃ·

[48] Rom. VIII, 15 et Galat. IV, 6. [49] Gen. XVII, 14.

Digitized by Google

« Καὶ ὄψεται πᾶσα σὰρξ τὸ Σωτήριον τοῦ Θεοῦ · » πάντα γὰρ ἄνθρωπον μέλλων εἰπεῖν, τῷ τῆς σαρκὸς ὀνόματι προσεχρήσατο. Οὕτως οὖν καὶ ὁ εὐαγγελιστής, ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν · Ὁ Λόγος ἄνθρωπος ἐγένετο, εἶπεν, « Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, » ἀπὸ τοῦ μέρους τὸν ἄνθρωπον ὀνομάζων, τὸν ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος συγκείμενον. Τάχα δὲ ἐπεὶ ἡ σὰρξ ἀλλότριόν ἐστι τῆς θείας φύσεως, θέλων ὁ εὐαγγελιστὴς δηλῶσαι τὴν ὑπεράπειρον συγκατάβασιν τοῦ Θεοῦ, τῆς σαρκὸς ἐμνήσθη, ἵν' ἐκπλαγῶμεν τὴν ἄφατον φιλανθρωπίαν αὐτοῦ, ὅτι, διὰ τὴν σωτηρίαν ἡμῶν, τὸ ἀλλότριον τῆς φύσεως αὐτοῦ καὶ ξένον παντάπασι, φημὶ δὴ τὴν σάρκα, προσέλαβεν. Ἡ μὲν γὰρ ψυχὴ ἔχει τινὰ συγγένειαν πρὸς Θεόν · ἡ δὲ σὰρξ παντάπασιν ἀκοινώνητος. Διὰ τοῦτο οὖν οἶμαι τὸν εὐαγγελιστὴν ἐνταῦθα μόνῳ τῷ τῆς σαρκὸς ὀνόματι χρήσασθαι, οὐχ ὡς ἀμοιροῦντος ψυχῆς τοῦ προσλήμματος, ἀλλὰ πρὸς ἔνδειξιν πλείω τοῦ θαυμαστοῦ καὶ φρικώδους μυστηρίου. Ἐπεὶ ἐὰν οὐ προσελάβετο ψυχὴν ἀνθρωπίνην ὁ Λόγος σαρκωθείς, ἀθεράπευτοι ἔτι εἰσὶν αἱ ψυχαὶ ἡμῶν · ὃ γὰρ οὐ προσελάβετο, οὐδὲ ἰγίασε. Καὶ τίς ὁ γέλως, τῆς ψυχῆς πρώτης παθούσης (ἐκείνη γὰρ ἡ ἐνδοῦσα τοῖς τοῦ ὄφεως λόγοις καὶ ἀπατηθεῖσα ἐν παραδείσῳ, εἶτα καὶ ἡ χεὶρ ἥψατο ἐπακολουθήσασα τῇ κυρίᾳ καὶ δεσποίνῃ τῇ ψυχῇ), τὴν μὲν θεράπαιναν, τὴν σάρκα, καὶ προσληφθῆναι, καὶ ἁγιασθῆναι, καὶ θεραπευθῆναι, τὴν δὲ κυρίαν ἐαθῆναι ἀπρόσληπτόν τε καὶ ἀθεράπευτον; Ἀλλ' Ἀπολινάριος μὲν ἐρρέτω. Ἡμεῖς δὲ ὅταν ἀκούωμεν, ὅτι « Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, » πιστεύομεν ὅτι ἄνθρωπος τέλειος, τῆς Γραφῆς εἰωθυίας καὶ σάρκα καὶ ψυχὴν μονομερῶς τὸν σύνθετον ἄνθρωπον ὀνομάζειν. Ἀνατρέπεται δὲ ἐκ τούτου τοῦ ῥητοῦ καὶ Νεστόριος. Ἐκεῖνος γὰρ ἔλεγεν, ὅτι οὐχ ὁ Θεὸς Λόγος αὐτὸς ἐκεῖνος ἐγένετο ἄνθρωπος, συλληφθεὶς ἐκ τῶν πανάγνων αἱμάτων τῆς ἁγίας Παρθένου, ἀλλ' ἔτεκεν ἡ Παρθένος ἄνθρωπον · οὗτος δὲ ὁ ἄνθρωπος, χαριτωθεὶς ἀρετῆς πάσης εἶδε, ἔσχε τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον συνημμένον αὐτῷ, καὶ ἐξουσίαν δοὺς κατὰ πνευμάτων ἀκαθάρτων · καὶ ἐκ τούτου ἐδογμάτιζε δύο υἱούς, ἕνα τὸν τῆς Παρθένου, τὸν Ἰησοῦν τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἕτερον τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, συνημμένον μὲν τῷ ἀνθρώπῳ, καὶ ἀδιάσπαστον αὐτῷ ὄντα, ἀλλὰ κατὰ χάριν καὶ σχέσιν καὶ ἀγάπην, οἷα δὴ ἐναρέτου ὄντος τοῦ ἀνθρώπου. Ταῦτα ἐκεῖνος ἐθελοκωφῶν πρὸς τὴν ἀλήθειαν. Εἰ γὰρ ἠβούλετο, ἤκουσεν ἂν καὶ αὐτὸς τοῦ μακαρίου τούτου εὐαγγελιστοῦ λέγοντος, ὅτι « Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο. » Οὐ προφανῶς γὰρ ἐνταῦθα ἐλέγχεται; Αὐτὸς γὰρ ὁ Λόγος ἄνθρωπος ἐγένετο. Οὐκ εἶπεν · Εὑρὼν ἄνθρωπον ὁ Λόγος, συνήφθη αὐτῷ, ἀλλ', Αὐτὸς ἐκεῖνος ἄνθρωπος ἐγένετο. Ἀνατρέπεται δὲ καὶ Εὐτυχὴς, καὶ Οὐαλεντῖνος, καὶ Μάνης ἐντεῦθεν. Οὗτοι γὰρ κατὰ φαντασίαν ἔλεγον φανῆναι τὸν Λόγον τοῦ Θεοῦ. Ἀκουέτωσαν οὖν, ὅτι « Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο. » Οὐκ εἶπεν, ὅτι Σὰρξ ἐφαντάσθη, ἢ ἔδοξεν, ἀλλ', ὅτι Ἐγένετο ἀληθείᾳ, καὶ οὐσίᾳ, καὶ οὐ φαν-

est omnis homo, dicit partem, animam scilicet. Et iterum a carne nominat totum, ut quando dicit, « Et videbit omnis caro Salutare Dei [49]. » Dicere enim volens omnem hominem, carnis nomine usus est. Sic et evangelista pro eo quod est, Verbum homo factum est : dixit, « Verbum caro factum est : » a parte totum hominem nominans, ex anima et corpore constitutum. Fortassis autem quia caro a divina natura alienior est, volens evangelista significare ineffabilem Dei misericordiam, carnis meminit, ut ineffabilem ejus benignitatem obstupescamus, quod propter nostram salutem, alienum a **516** natura sua, et omnibus modis peregrinum, carnem dico, assumpserit. Anima enim cognationem quamdam habet cum Deo, caro autem nullo modo communicat : et idcirco opinor evangelistam solo carnis nomine usum, non quod anima expers sit assumptionis, sed ad majorem ostensionem mirandi et stupendi sacramenti. Nam si non assumpsisset animam humanam Verbum incarnatum, incurabiles adhuc essent animæ nostræ. Nam quod non assumpsit, non sanavit. Et quam ridiculum, cum anima prior ægrotarit ; illam enim, cum crederet sermonibus serpentis, decipereturque in paradiso, ut dominam et reginam secuta est manus, et fructum attigit ; si relinqueretur domina, et non assumeretur, nec curaretur, assumeretur autem et sanctificaretur et curaretur caro? Verum Apollinarius valeat, nos autem quando audimus quod Verbum caro factum sit, credimus quod totus homo factus : quandoquidem Scripturæ mos est et carnem, et animam, ut a parte, totum hominem nominare. Convincitur autem et Nestorius ex hoc dicto. Dicebat enim ille quod non Deus Verbum fuerit ille homo conceptus ex sanctissimis sanguinibus sanctæ Virginis, sed peperit quidem Virgo hominem, iste autem homo gratiam assecutus in omni virtutum genere, habuerit Verbum Dei sibi coadunatum, quod potestatem ei dederat contra immundos spiritus : atque ita dicebat duos filios, unum Virginis Jesum hominem, et alium Filium Dei, qui adunatus quidem fuerit homini inseparabiliter, sed per habitum et gratiam et charitatem, quemadmodum etiam virtutibus prædito. Hæc ille, sua sponte ad veritatem surdus. Nam si voluisset, audivisset utique et beatum Joannem evangelistam dicentem, « Verbum caro factum est. » Nonne manifeste hic convincitur? Ipsum enim Verbum factum est homo. Non dixit quod invento homine virtutibus prædito, illi se adjunxerit, sed factum est ille ipse homo. Confutantur insuper et Eutyches et Valentinus et Manichæus hoc loco. Illi enim dixerunt quod apparuerit homo juxta apparentiam. Audiant igitur, « Verbum caro factum est. » Non dicit quod apparenter fuerit caro, sed quod fuerit veritas et substantia, et non phantasia. Absurdum enim et stultum esset credere quod cum Filius Dei veritas sit et dicatur, mentiatur incarna-

[49] Psal. CXLIV, 21.

Digitized by Google

tionem. In hunc se modum mendax phantasia semper ostentat. « Et habitavit in nobis. » Quoniam supra dixerat, « Verbum caro factum est, » ut ne quis suspicetur quod una natura facta sit Christus, ideo subdit, « Et habitavit in nobis, » ut ostendat duas naturas, nostram scilicet, ac Verbi. Nam sicut alterius naturæ est tabernaculum, et alterius is qui inhabitat in eo : ita et Verbum in nobis habitare dicitur, hoc est, in nostra natura, et alterius **517** est naturæ quam sit nostra. Confundantur Armenii, qui unam colunt naturam. Discimus igitur per, « Verbum caro factum est, » quod ipsum Verbum homo factum est : et cum sit Filius Dei, factum est filius mulieris, quæ proprie Deipara dicitur, eo quod genuerit Deum in carne. Per hoc autem quod dicit, « Habitavit in nobis, » discimus duas naturas credendas in Christo. Nam etsi unus sit secundum hypostasin, hoc est, secundum personam : secundum naturas tamen duo, Deus videlicet et homo. Divina autem natura et humana non fuerint una, etiamsi apud unum videantur, Christum dico.

Ibid. « Et spectavimus gloriam ejus, gloriam velut Unigeniti a Patre, plenum gratia et veritate. » Postquam dixit quod caro factum sit, subdit nunc, « Et spectavimus gloriam ejus, » cum videlicet esset in carne. Etenim cum faciem Mosi ex colloquio Dei factam clariorem Israelitæ videre nequiverint, multo magis apostoli nudæ deitatis Unigeniti capaces non fuissent, nisi per carnem apparuisset. Spectavimus autem gloriam, non talem qualem habebat Moses, vel cum qua gloria Cherubim et Seraphim prophetæ apparuerunt : sed talem gloriam, qualem decuit esse Unigeniti a Patre, quæ illi naturaliter inest. Nam « velut » hic non similitudinis, sed confirmationis et determinationis indubitatæ verbum est . sicut cum videmus regem cum gloria magna venientem, dicimus quod velut rex prodeat, hoc est, quod vere sit rex : ita etiam hoc loco intelligere debes, « velut Unigeniti, » quod gloria quam spectavimus, revera fuerit gloria Filii plena gratia et veritate. Gratia quidem plena, secundum quod sermo ejus gratiosus erat, ut sic dicam, juxta David, « Diffusa est gratia in labiis tuis [51]. » Et Evangelista, « Admirabantur omnes super sermonibus gratiæ qui procedebant ex ore ejus [52]. » Et omnibus sanitates conferebat, prout congruebat eis. Veritate autem plena erat secundum quod ea quæ prophetæ et Moses ipse vel dicebant vel faciebant, figuræ erant per omnia ; at, quæ Christus faciebat dicebatque, plena erant veritate, cum esset ipsamet gratia, et ipsamet veritas, aliisque suppeditaret eam. Ubi autem spectarunt gloriam illam ? Quidam suspicantur quod fortassis in monte Thabor. Fortassis autem et hoc verum est, quod non solum in

[51] Psal. XLIV, 3. [52] Luc. IV, 22.

τασία. Ἄτοπον γὰρ καὶ ἀνόητον πιστεύειν, ὡς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ἀλήθεια ὢν καὶ λεγόμενος, ἐψεύσατο τὴν ἐνανθρώπησιν· τοιοῦτον γὰρ ἡ φαντασία, ψευδὴς πάντως ἔνδειξις. « Καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. » Ἐπειδὴ ἄνω εἶπεν, ὅτι « Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, » ἵνα μή τις ὑπολάβῃ, ὅτι μία φύσις λοιπὸν ἐγένετο ὁ Χριστὸς, διὰ τοῦτο ἐπάγει τὸ, « Ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, » ἵνα δείξῃ τὰς δύο φύσεις, τήν τε ἡμετέραν, καὶ τὴν τοῦ Λόγου. Ὥσπερ γὰρ ἄλλης φύσεώς ἐστιν ἡ σκηνὴ, καὶ ἄλλης ὁ κατασκηνῶν ἐν αὐτῇ· οὕτω καὶ ὁ Λόγος σκηνῶσαι ἐν ἡμῖν λεγόμενος, τουτέστιν, ἐν τῇ ἡμετέρᾳ φύσει, ἄλλης ἂν εἴη φύσεως παρὰ τὴν ἡμετέραν. Αἰσχυνέσθωσαν οἱ Ἀρμένιοι, οἱ μίαν φύσιν πρεσβεύοντες. Μανθάνομεν οὖν, διὰ μὲν τοῦ, « Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, » ὅτι αὐτὸς ὁ Λόγος ἄνθρωπος ἐγένετο, καὶ υἱὸς ὢν τοῦ Θεοῦ, γέγονε καὶ γυναικὸς Υἱός· ἥτις καὶ κυρίως Θεοτόκος καλεῖται, ὡς τὸν Θεὸν γεννήσασα ἐν σαρκί. Διὰ δὲ τοῦ, « Ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, » τοῦτο διδασκόμεθα, τὸ δύο φύσεις πιστεύειν εἰς τὸν ἕνα Χριστόν. Εἰ γὰρ καὶ εἷς κατὰ ὑπόστασιν ἦγουν τὸ πρόσωπον, ἀλλὰ δύο κατὰ τὰς φύσεις· Θεὸς γὰρ καὶ ἄνθρωπος· θεία δὲ φύσις καὶ ἀνθρωπίνη οὐκ ἂν εἶεν ἓν, εἰ καὶ περὶ ἕνα θεωροῖντο, τὸν Χριστόν φημι.

« Καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς Μονογενοῦς παρὰ Πατρὸς, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας. » Ἐπειδὴ εἶπεν, ὅτι « Σὰρξ ἐγένετο, » ἐπιφέρει λοιπὸν, ὅτι « Ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, » ἐν σαρκὶ δηλονότι ὄντος. Εἰ γὰρ τὸ πρόσωπον Μωσέως λαμπρυνθὲν ἐκ τῆς πρὸς Θεὸν ὁμιλίας οἱ Ἰσραηλῖται ἰδεῖν οὐκ ἠδύναντο, πολλῷ μᾶλλον τὴν θεότητα τοῦ Μονογενοῦς γυμνὴν οὐκ ἂν ἐχώρησαν οἱ ἀπόστολοι, εἰ μὴ διὰ τῆς σαρκὸς ἐπεφάνη. Ἐθεασάμεθα δὲ τὴν δόξαν οὐ τοιαύτην, οἵαν ἔσχεν ὁ Μωσῆς, ἢ μεθ' οἵας δόξης ὤφθησαν τὰ Χερουβὶμ καὶ τὰ Σεραφὶμ τῷ προφήτῃ, ἀλλὰ τοιαύτην δόξαν, οἵαν ἔπρεπεν εἶναι μονογενεῖ Υἱῷ, ἐκ τοῦ Πατρὸς φυσικῶς αὐτῷ προσοῦσαν. Τὸ γὰρ « ὡς » ἐνταῦθα οὐχ ὁμοιώσεώς ἐστιν, ἀλλὰ βεβαιώσεως καὶ ἀναμφισβητήτου διορισμοῦ. Ὥσπερ βασιλέα βλέποντες μετὰ δόξης πολλῆς προερχόμενον, λέγομεν ὅτι ὡς βασιλεὺς προῆλθεν, ἀντὶ τοῦ, ὡς ὄντως καὶ κατὰ ἀλήθειαν βασιλεύς· οὕτως οὖν κάνταῦθα τὸ, « ὡς Μονογενοῦς, » ὀφείλομεν νοῆσαι, ἀντὶ τοῦ, Ἡ δόξα, ἣν ἐθεασάμεθα, ὡς τῷ ὄντι κατὰ ἀλήθειαν Υἱοῦ δόξα ἦν. « Πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας. » Χάριτος μὲν πλήρης, καθὸ καὶ ὁ Λόγος αὐτοῦ κεχαριτωμένος ἦν, ἵνα οὕτως εἴπω, καθὰ καὶ Δαυὶδ λέγει· « Ἐξεχύθη ἡ χάρις ἐν χείλεσί σου. » Καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς, ὅτι « Ἐθαύμαζον πάντες ἐπὶ τοῖς λόγοις τῆς χάριτος τοῖς ἐκπορευομένοις ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ. » Καὶ πᾶσι δὲ τὰς ἰάσεις ἐχαρίζετο τοῖς χρῄζουσιν αὐτῶν. Ἀληθείας δὲ πλήρης ἦν, καθὸ καὶ οἱ προφῆται, καὶ Μωσῆς αὐτὸς, ὅσα ἔλεγον ἢ ἔπραττον, πάντα τύποι ἦσαν· ὁ δὲ Χριστὸς ἃ ἔλεγε καὶ ἔπραττεν, ἅπαντα ἀληθείας πλήρη, αὐτόχαρις ὢν καὶ αὐτοαλήθεια, καὶ ἄλλοις ταῦτα χορηγῶν. Ποῦ δὲ ἐθεάσαντο τὴν

Digitized by Google

δόξαν; Ἴσως μέν τινες ὑπολήψονται, ὅτι ἐν τῷ ὄρει τῷ Θαβώρ. Τάχα δὲ καὶ τοῦτο μὲν ἀληθὲς, πλὴν οὐκ ἐν τῷ ὄρει μόνῳ, ἀλλ' ἐν πᾶσιν οἷς ἔπραττε καὶ ἔλεγεν, ἔβλεπον τὴν δόξαν αὐτοῦ. A monte, sed etiam in omnibus quæ dicebat et faciebat, spectabant gloriam ejus.

« Ἰωάννης μαρτυρεῖ περὶ αὐτοῦ, καὶ κέκραγε λέγων· Οὗτος ἦν, ὃν εἶπον, ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ἔμπροσθέν μου γέγονεν, ὅτι πρῶτός μου ἦν. » Τὴν Ἰωάννου μαρτυρίαν συνεχῶς παραλαμβάνει ὁ εὐαγγελιστής· οὐχὶ τὸν Δεσπότην ἀξιόπιστον ἀπὸ τοῦ δούλου ποιῶν, ἀλλ' ἐπεὶ μεγάλην ὑπόληψιν εἶχον περὶ Ἰωάννου οἱ ὄχλοι, τούτου ἕνεκεν παραλαμβάνει εἰς τὴν περὶ τοῦ Χριστοῦ μαρτυρίαν τὸν παρ' ἐκείνοις νομιζόμενον μέγαν Ἰωάννην, καὶ διὰ τοῦτο ὑπὲρ ἅπαντας πιστευόμενον. Τὸ δὲ, « κέκραγε, » τὴν πολλὴν παῤῥησίαν τοῦ Ἰωάννου δεικνύει. Οὐ γὰρ ἐν γωνίᾳ, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς τῆς παῤῥησίας B ἐβόα περὶ Χριστοῦ. Τί δὲ ἔλεγεν; « Οὗτος ἦν, ὃν εἶπον· » καὶ πρὸ τοῦ ἰδεῖν τὸν Χριστὸν ὁ Ἰωάννης ἐμαρτύρει περὶ αὐτοῦ. Καὶ τοῦτο Θεοῦ πάντως εὐδοκία, ἵνα μὴ δόξῃ, τῷ προσώπῳ χαριζόμενος τοῦ Χριστοῦ, περὶ αὐτοῦ τὰ χρηστότερα μαρτυρεῖν. Διὸ καὶ λέγει· « Ὃν εἶπον, » τουτέστι, καὶ πρὶν ἰδεῖν αὐτὸν, « ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, » κατὰ τοὺς τῆς γεννήσεως δηλαδὴ χρόνους· ἓξ γὰρ μῆνας πρότερος ἦν ὁ πρόδρομος τοῦ Χριστοῦ κατὰ τὴν ἐν σαρκὶ γέννησιν. « Οὗτος ἔμπροσθέν μου γέγονεν, » ἀντὶ τοῦ, προτιμότερός μου καὶ ἐνδοξότερος ἐγένετο. Διὰ τί; Ὅτι καὶ πρῶτός μου ἦν κατὰ τὴν θεότητα. Οἱ δὲ Ἀρειανοὶ ἀνοήτως ἡρμήνευσαν τὸ ῥητὸν τοῦτο. Θέλοντες γὰρ δεῖξαι, ὅτι ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ οὐκ ἐγεννήθη ἀπὸ τοῦ Πατρὸς, ἀλλὰ γέγονεν ὡς ἓν τῶν κτισμάτων, φασὶν, ὅτι Ἰδοὺ ὁ Ἰωάννης μαρτυρεῖ περὶ αὐτοῦ τὸ, « Ἔμπροσθέν μου γέγονεν, » ἀντὶ τοῦ, πρὸ ἐμοῦ γέγονε, καὶ ἐκτίσθη παρὰ τοῦ Θεοῦ, ὡς ἓν τῶν ποιημάτων. Ἐλέγχονται δὲ, κακῶς νοοῦντες τὸ ῥητὸν ἐκ τοῦ ἑφεξῆς. Ποία γὰρ ἔννοια ἐμφαίνεται ἐν τῷ λέγειν, ὅτι « Οὗτος, » ὁ Χριστὸς δηλαδὴ, « ἔμπροσθέν μου γέγονεν, » ἀντὶ τοῦ, πρὸ ἐμοῦ ἐκτίσθη, « διότι πρῶτός μου ἦν; » Ἀνόητον γὰρ παντάπασι τὸ λέγειν, ὅτι Τοῦτον ἔκτισεν ὁ Θεὸς πρότερον, διότι πρῶτός μου ἦν. Τοὐναντίον γὰρ ὤφειλε μᾶλλον εἰπεῖν, ὅτι Οὗτος πρῶτός μού ἐστι, διότι ἔμπροσθέν μου γέγονεν, ἤγουν ἐκτίσθη. Ταῦτα μὲν τὰ τῶν Ἀρειανῶν. Ἡμεῖς δὲ ὀρθοδόξως νοοῦμεν, ὅτι « Ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, » κατὰ τὴν ἐκ Παρθένου ἐν D σαρκὶ γέννησιν, « ἔμπροσθέν μου γέγονεν, » ἀντὶ τοῦ, ἐνδοξότερος καὶ προτιμότερός μου ἐγένετο ἐκ τῶν περὶ αὐτὸν συμβάντων θαυμάτων, ἐκ τοῦ τόκου, ἐκ τῆς ἀνατροφῆς, ἐκ τῆς σοφίας. Καὶ εἰκότως τοῦτο. Καὶ γὰρ πρῶτός μου ἦν, κατὰ τὴν πρὸ αἰώνων ἐκ Πατρὸς γέννησιν, εἰ καὶ ὀπίσω μου ἦλθε κατὰ τὴν ἐν σαρκὶ παρουσίαν.

Vers. 15. « Joannes testatur de ipso, et clamavit, dicens : Hic erat de quo dicebam, qui post me venturus, ante me factus est, quia prior me erat. » Frequenter Joannis testimonium assumit evangelista, non ut Dominum fide dignum faciat e verbis servi, sed quia turbæ magnam de Joanne opinionem habebant, ejus gratia in testimonium Christi assumit Joannem, qui apud **518** illos magnus nominabatur, et super omnes alios esse credebatur. Verbum autem, « clamavit, » magnam fiduciam et libertatem Joannis ostendit. Non enim in angulo, sed magna cum libertate clamabat de Christo. Quid autem dicebat? « Hic erat de quo dicebam, » Joannes etiam antequam videret Christum, testificabatur de illo : idque singulari Dei voluntate, ut ne videretur gratificans personæ Christi, de eo honestiora testari, ideo dicit : « De quo dicebam, » hoc est, priusquam viderem eum, « qui post me venturus, » manifeste quantum ad nativitatis tempora. Sex enim mensibus prior fuit Præcursor Christi secundum nativitatem in carne. « Hic ante me factus est, » hoc est, venerabilior et gloriosior me factus est. Quare? Quia et prior me erat, secundum deitatem. Ariani autem stulte interpretati dictum hoc sunt. Volentes enim demonstrare quod Filius Dei non sit genitus a Patre, sed factus sit sicut una aliarum creaturarum, dicunt : « Ecce Joannes testatur de eo, » « Ante me factus est, » hoc est, ante me factus et conditus est a Deo sicut una creaturarum. Redarguuntur autem, male intelligentes dictum, ex eo quod sequitur. Quæ enim sententia apparet si dicatur : Hic, Christus scilicet, ante me factus est, hoc est, prius quam ego conditus est, eo quod prior me fuerit? Omnibus enim modis stultum est dicere quod illum creaverit Deus prius, eo quod prior me erat : sed contrarium magis dicere oportebat : quia hic prior me est, ideo « ante me factus est, » hoc est, conditus est. Et hæc quidem Arianorum sunt dicta. Nos autem orthodoxe intelligimus quod qui post me venturus erat, juxta nativitatem in carne ex Virgine, ante me factus est, hoc est, gloriosior et dignior me fuit, propter miracula quæ circa ipsum acciderunt in partu, in educatione, in sapientia. Et merito hoc. Etenim prior me erat secundum nativitatem divinam ex Patre, quamvis post me venerit secundum adventum in carne.

« Καὶ ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν, καὶ χάριν ἀντὶ χάριτος. » Καὶ ταῦτα τοῦ Προδρόμου εἰσὶ ῥήματα λέγοντος περὶ τοῦ Χριστοῦ, ὅτι Ἡμεῖς πάντες οἱ προφῆται ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἐλάβομεν. Οὐ γὰρ τοσαύτην ἔχει τὴν χάριν, ὅσην οἱ πνευματοφόροι ἄνθρωποι· ἀλλὰ πηγὴ ὑπάρχων παντὸς ἀγαθοῦ, καὶ πάσης σοφίας καὶ

Vers. 16. « Et de plenitudine ejus accepimus omnes, et gratiam pro gratia. » Et hæc Præcursoris verba sunt, dicentis de Christo, Nos prophetæ omnes de plenitudine ejus accepimus. Majorem enim gratiam habet, quam qui Spiritu afflabantur homines. Nam fons omnis boni et omnis sapientiæ ac prophetiæ exsistens, superfluit, et dat ipsam om-

Digitized by Google

nibus dignis, et effluens plenus manet, ac nunquam exhauritur. Gratiam autem accepimus, Novi scilicet Testamenti, pro gratia veteris legis. Et quoniam Testamentum illud antiquatum est, pro eo Novum accepimus. Et quomodo, inquit, nominavit gratiam Vetus Testamentum? Eo quod Judæi gratia in filios adoptati et recepti fuerunt. Dicit enim : « Non quia vos multi estis, sed propter patres vestros vos elegi. » Patres quoque gratia susceptî fuerunt, et nos ex confesso gratia sumus salvati.

προφητείας, ὑπερβλύζει αὐτὴν πᾶσι τοῖς ἀξίοις, καὶ ἐν τῷ ὑπερβλύζειν πλήρης διαμένων, καὶ οὐδέποτε κενούμενος. Καὶ χάριν δὲ ἐλάβομεν, τὴν τῆς Καινῆς δηλαδὴ Διαθήκης, ἀντὶ τῆς χάριτος, τῆς παλαιᾶς νομοθεσίας. Ἐπεὶ γὰρ ἐκείνη ἡ Διαθήκη ἠτήρασε καὶ ἐσαθρώθη, ἀντ' ἐκείνης τὴν Νέαν ἐλάβομεν. Καὶ πῶς, φησίν, ὠνόμασε χάριν τὴν Παλαιὰν Διαθήκην; Διότι καὶ οἱ Ἰουδαῖοι χάριτι υἱοθετήθησαν καὶ προσεδέχθησαν. Φησὶ γάρ, ὅτι « Οὐ διὰ τὸ πολυπληθεῖν ὑμᾶς, ἀλλὰ διὰ τοὺς πατέρας ὑμῶν ἐξελεξάμην ὑμᾶς. » Καὶ οἱ παλαιοὶ τοίνυν χάριτι προσεδέχθησαν, καὶ ἡμεῖς δὲ ὁμολογουμένως χάριτί ἐσμεν σεσωσμένοι.

519 VERS. 17. « Quia lex per Mosen data est, gratia et veritas per Jesum Christum facta est. » Interpretatur nobis quomodo acceperimus gratiam magnam pro parva gratia; et dicit quod lex quidem per Mosen data sit, cum uteretur Deus mediatore homine Mose, Novum autem Testamentum per Jesum Christum, quod quidem et gratia nominatur, eo quod largitus sit nobis Deus non solum peccatorum remissionem, sed et filiorum adoptionem. Veritas autem vocatur, eo quod quæcunque patres olim in figura vel viderunt vel locuti sunt, ea clare hoc prædicarit. Novum igitur, inquam, Testamentum, quod et gratia nominatur et veritas, mediatorem non habet simplicem et purum hominem, sed Filium Dei. Et vide quomodo de vetere dicit : « Datum est per Mosen. » Minister enim et subditus ille erat. De Novo autem Testamento non dixit, Datum est, sed, « Factum est : » ut ostendat a Domino nostro Jesu Christo, velut domino, non servo, factam et ad finem perductam gratiam ac veritatem. Nam lex quidem data est a Deo, mediatore Mose, gratia autem facta est, non data, per Jesum Christum. Factum esse, auctoritatem quamdam sonat : datum vero, ministerium indicat.

« Ὅτι ὁ νόμος διὰ Μωσέως ἐδόθη, ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐγένετο. » Ἑρμηνεύει ἡμῖν, πῶς ἐλάβομεν χάριν μεγίστην ἀντὶ μικρᾶς χάριτος· καὶ φησιν, ὅτι ὁ μὲν νόμος διὰ Μωσέως ἐδόθη, μεσίτῃ χρησαμένου τοῦ Θεοῦ ἀνθρώπῳ, τῷ Μωσεῖ φημι· ἡ δὲ Καινὴ Διαθήκη διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἥτις καὶ χάρις ὀνομάζεται, διότι ἐχαρίσατο ἡμῖν ὁ Θεὸς οὐ μόνον τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν, ἀλλὰ καὶ τὴν υἱοθεσίαν. Ἀλήθεια δὲ καλεῖται, καθ' ὅσον ὅσα οἱ πάλαι τυπικῶς ἢ εἶδον, ἢ εἶπον, ταῦτα λαμπρῶς αὐτὴ ἀνεκήρυξεν. Ἡ τοίνυν Καινὴ Διαθήκη, ἡ καὶ χάρις ὀνομαζομένη καὶ ἀλήθεια, οὐκ ἀνθρώπῳ ψιλῷ μεσίτῃ ἐχρήσατο, ἀλλὰ τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ. Καὶ ὅρα πῶς ἐπὶ μὲν τῆς Παλαιᾶς εἶπε τὸ, « Ἐδόθη διὰ Μωσέως· » ὑπουργὸς γὰρ καὶ ὑπηρέτης οὗτος ἦν. Ἐπὶ δὲ τῆς Καινῆς, οὐκ εἶπε τὸ, « ἐδόθη, ἀλλὰ τὸ, « ἐγένετο, » ἵνα δείξῃ ὑπὸ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὡς δεσπότου, οὐχὶ δούλου, γενομένην, καὶ εἰς τέλος προβᾶσαν τὴν χάριν καὶ τὴν ἀλήθειαν. Νόμος μὲν γὰρ ἐδόθη παρὰ Θεοῦ διὰ μέσου τοῦ Μωσέως· ἡ χάρις ἐγένετο, οὐχὶ ἐδόθη, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Αὐθεντικὸν μὲν τὸ, « Ἐγένετο, » δουλικὸν δὲ τὸ, « ἐδόθη. »

VERS. 18. « Deum nemo vidit unquam, unigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ille enarravit. » Quoniam dixerat quod « gratia et veritas per Jesum Christum facta sit, » istud ipsum volens adstruere, dicit : Nihil incredibile dixi. Nam Moses quidem neque Deum vidit, sicut neque alius quispiam : nec potuit nobis manifestam et liquidam de illo narrationem dicere : sed cum esset servus, minister fuit solum legalis litteræ. Christus autem qui est Filius, et Unigenitus, et in sinu paterno est, non solum illum videt, sed etiam omnibus hominibus de illo annuntiat : atque ita, quia Filius est, et Patrem videt, et in sinu ejus est, merito gratiam et veritatem nobis dedit. Cæterum dixerit hic fortasse quispiam : Quomodo hoc loco discimus quod nullus viderit Deum, cum propheta dicat : « Vidi Dominum [83]? » Vidit quidem propheta Deum, at non ipsam substantiam, sed similitudinem et apparentiam quamdam, sicut capere poterat. Et alius iterum in alia figura vidit, et alius in alia. Unde scilicet non ipsam veritatem viderunt : non enim

« Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε· ὁ μονογενὴς Υἱὸς, ὁ ὢν ἐν τοῖς κόλποις τοῦ Πατρὸς, ἐκεῖνος ἐξηγήσατο. » Ἐπειδὴ εἶπεν, ὅτι « Ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐγένετο, » τοῦτο θέλων κατασκευάσαι, φησὶν, ὅτι Οὐδὲν ἄπιστον εἴρηκα. Ὁ μὲν γὰρ Μωσῆς οὔτε Θεὸν ἑώρακεν, ὥσπερ οὐδ' ἄλλος τις, οὔτε εἶχεν ἡμῖν ἐξήγησιν τρανεστάτην καὶ σαφῆ περὶ αὐτοῦ εἰπεῖν· ἀλλὰ δοῦλος ὤν, ὑπηρέτησε μόνον πρὸς τὴν τοῦ νομικοῦ γράμματος διακονίαν. Ὁ δὲ Χριστὸς, Υἱὸς ὢν καὶ Μονογενὴς, καὶ ἐν τοῖς κόλποις ὢν τοῖς πατρικοῖς, οὐ μόνον αὐτὸν ὁρᾷ, ἀλλὰ καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἐξηγεῖται περὶ αὐτοῦ. Ὥστε ἐπειδὴ Υἱός ἐστι, καὶ τὸν Πατέρα ὁρᾷ, οἷα δὴ ἐν τοῖς κόλποις αὐτοῦ ὤν, εἰκότως τὴν χάριν καὶ τὴν ἀλήθειαν ἡμῖν ἔδωκεν. Ἀλλ' ἐρεῖ τις ἴσως· Πῶς ἐνταῦθα μὲν μανθάνομεν, ὅτι οὐδεὶς ἑώρακε τὸν Θεὸν, ὁ δὲ προφήτης λέγει· « Εἶδον τὸν Κύριον; » Εἶδε μὲν ὁ προφήτης, ἀλλ' οὐκ αὐτὴν τὴν οὐσίαν, ἀλλ' ὁμοίωμά τι καὶ φαντασίαν τινά, ὡς ἐχώρει ἰδεῖν. Καὶ ἄλλος πάλιν ἐν ἄλλῳ τύπῳ εἶδε, καὶ ἄλλος ἐν ἄλλῳ. Ὅθεν δῆλον, ὅτι οὐκ αὐτὴν τὴν ἀλήθειαν ἔβλεπον· οὐ γὰρ ἂν ἐν

[83] Isa. vi, 1.

Digitized by Google

διαφόροις σχήμασιν αὐτὴν ἐθεώρουν ἁπλῆν οὖσαν καὶ ἀσχημάτιστον. Ἀλλ' οὐδὲ οἱ ἄγγελοι βλέπουσι Θεοῦ οὐσίαν, εἰ καὶ λέγονται τὸ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ ὁρᾷν· τοῦτο γὰρ ἐνδεικτικόν ἐστι μόνου τοῦ φαντάζεσθαι ἀεὶ Θεόν. Ὁ Υἱὸς οὖν μόνος ὁρᾷ τὸν Πατέρα, καὶ ἐξηγεῖται αὐτὸν πᾶσιν ἀνθρώποις. Κόλπους δὲ ἀκούων πατρικοὺς, μηδὲν ὑποπτεύσῃς σωματικὸν ἐπὶ Θεοῦ. Τὴν γὰρ γνησιότητα, καὶ τὸ ἀχώριστον, καὶ συναΐδιον δεῖξαι βουλόμενος τοῦ Υἱοῦ πρὸς τὸν Πατέρα ὁ εὐαγγελιστὴς, τρύτου τοῦ ὀνόματος ἐμνήσθη.

A diversis figuris illam vidissent, quæ simplex est et infigurabilis. Quin neque angeli vident Dei substantiam, quamvis dicantur videre faciem ejus. Hoc enim solum indicat, semper Deum eis apparere. Filius igitur solus videt Patrem, et enarrat illum omnibus hominibus. Sinum autem audiens paternum, non suspiceris aliquid corporale de Deo. Evangelista enim solens nobis indicare Filium Patri esse coæternum, ac verum et inseparabilem, hujus nominis mentionem fecit.

« Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ μαρτυρία τοῦ Ἰωάννου, ὅτε ἀπέστειλαν οἱ Ἰουδαῖοι ἐξ Ἱεροσολύμων ἱερεῖς καὶ Λευῖτας, ἵνα ἐρωτήσωσιν αὐτόν· Σὺ τίς εἶ; Καὶ ὡμολόγησε, καὶ οὐκ ἠρνήσατο· καὶ ὡμολόγησεν, ὅτι Οὐκ εἰμὶ ἐγὼ ὁ Χριστός. » Εἶπεν ἀνωτέρω, ὅτι Ἰωάννης μαρτυρεῖ περὶ αὐτοῦ· εἶτα εἰπὼν διὰ μέσου τί ἐμαρτύρησεν ὁ Ἰωάννης περὶ τοῦ Χριστοῦ, ὅτι « Οὗτος ἔμπροσθέν μου γέγονε, » καὶ ὅτι « Ἡμεῖς πάντες οἱ προφῆται ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἐλάβομεν, » ἐπιφέρει· « Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ μαρτυρία τοῦ Ἰωάννου. » Ποία; Ἣν ἀνωτέρω εἶπεν, ὅτι Ἔμπροσθέν μου γέγονε, » καὶ τὰ λοιπά· ἀλλὰ καὶ ἃ ἐφεξῆς λέγει, ὅτι « Οὐκ εἰμὶ ὁ Χριστὸς, » καὶ ταῦτα μαρτυρία Ἰωάννου εἰσίν. « Ἀπέστειλαν οὖν οἱ Ἰουδαῖοι πρὸς Ἰωάννην οὓς εἶχον κρείττονας· ἱερεῖς γὰρ καὶ Λευῖτας, καὶ τούτους Ἱεροσολυμίτας· ὡς ἂν οὗτοι, οἷα δὴ συνετώτεροι, πείσωσι τὸν Ἰωάννην διὰ κολακείας, ὁμολογῆσαι ἑαυτὸν Χριστόν. Ὅρα δὲ τὴν σκαιότητα· οὐκ ἐρωτῶσιν αὐτὸν εὐθέως· Σὺ εἶ ὁ Χριστός; ἀλλὰ, « Σὺ τίς εἶ; » Ἐκεῖνος δὲ, τὴν κακουργίαν εἰδὼς αὐτῶν, οὐ λέγει τίς ἦν, ἀλλ' ὁμολογεῖ, ὅτι « Οὐκ εἰμὶ ὁ Χριστὸς, » πρὸς τὸν σκοπὸν αὐτῶν ἀποβλέπων, καὶ πανταχόθεν αὐτοὺς ἐπισπώμενος πρὸς τὸ πιστεῦσαι, ὅτι ἄλλος ἐστὶν ὁ Χριστὸς ὁ παρ' αὐτῶν νομιζόμενος εὐτελὴς, καὶ εὐτελοῦς πατρὸς, τέκτονος γάρ· καὶ εὐτελοῦς πατρίδος, Ναζαρὲτ γάρ· ἐξ ἧς οὐδὲν ἀγαθὸν εἶναι ἐπίστευον. Περὶ μέντοι αὐτοῦ τοῦ Προδρόμου μεγάλην δόξαν εἶχον· πατρός τε γὰρ ἀρχιερέως ἦν, καὶ βίου ἀγγελικοῦ καὶ ἀΰλου σχεδόν. Ὅθεν θαυμάσαι δίκαιον, πῶς ἐξ ὧν ᾤοντο ἐκεῖνοι βλάψαι τὴν τοῦ Χριστοῦ δόξαν, ἐκ τούτων συμποδίζονται. Ἐρωτῶσι μὲν γὰρ ὡς ἀξιόπιστον τὸν Ἰωάννην, ἵνα τῆς εἰς Χριστὸν ἀπιστίας τὴν ἐκείνου μαρτυρίαν ὑπόθεσιν ἔχωσιν, εἴπερ μὴ ὁμολογήσῃ αὐτὸν Χριστόν· τὸ δὲ εἰς τοὐναντίον περιετράπη αὐτοῖς. Τοῦτον γὰρ, ὃν εἶχον ἀξιόπιστον, εὑρίσκουσι μαρτυροῦντα περὶ Χριστοῦ, καὶ μὴ εἰς ἑαυτὸν ἕλκοντα τὴν τιμήν.

Vers. 19, 20. « Et hæc est testimonium Joannis, quando miserunt Judæi ex Hierosolymis sacerdotes et levitas ut interrogarent eum, Tu quis es? Et confessus est, et non negavit. Et confessus est, Non sum ego Christus. » Dixit superius quod Joannes testetur de illo : et tum interseruit quid testatus sit Joannes de Christo, nempe quod « Hic ante me factus est » et quod « Nos omnes prophetæ de plenitudine ejus accepimus, » subdit, « Et hoc est Joannis testimonium. » Quale? Quod superius dixit, « Ante me factus est, » etc. Sed et quæ deinceps dicit : « Non sum Christus, » et hæc testimonia sunt Joannis. Porro Judæi ad Joannem miserant præstantiores quos habebant, sacerdotes videlicet et levitas, eosque Hierosolymitanos, qui utpote sapientiores, persuaderent Joanni per adulationem ut confiteretur se esse Christum. Vide autem quam sinistra sit illorum mens. Non interrogant eum statim, Tune es Christus? sed, « Tu quis es? » Verum ille cognita eorum malignitate, non dicit quis sit, sed confitetur, « Non sum Christus : » ad scopum utique illorum respiciens, et undequaque illos ad credendum alliciens, quod alius sit Christus, quem ipsi putant vilem, et ex vili patre, fabro videlicet, et contempta patria, nempe Nazareth, ex qua nihil boni esse credebant. Atqui de Præcursore ipso magnam habebant opinionem, eo quod natus erat ex patre sacerdotum principe, et vitam angelicam et quasi materiæ expertem ageret. Unde juste admiramur, quomodo per illa ipsa per quæ illi gloriæ Christi nocituros se putabant, impediuntur. Nam interrogabant quidem Joannem, ut fide dignum, quo testimonium illius suæ in Christum incredulitati prætexant, si quidem non confessus fuisset illum Christum. Verum secus evenit, et contra eos testimonium versum est. Etenim eum, quem pro fideli habebant, inveniunt præclara testari de Christo, et non sibi ipsi honorem arrogare.

« Καὶ ἠρώτησαν αὐτόν· Τί οὖν; Ἠλίας εἶ σύ; Καὶ λέγει· Οὐκ εἰμί. Ὁ προφήτης εἶ σύ; Καὶ ἀπεκρίθη· Οὔ. Εἶπον οὖν αὐτῷ· Τίς εἶ, ἵνα ἀπόκρισιν δῶμεν τοῖς πέμψασιν ἡμᾶς; Τί λέγεις περὶ σεαυτοῦ; Ἔφη· Ἐγὼ φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ· Εὐθύνατε τὴν ὁδὸν Κυρίου, καθὼς εἶπεν Ἡσαΐας ὁ προφήτης. » Τὸν Ἠλίαν προσεδόκων ἥξειν, ἀρχαίᾳ παραδόσει πειθόμενοι· διὸ ἐρωτῶσιν αὐτὸν εἰ ἔστιν Ἠλίας· καὶ γάρ τοι καὶ ὁ βίος αὐτοῦ ἐῴκει τῷ τοῦ Ἠλιού. Ἀρ-

Vers. 21-25. « Et interrogaverunt eum : Quid ergo? Elias es tu? Et dicit : Non sum. Es tu propheta ille? Et respondit : Non. Dixerunt ergo ei : Quis es, ut responsum demus his, qui nos miserunt? Quid dicis de te ipso? Ait : Ego vox clamantis in deserto : Dirigite viam Domini, sicut dixit Isaias propheta. » Eliam existimabant venturum veteri traditione persuasi : unde quærunt num sit Elias, eo quod et vita ejus similis erat vitæ Eliæ. Negat

Digitized by Google

igitur et hoc. « Propheta ille es tu? » Negat hoc etiam, tametsi propheta esset. Et quomodo igitur negat? Quomodo? Quia non interrogaverunt eum, Propheta es? sed : « Propheta ille es? » facta interrogatione cum articulo, hoc est, propheta ille qui exspectabatur, de quo dixit Moses, «Prophetam suscitabit vobis Dominus Deus [a]. » Non negavit itaque Joannes se prophetam esse, sed prophetam **521** illum, qui exspectabatur. Quia enim audierant Mosen dicentem prophetam suscitandum, sperabant propter occasiones quasdam hunc futurum illum prophetam. Deinde iterum instant, « Dic nobis quis es? » Tunc respondit eis : « Ego vox clamantis in deserto. » Ego, inquit, sum, de quo scriptum est : « Vox clamantis in deserto. » Nisi enim adjeceris, « de quo scriptum est, » absurda quædam videretur sermonis constructio. Quid autem clamantis? « Dirigite viam Domini. » Servus, inquit, sum, et vias præparo Domino; corda vestra. Proinde illa facite recta, dolosi vos et obliqui, et facite æqua, ita ut Dominus Christus per vos iter faciat. Post hæc inducit Isaiam testem. Nam cum magnifica dixisset de Christo quod Dominus esset, ipse vero servi et præconis suscepisset opus, confugit ad prophetam. Fortassis autem quis sic exposuerit, « Ego vox clamantis, » hoc est : Ego sum vox Christi clamantis, id est, veritatem manifeste annuntiantis. Omnes enim qui in lege erant, submisse et humiliter sonabant, utpote qui nondum pervenerant ad tempus Evangelicæ veritatis. Et hæc sane erat vocis ruditas in Mose, quia lex obscura erat, et non manifesta. Christus autem cum sit veritas ipsa, et annuntiet nobis omnia quæ Patris, clamans est. Ideo Joannes dicit : Ego sum vox Verbi clamantis, versans in deserto. Deinde sequitur aliud principium, « Dirigite viam Domini. » Merito autem dicitur Joannes vox, eo quod Præcursor erat Christi, sicut et vox verbum præcurrit. Et ut manifestius dicam : Vox quidem est spiritus inarticulatus, qui a pectore egreditur : quando autem lingua articulatur, tunc fit verbum. Primum igitur vox, et deinde verbum. Prior Joannes, et deinde Christus secundum adventum in carne. Et baptisma quidem Joannis non erat articulatum : non enim fiebat in Spiritu : Christi vero articulatum erat. Nihil enim umbrarum vel figurarum continebat, sed fiebat in Spiritu.

VERS. 24, 25. « Et qui missi fuerant, erant ex Pharisæis, et interrogaverunt eum ac dixerunt ei : Cur ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neque propheta ille? « Postquam per adulationem non potuerunt eum ad suas partes trahere, atrocioribus et minacibus verbis terrent, ut diceret quod volebant, et confiteretur se esse Christum, Quid igitur baptizas? dicentes; Quis tibi hanc dedit autoritatem? Ostenditur autem ex hoc sermone, illos alium putasse esse Christum, et alium illum,

[a] Deut. XVIII, 18.

A νεῖται οὖν καὶ τοῦτο. « Ὁ προφήτης εἶ σύ; » Ἀρνεῖται καὶ τοῦτο, καίτοι γε προφήτης ἦν. Πῶς οὖν ἀρνεῖται; Πῶς; Ὅτι οὐκ ἠρώτησαν αὐτὸν, Προφήτης εἶ σύ; ἀλλ', « Ὁ προφήτης εἶ; » μετὰ τοῦ, « ὁ, » ἄρθρου ποιησάμενοι τὴν ἐρώτησιν, ἀντὶ τοῦ, ἐκεῖνος; ὁ προφήτης ὁ προσδοκώμενος, ὃν εἶπε Μωσῆς, ὅτι « Προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεός. » Οὐκ ἠρνήσατο οὖν ὁ Ἰωάννης τὸ προφήτης εἶναι, ἀλλὰ τὸ, « ὁ προφήτης, » ἐκεῖνος ὁ προσδοκώμενος. Ἐπεὶ γὰρ ἤκουσαν Μωσέως εἰπόντος, ὅτι προφήτης ἀναστήσεται, ἤλπιζον κατά τινας καιροὺς γενήσεσθαι τοῦτον τὸν προφήτην. Εἶτα πάλιν ἐπίκεινται· Εἰπὲ οὖν ἡμῖν, τίς εἶ; Τότε ἀποκρίνεται αὐτοῖς· « Ἐγὼ φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ. » Ἐγὼ, φησὶν, εἰμὶ, περὶ οὗ γέγραπται· « Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ. » B Εἰ μὴ γὰρ προσθήσεις τὸ, « περὶ οὗ γέγραπται, » ἀτοπός τις φαίνεται ἡ τοῦ λόγου σύνταξις. Τί δὲ βοῶντος; « Εὐθύνατε τὴν ὁδὸν Κυρίου. » Δοῦλος, φησὶν, εἰμὶ, καὶ προοδοποιῶ τῷ Κυρίῳ τὰς καρδίας ὑμῶν. Εὐθύνατε οὖν ταύτας, οἱ σκολιοὶ καὶ δόλιοι, καὶ ὁμαλίσατε, ὥστε ὁδὸν γενέσθαι τῷ Κυρίῳ Χριστῷ δι' ὑμῶν. Εἶτα ἐπεισάγει τὸν Ἡσαΐαν μάρτυρα. Μεγάλα γὰρ εἰπὼν περὶ τοῦ Χριστοῦ, ὅτι Κύριός ἐστι, καὶ ὅτι αὐτὸς δούλου καὶ κήρυκος ἔργον μεταχειρίζεται, καταφεύγει ἐπὶ τὸν προφήτην. Τάχα δ' ἄν τις τὸ, « Ἐγὼ φωνὴ βοῶντος, » οὕτως ἑρμηνεύσειεν, ὅτι Ἐγώ εἰμι φωνὴ τοῦ Χριστοῦ τοῦ βοῶντος, τουτέστι, τοῦ τὴν ἀλήθειαν τρανῶς διαγγέλλοντος. Οἱ μὲν γὰρ τοῦ νόμου πάντες ἰσχνόφωνοι, οἷα μὴ τῆς ἀληθείας τοῦ Εὐαγγελίου καιρὸν ἐχούσης· καὶ τοῦτο C ἦν ἄρα τὸ ἰσχνόφωνον τοῦ Μωσέως, τὸ τοῦ νόμου ἀτράνωτον καὶ ἀσαφές. Ὁ δὲ Χριστὸς οἷα δὴ αὐτοαλήθεια ὤν, καὶ πάντα ἡμῖν ἀπαγγέλλας τὰ τοῦ Πατρὸς, βυῶν ἐστιν. Ὁ τοίνυν Ἰωάννης φησίν· Ἐγώ εἰμι ἡ φωνὴ τοῦ Λόγου τοῦ βοῶντος, ἐν τῇ ἐρήμῳ διάγων. Εἶτα ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς· « Εὐθύνατε τὴν ὁδὸν τοῦ Κυρίου. » Εἰκότως λέγεται φωνὴ ὁ Ἰωάννης, ὡς Πρόδρομος ὢν τοῦ Χριστοῦ, ὥσπερ καὶ ἡ φωνὴ προτρέχει τοῦ λόγου· οἷον, ἵνα σαφέστερον εἴπω, φωνὴ μέν ἐστιν πνεῦμα ἀδιάρθρωτον, ὃ ἐκ τοῦ θώρακος ἔξεισιν· ὅταν δὲ ὑπὸ τῆς γλώττης διαρθρωθῇ, τότε γίνεται λόγος. Πρῶτον οὖν ἡ φωνὴ, εἶτα ὁ λόγος· πρότερος Ἰωάννης, εἶτα Χριστὸς κατὰ τὴν ἐν σαρκὶ παρουσίαν. Καὶ τὸ μὲν τοῦ Ἰωάννου βάπτισμα, D ἀδιάρθρωτον· οὐ γὰρ εἶχε τὸ, « ἐν Πνεύματι· » τὸ δὲ τοῦ Χριστοῦ, διηρθρωμένον, καὶ οὐδὲν τοῦ σκιώδους καὶ τυπικοῦ ἔχον· « ἐν Πνεύματι » γάρ.

« Καὶ οἱ ἀπεσταλμένοι ἦσαν ἐκ τῶν Φαρισαίων· καὶ ἠρώτησαν αὐτὸν, καὶ εἶπον αὐτῷ· Τί οὖν βαπτίζεις, εἰ σὺ οὐκ εἶ ὁ Χριστὸς, οὔτε Ἠλίας, οὔτε ὁ προφήτης; » Ἐπειδὴ διὰ κολακείας οὐκ ἠδύναντο αὐτὸν ἑλεῖν, διὰ σκληροτέρων καὶ ἐπιπληκτικωτέρων λόγων ἐκφοβοῦσιν· ἵνα εἴπῃ ὃ ἤθελον, καὶ ὁμολογήσῃ ἑαυτὸν Χριστὸν, « Τί οὖν βαπτίζεις; » λέγοντες· τίς σοι τοσαύτην ἐξουσίαν ἔδωκεν; Ὅτον δὲ ἐκ τοῦ λόγου τούτου, δείκνυται, ὅτι ἄλλον εἶναι ἐνόμιζον τὸν Χριστὸν, καὶ ἄλλον τὸν προσδοκώμενον προφή-

Digitized by Google

την. Λέγουσι γάρ· « Εἰ σὺ οὐκ εἶ ὁ Χριστὸς, οὔτε ὁ προφήτης· » ἕτερον νοοῦντες τὸν Χριστὸν εἶναι, καὶ ἄλλον τὸν προφήτην, κακῶς εἰδότες. Ὁ γὰρ προφήτης αὐτός ἐστιν ὁ Χριστὸς καὶ Θεὸς ἡμῶν. Ταῦτα δὲ πάντα ἔλεγον, ὡς ἔφην, ὡς ἂν καταναγκάσωσιν ὁμολογῆσαι ἑαυτὸν Χριστόν· μᾶλλον δὲ, εἰ χρὴ τὸ ἀληθέστερον εἰπεῖν, ὡς βασκαίνοντες αὐτοῦ τῆς δόξης, ἐρωτῶσιν αὐτόν. Διὸ οὐδὲ πυνθάνονται, εἰ αὐτός ἐστιν ὁ Χριστὸς, ἀλλὰ, « Σὺ τίς εἶ; » ὡσανεὶ λέγοντες· Τίς εἶ σὺ ὁ τηλικοῦτῳ ἔργῳ ἐπιχειρῶν, τῷ βαπτίζειν καὶ καθαίρειν τοὺς ἐξομολογουμένους; Καὶ γάρ μοι φαίνονται οἱ Ἰουδαῖοι θέλοντες μηδὲ τὸν Ἰωάννην δόξαι παρὰ τοῖς πολλοῖς Χριστὸν, ἀλλ' ἀπὸ φθόνου καὶ βασκανίας ἐρωτᾷν αὐτόν· « Σὺ τίς εἶ; » Καταρατώτατοι τοίνυν, οἱ βαπτίζοντα ὑποδεχόμενοι, μεθ' ὃ δὲ βαπτισθῶσιν, ἀγνωμονοῦντες, ὄντως γεννήματα ἐχιδνῶν οἱ Ἰουδαῖοι.

« Ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰωάννης λέγων· Ἐγὼ βαπτίζω ἐν ὕδατι· μέσος δὲ ὑμῶν ἕστηκεν, ὃν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε· αὐτός ἐστιν ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ὃς ἔμπροσθέν μου γέγονεν, οὗ οὐκ εἰμὶ ἄξιος, ἵνα λύσω αὐτοῦ τὸν ἱμάντα τοῦ ὑποδήματος. » Ἴδε καὶ τὴν πραότητα τοῦ ἁγίου, καὶ τὴν ἀλήθειαν· τὴν μὲν, ὅτι οὐδὲν πρὸς αὐτοὺς τραχὺ φθέγγεται, καίτοι ἐπηρεαστὰς ὄντας· τὴν δὲ ἀλήθειαν, ὅτι μάρτυς ἐστὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ δόξης εὐπαρρησίαστος· καὶ οὐκ ἀποκρύπτεται τὴν δόξαν τοῦ Κυρίου, ἑαυτῷ περιποιούμενος εὔκλειαν, ἀλλ' ὁμολογεῖ, ὅτι Ἐγὼ μὲν βαπτίζω εὐτελὲς βάπτισμα· ἐν ὕδατι γὰρ μόνῳ, οὐκ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν ἔχοντι, ἀλλὰ προπαρασκευάζοντι εἰς τὸ δέξασθαι τὸ πνευματικὸν βάπτισμα, τὸ τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν δωρούμενον. « Μέσος δὲ ὑμῶν ἕστηκεν, ὃν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε· » ἀναμεμιγμένος γὰρ τῷ πλήθει ὁ Κύριος, ἠγνοεῖτο τίς εἴη καὶ πόθεν. Τάχα δ' ἂν τις εἴποι, ὅτι καὶ κατ' ἄλλον τρόπον μέσος ἵστατο τῶν Φαρισαίων ὁ Κύριος, ἀλλ' ἠγνόουν αὐτόν. Ἐπεὶ γὰρ αὐτοὶ τὰς Γραφὰς ἐδόκουν ἐκμελετᾷν, ἐν δὲ ταύταις κατηγγέλλετο ὁ Κύριος, μέσος αὐτῶν ἦν, τουτέστιν, ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, ἀλλ' ἠγνόουν αὐτὸν, οἷα μὴ νοοῦντες τὰς Γραφὰς, εἰ καὶ ἐν ταῖς καρδίαις ταύτας εἶχον. Μή ποτε δὲ καὶ καθὸ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων ἦν ὁ Κύριος, μέσος ἵστατο τῶν Φαρισαίων, ἀποκαταλλάξαι θέλων αὐτοὺς τῷ Θεῷ, ἀλλ' ἠγνόουν αὐτόν. Συνεχῶς δὲ τίθησι τό· « Ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος· » δεικνύων, ὅτι οὐ τελειωτικόν ἐστι τὸ αὐτοῦ βάπτισμα, ἀλλὰ προοδοποιητικὸν τοῦ πνευματικοῦ βαπτίσματος. Τὸ δὲ, « Ἔμπροσθέν μου γέγονεν, » ἀντὶ τοῦ, ἐντιμότερος, ἐνδοξότερος, καὶ τοσοῦτον, ὥστε οὐδὲ ἐν τοῖς ἐσχάτοις τῶν αὐτοῦ δούλων καταριθμεῖσθαί με· τὸ γὰρ λύειν τὸ ὑπόδημα τῆς ἐσχάτης διακονίας ἐστίν. Οἶδα δὲ παρά τινι τῶν ἁγίων τοιαύτην ἀναγνοὺς ἐξήγησιν· Τὸ ὑπόδημα εἰς τὴν τῶν ἁμαρτωλῶν σάρκα, καὶ τῇ φθορᾷ ὑποκειμένην, λαμβάνεται πανταχοῦ· ὁ δὲ ἱμὰς, ἤτοι ὁ λῶρος, εἰς τὸν δεσμὸν τῶν ἁμαρτιῶν. Ὁ τοίνυν Ἰωάννης ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις, τοῖς ἐκπορευομένοις πρὸς αὐτὸν καὶ ἐξομολογουμένοις, ἴσχυε λύειν τὸν ἱμάντα τῶν ἁμαρτιῶν· σειραῖς γὰρ τῶν οἰκείων ἁμαρτιῶν σφιγγόμενοι ἐξήρχοντο πρὸς αὐτόν· καὶ διὰ τοῦ εἰς μετάνοιαν

A qui exspectabatur, prophetam. Dicunt enim : « Si tu non es Christus, neque propheta ille : » alium intelligentes Christum, et alium prophetam illum, male sentientes. Nam propheta ille, ipse est Christus et Deus noster. **522** Hæc autem omnia dicebant, sicut dixi, ut urgerent eum quod confiteretur se esse Christum. Imo si veriora dicere licet, quasi invidentes ejus gloriæ, eum interrogant. Ideo non quærunt num ipse sit Christus, sed : « Tu quis es? » quasi dicentes, Quis es tu, qui tale opus attentas, baptizans et purificans confitentes? Etenim neque Joannem apud multos pro Christo haberi Judæi mihi velle videntur, sed ex livore et invidia interrogare eum, « Tu quis es? » Maxime igitur maledicti Judæi, et vere progenies viperarum, qui

B Joannem quidem baptizantem acceperunt : postquam autem baptizati sunt, ingrati fuerunt.

Vers. 26, 27. « Respondit eis Joannes, dicens : Ego baptizo in aqua : sed medius vestrum stat, quem vos nescitis : ipse est qui post me venturus est, qui ante me factus est, cujus ego non sum dignus ut solvam ejus corrigiam calceamenti. » Vide et mansuetudinem et veritatem sancti. Mansuetudinem quidem, eo quod nihil asperum ad eos loquitur, quamvis insolentes essent. Veritatem autem, quia liberrimus testis erat gloriæ Christi, neque Domini gloriam occultabat, ut sibi nobilitatem pareret, sed confitebatur : Ego quidem baptizo imperfecto baptismo : nam in sola aqua, non habente

C peccatorum remissionem, sed præparante ad suscipiendum spirituale baptisma, quod donat remissionem peccatorum. « Medius autem vestrum stat, quem vos nescitis. » Nam Dominus multitudini se miscuerat, et ignorabatur quis esset et unde. Fortassis autem quispiam dixerit quod et alio modo medius steterit inter Pharisæos Dominus, sed ignorarint eum. Quia enim videbantur Scripturas edidicisse, quibus annuntiatus fuit Dominus, medius fuit inter eos, hoc est, in cordibus eorum : sed ignorabant eum, tanquam non intelligentes Scripturas, quamvis cordibus illas tenerent. Fortassis autem et secundum quod mediator Dei et hominum

D fuit Dominus, medius stetit inter Pharisæos, conciliare illos volens Deo, sed ignorabant eum. Continue autem ponit hoc : « Qui post me venturus est : » ostendens quod neque perfectum suum sit baptisma, sed tantum prævium ad spirituale baptisma. « Ante me factus est, » hoc est, dignior et gloriosior, in tantum ut ego me non ausim numerare vel in ultimis ejus servis. Solvere enim calceum extremi ministerii est. Scio autem me apud sanctorum quemdam etiam hanc legisse expositionem : Calceus semper sumitur ad peccatricem carnem, et corruptioni subditam : corrigia autem ut vinculum peccatorum. Igitur Joannes in aliis quidem qui ad se egredlebantur et confitebantur, poterat solvere corrigiam peccatorum. Vinculis enim suorum peccatorum constricti ad ipsum egredlebantur. Et per hoc quod vocabat **523** eos ad

Digitized by Google

pœnitentiam, viam præparavit eis ad hoc ut perfecte corrigiam illam et calceamentum peccati abjiciant : in Christo autem non inveniens corrigiam, hoc est vinculum peccati, merito neque solvit, neque solvere potuit. Quomodo enim solvisset, in quo non inveniebat ? « Peccatum enim non fecit, neque inventus est dolus in ore ejus [98]. » Calceamentum autem est adventus Domini ad nos : corrigia autem ejus, modus incarnationis, quo Verbum Dei unitum et quodammodo colligatum corpori. Utique hunc nodum solvere impossibile est. Quis enim posset solvere, quomodo Deus corpori colligatus sit ?

A αὐτοὺς παρακαλεῖν, προωδοποίει αὐτοῖς εἰς τὸ καὶ τελείως ἀποβαλέσθαι τὸν ἱμάντα τοῦτον, καὶ τὸ ἁμαρτωλὸν ὑπόδημα· ἐπὶ δὲ Χριστοῦ, ἱμάντα μὴ εὑρίσκων, ἤτοι σύνδεσμον ἁμαρτίας, εἰκότως οὐδὲ λύειν αὐτὸν ἐδύνατο. Πῶς γὰρ, ὃν οὐχ εὕρισκεν; « Ἁμαρτίαν γὰρ οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ δόλος. » Ὑπόδημα δὲ ἡ παρουσία τοῦ Κυρίου ἡ εἰς ἡμᾶς· ἱμὰς δὲ αὐτῆς, ὁ τρόπος τῆς σαρκώσεως, καὶ τοῦ πῶς συνεδέθη τῷ σώματι ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ. Τοῦτον οὖν τὸν τρόπον λῦσαι ἀδύνατον· τίς γὰρ δύναται λῦσαι πῶς συνεδέθη τῷ σώματι Θεός;

Vers. 28. « Hæc in Bethania facta sunt trans Jordanem, ubi erat Joannes baptizans. » Quare dixit quod hæc in Bethania facta sint ? Ut ostendat magni præconis libertatem, quod non in domo, neque in angulo, sed circa Jordanem, in media multitudine hæc de Christo prædicaverit. Sciendum autem quod exemplaria emendatiora habent, « in Bethabara. » Bethania enim non trans Jordanem est, sed prope Hierosolyma ?

« Ταῦτα ἐν Βηθανίᾳ ἐγένετο πέραν τοῦ Ἰορδάνου, ὅπου ἦν Ἰωάννης βαπτίζων. Τίνος ἕνεκεν εἶπεν, ὅτι « Ταῦτα ἐν Βηθανίᾳ ἐγένετο; » Ἵνα δείξῃ τὴν παῤῥησίαν τοῦ μεγάλου κήρυκος, ὅτι οὐκ ἐν οἰκίᾳ, οὐδὲ ἐν γωνίᾳ, ἀλλὰ τὸν Ἰορδάνην καταλαβὼν, ἐν μέσῳ πλήθους ταῦτα περὶ Χριστοῦ ἀνεκήρυττε. Χρὴ δὲ γινώσκειν, ὅτι τὰ ἀκριβῆ τῶν ἀντιγράφων, « ἐν Βηθαβαρᾷ, » ἔχει· ἡ γὰρ Βηθανία οὐχὶ πέραν τοῦ Ἰορδάνου, ἀλλ' ἐγγύς που τῶν Ἱεροσολύμων ἐστίν.

Vers. 29. « Postero die videt Joannes Jesum venientem ad se, et ait : Ecce agnus ille Dei, qui tollit peccatum mundi. » Sæpe Dominus venit ad Præcursorem, quare ? Vel omnino quandoquidem sicut unus ex multis et ipse a Joanne baptizatus esset, ne putent quidam quod quasi peccatis obnoxius, æqualiter cum aliis baptizatus sit. Idcirco iterum venit, dans Joanni occasionem corrigendi hanc opinionem. Ideo et Baptista dicit, « Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi. » Nam qui tam purus est, ut aliorum peccata tollere et abolere valeat, manifestum quod non acceperit æqualiter cum aliis confessionis baptisma. Exquire autem diligenter hoc dictum, « Ecce agnus ille Dei : » quia sermo est ad cupientes et quærentes videre illum agnum qui ab Isaia prædictus est. Ecce, inquit, agnus ille qui quæritur, ecce adest. Probabile enim multos prophetico libro Isaiæ edoctos quæsivisse quisnam ille agnus esset. Igitur Joannes demonstrat eum. Non dixit autem, agnus, sed dixit, « ille agnus. » Nam multi quidem agni, sicut et multi Christi : sed ille est verus agnus qui a Mose figuratur, et ab Isaia prædicitur. Porro agnus Dei dicitur Christus, sive quod Deus acceperit mortem Christi pro nostra salute, sive quod Deus tradiderit illum pro nobis ad mortem : quemadmodum dicere solemus : Sacrificium hoc illius est, hoc est, ille sacrificium hoc obtulit. Sic igitur et Dominus dicitur agnus Dei, eo quod Deus Pater, propter charitatem suam erga nos, illum dederit ad mortem. Non dixit autem, Qui abstulit peccatum, sed, « Qui tollit »

« Τῇ ἐπαύριον βλέπει (a) τὸν Ἰησοῦν ἐρχόμενον πρὸς αὐτὸν, καὶ λέγει· Ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. » Συνεχῶς ὁ Κύριος ἔρχεται πρὸς τὸν Πρόδρομον· τίνος ἕνεκεν; Ἢ πάντως; ἐπειδὴ ὡς εἷς τῶν πολλῶν ἐβαπτίσθη καὶ αὐτὸς ὑπὸ Ἰωάννου, ἵνα μὴ νομίσωσί τινες, ὅτι ὡς ἁμαρτίαις ἔνοχος ὢν ἐπίσης (14), τοῖς ἄλλοις ἐβαπτίσατο, ταύτην τὴν ὑπόνοιαν διορθώσασθαι βουλόμενος ὁ Βαπτιστής, φησίν· « Ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τοῦ κόσμου τὴν ἁμαρτίαν. » Ὁ γὰρ οὕτω καθαρὸς, ὥστε καὶ τὰ τῶν ἄλλων ἁμαρτήματα αἴρειν καὶ ἀφανίζειν, πρόδηλον, ὅτι οὐκ ἂν τὸ τῆς ἐξομολογήσεως βάπτισμα ἐπίσης τοῖς ἄλλοις ἐδέξατο. Ἐξέτασον δέ μοι καὶ τὸ ῥητόν· « Ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, » ὡς πρὸς ἐπιθυμοῦντας ἰδεῖν τὸν ὑπὸ τοῦ Ἡσαΐου κηρυττόμενον ἀμνὸν, ὁ λόγος ἐστίν. Ἴδε ὁ ἀμνὸς, φησὶν, ὁ ζητούμενος, ἐκεῖνος ὁ ἀμνὸς ἰδοὺ πάρεστιν. Εἰκὸς γὰρ, πολλοὺς τῇ προφητικῇ τοῦ Ἡσαΐου βίβλῳ ἐμμελετήσαντας, ζητεῖν τίς ἂν εἴη ὁ ἀμνός. Ὅ τοίνυν Ἰωάννης ὑποδείκνυσιν αὐτόν· οὐκ εἶπε δὲ, ἀμνὸς, ἀλλ', « ὁ ἀμνός. » Πολλοὶ μὲν γὰρ ἀμνοὶ, ὥσπερ καὶ πολλοὶ Χριστοί· ἀλλ' ὁ ἀληθινὸς ἀμνὸς ὁ παρὰ Μωσῇ τυπούμενος, καὶ παρὰ Ἡσαΐου κηρυττόμενος, οὗτός ἐστι. Τοῦ Θεοῦ δὲ λέγεται ἀμνὸς ὁ Χριστὸς, εἴτε τοῦ Θεοῦ ὡς προσδεξαμένου τὸν ἐπὶ σωτηρίᾳ ἡμῶν θάνατον τοῦ Χριστοῦ, εἴτε ὡς τοῦ Θεοῦ δόντος αὐτὸν ὑπὲρ ἡμῶν εἰς θάνατον. Ὥσπερ εἰώθαμεν λέγειν· Τόδε τὸ θῦμα τοῦ δεῖνός ἐστιν, ἀντὶ τοῦ· Ὁ δεῖνα τοῦτο προσήγαγεν· οὕτως οὖν καὶ ὁ Κύριος λέγεται ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὡς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς διὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς ἀγάπην δόντος αὐτὸν εἰς σφαγὴν ὑπὲρ

[98] Isa. LIII, 9 et I Petr. II, 22.

Ex collatione codd. Venet. S. Marci.

(14) Codd. 26 et 30 sic : Ἐπίσης τοῖς ἄλλοις ἐβαπτίσατο. Διὰ τοῦτο πάλιν ἔρχεται διδοὺς τῷ Ἰωάννῃ ταύτην τὴν ὑπόνοιαν διορθώσασθαι. Διὸ καί φησιν ὁ Βαπτιστής, κ. τ. λ.

(a) In textu deest ὁ Ἰωάννης, uti in aliis codicibus apud Joan. Millium ad hunc locum.

Digitized by Google

ἡμῶν. Οὐκ εἶπε δὲ, ὁ ἄρας τὴν ἁμαρτίαν, ἀλλ', « ὁ αἴρων· » καθ' ἑκάστην γὰρ αἴρει τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, τὰς μὲν διὰ τοῦ βαπτίσματος, τὰς δὲ διὰ μετανοίας. Καὶ οἱ μὲν θυόμενοι ἐν τῇ Παλαιᾷ ἀμνοὶ, οὐδενὸς ἁμαρτίας παντελῶς ἐξηφάνιζον· οὗτος δὲ τοῦ κόσμου παντὸς τὴν ἁμαρτίαν αἴρει, τουτέστιν ἀφανίζει, ἐκ μέσου ποιεῖ. Τίνος δὲ ἕνεκεν οὐκ εἶπεν, ἁμαρτίας· ἀλλ', « ἁμαρτίαν; » Τάχα μὲν καὶ διὰ τοῦ « ἁμαρτίαν, » εἰπεῖν, καθολικῶς εἶπεν, ὥσπερ εἰώθαμεν λέγειν, ὅτι ἀπέστη ὁ ἄνθρωπος, ἀντὶ τοῦ, πᾶσα ἡ ἀνθρωπότης ἀπὸ Θεοῦ· οὕτως οὖν κἀνταῦθα τὴν ἁμαρτίαν εἰπὼν, πάσας τὰς ἁμαρτίας ἐδήλωσεν· τάχα δὲ, ἐπεὶ παρακούσας ὁ ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ, εἰς τὰ πάθη ἐξετραχηλίσθη, ἡ ἁμαρτία τοῦ κόσμου ἡ παρακοὴ ἦν, ἣν ἐκ μέσου ἦρεν ὁ Κύριος, γενόμενος ὑπήκοος μέχρι θανάτου, καὶ τὸ ἐναντίον τῷ ἐναντίῳ ἰασάμενος.

« Οὗτός ἐστι περὶ οὗ ἐγὼ εἶπον· Ὀπίσω μου ἔρχεται ἀνὴρ, ὃς ἔμπροσθέν μου γέγονεν, ὅτι πρῶτός μου ἦν. » Ἄνω μὲν τοῖς ἀπὸ τῶν Φαρισαίων ἐλθοῦσιν ὁ Ἰωάννης ἔλεγεν, ὅτι « Μέσος; ὑμῶν ἕστηκεν, ὃν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε, ὃς ἔμπροσθέν μου γέγονε· » νῦν δὲ καὶ δακτυλοδεικτεῖ αὐτὸν, καὶ ἐμφανίζει τοῖς ἀγνοοῦσιν. Οὗτος ἐκεῖνός ἐστι περὶ οὗ ἐμαρτύρουν, φησὶ πρὸς τοὺς Φαρισαίους, ὅτι ἔμπροσθέν μου γέγονεν, ἀντὶ τοῦ, ἐπισημότερός μου καὶ ἐντιμότερος. Διατί; « Ὅτι πρῶτός μου ἦν. » Ἄκουε, Ἄρειε, οὐκ εἶπεν, ὅτι Πρῶτός μου ἐκτίσθη, ἀλλ' « ὅτι ἦν. » Ἄκουε καὶ, ἡ τοῦ Σαμοσατέως φατρία, ὅτι οὐκ ἀπὸ Μαρίας ἤρξατο τοῦ εἶναι ὁ Κύριος, ἀλλὰ πρῶτος ἦν τοῦ Προδρόμου, κατὰ τὴν προαιώνιον ὕπαρξιν. Ἐπεὶ ἐὰν, ὡς ὑμεῖς φλυαρεῖτε, ἀπὸ Μαρίας ἀρχὴν ἔλαβε τοῦ εἶναι ὁ Κύριος, πῶς ἦν πρῶτος τοῦ Προδρόμου; Οὗτος γάρ τοι προδήλως ἓξ μησὶ πρότερεῖ τοῦ Κυρίου κατὰ τὴν ἐν σαρκὶ γέννησιν. Ἀνὴρ δὲ λέγεται ὁ Κύριος, τάχα μὲν καὶ διὰ τὸ τῆς ἡλικίας τέλειον· τριακονταετὴς γὰρ ἐβαπτίσατο· τάχα δὲ καὶ ὡς πάσης ψυχῆς ἀνὴρ, καὶ τῆς Ἐκκλησίας νυμφίος. « Ἡρμοσάμην γὰρ, φησὶν ὁ Παῦλος, ὑμᾶς ἑνὶ ἀνδρὶ παραστῆσαι, » τῷ Χριστῷ δηλαδή. Φησὶν οὖν ὁ Πρόδρομος, ὅτι Ἐγὼ μέν εἰμι ὁ νυμφαγωγὸς καὶ προξενητής· ἔρχεται δὲ ὀπίσω μου ὁ ἀνήρ. Ἐγὼ γὰρ ἐφέλκομαι τὰς ψυχὰς πρὸς τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν· αὐτὸς δέ ἐστιν ὁ ἀνὴρ, ὁ ταύταις μέλλων ἁρμοσθῆναι.

« Κἀγὼ οὐκ ᾔδειν αὐτόν· ἀλλ' ἵνα φανερωθῇ τῷ Ἰσραὴλ, διὰ τοῦτο ἦλθον ἐγὼ ἐν τῷ ὕδατι βαπτίζων. Καὶ ἐμαρτύρησεν ὁ Ἰωάννης λέγων, ὅτι Τεθέαμαι τὸ Πνεῦμα καταβαῖνον ὡσεὶ περιστερὰν ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ἔμεινεν ἐπ' αὐτόν, καὶ οὐκ ᾔδειν αὐτόν· ἀλλ' ὁ πέμψας με βαπτίζειν ἐν ὕδατι, ἐκεῖνός μοι εἶπεν· Ἐφ' ὃν ἂν ἴδῃς τὸ Πνεῦμα καταβαῖνον καὶ μένον ἐπ' αὐτὸν, οὗτός ἐστιν ὁ βαπτίζων ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. Κἀγὼ ἑώρακα, καὶ μεμαρτύρηκα, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ. » Ἐπειδὴ συγγενὴς ἦν τοῦ Κυρίου ὁ Πρόδρομος· φησὶ γὰρ ὁ ἄγγελος πρὸς τὴν Παρθένον, ὅτι « Ἰδοὺ ἡ συγγενής σου Ἐλισάβετ

A in præsenti peccata nostra. Quotidie **524** enim tollit peccata nostra, et aliorum quidem per baptismum, aliorum autem per pœnitentiam. Et agni quidem qui in veteri lege immolabantur, nullius peccatum omnino abolebant : hic autem totius mundi peccatum tollit e medio et abolet. Quare autem non dixit, Peccata, sed, « Peccatum? » Fortasse quidem per hoc quod dicit peccatum, in genere dixit et de omnibus. Sicut enim dicere solemus : Defecit homo, hoc est omnis humanitas, a Deo : ita et hoc loco dicens « peccatum, » omnia peccata significavit. Fortassis autem, quia inobediens fuit homo Deo, et in varias affectiones incidit : peccatum mundi inobedientia fuit, quam e medio abstulit Dominus, factus obediens usque ad mortem [86], B et contrarium contrario sanans.

Vers. 30. « Hic est de quo ego dicebam : Post me venit vir, qui ante me factus est, quia prior me erat. » Superius quidem iis qui a Pharisæis venerant, Joannes dicebat : « Medius vestrum stat, quem nescitis, qui ante me factus est : » nunc vero etiam digito ostendit illum, et manifestat ignorantibus. Hic est ille de quo testificabar, inquit Pharisæis, quod ante me factus sit, hoc est, dignior me et insignior. Quare? « Quia prior me erat. » Audi, Ari, non dixit, Prior me conditus est, sed, « erat. » Audi et tu, Pauli Samosateni secta, quod non a Maria esse cœperit Dominus, sed Præcursore prior fuerit secundum substantiam suam, C quam ante sæcula habuit, quoniam si, quemadmodum vos nugamini, Dominus a Maria initium suæ substantiæ assumpsisset, quomodo prior fuisset Præcursore? Etenim Præcursor manifeste sex mensibus antecessit Dominum juxta nativitatem in carne. Vir autem dicitur Dominus, fortassis propter ætatem perfectam, quoniam triginta annorum erat cum baptizaretur. Fortassis autem quod et omnis animæ vir sit, et Ecclesiæ sponsus. « Adaptavi enim, inquit Paulus, vos uni viro ut virginem castam exhiberem [87] » Christo, scilicet. Dicit igitur Præcursor : Ego quidem pronubus et internuntius, veniet autem post me vir. Nam ego quidem traho animas ad fidem in Christum : ipse autem vir est qui illas D sibi adjunget.

Vers. 31-34. « Et ego nesciebam illum : sed ut manifestetur Israeli, propterea veni ego in aqua baptizans. Et testatus est Joannes, dicens : Vidi Spiritum descendentem specie columbæ de cœlo, et mansit super eum, et ego nesciveram eum : sed hic qui misit me ut baptizarem aqua, ille mihi dixit : Super quem videris Spiritum descendere, et manere super eum, hic est qui baptizat Spiritu sancto. Et ego vidi et testatus sum hunc esse Filium Dei. » Quoniam cognatus Domini erat Præcursor, dicit enim angelus virgini : « Ecce cognata **525** tua Elisabeth concepit [88, 89] » ut ne quis suspi-

[86] Phil. II, 8. [87] II Cor. XI, 2. [88, 89] Luc. I, 36.

Digitized by Google

cetur quod propter cognationem Præcursor gratificaturus fuerit Domino, et testimonium de ipso perhibuerit, ejus gratia subinde dicit : « Et ego nesciveram illum, » ita suspicionem tollens : sed dicit, ut manifestetur Israeli : ideo veni baptizare : ut omnes, inquit, adducantur ad fidem in illum, et monstretur populis : nam propterea ego baptizo. Me enim baptizante, concurrunt populi, et cum congregantur, manifestatur eis Christus, qui a me prædicatur, et præsens præsentibus monstratur. Nisi enim propter baptismum confluerent, quomodo a Joanne monstraretur Dominus? Non enim ostiatim obambulabat, ut manu Christum ostenderet, et unicuique monstraret. Igitur ea de causa, dicit, veni baptizare aqua, ut populis propter baptisma convenientibus a me manifestetur. Hoc autem loco discimus quod miracula pueritiæ Christi conficta sint, et mendacia, composita ab his qui deridere voluerunt mysterium. Nam si fuissent vera, quomodo ignotus fuisset Dominus qui hæc faciebat? Nequaquam enim verisimile fuerit, non fuisse celebrem eum qui talia faciebat miracula. Verum non ita est. Non enim antequam baptizaretur, signa fecit, neque cognitus erat. « Sed is qui misit me ut baptizarem, ille mihi dixit : Super quem videris Spiritum descendere, ille est qui baptizat Spiritu sancto. » Joannes, ut dixi, quo testimonium non suspectum faceret de Christo, testimonium refert ad Deum et ad Patrem. Nam, Ego quidem, inquit, nesciebam illum : Pater autem revelavit mihi hunc in baptismate. Porro interrogaverit quispiam : Si ignoravit illum Joannes, quomodo Matthæus dicit quod prohibuerit eum, dicens : « Ego debeo a te baptizari? » Dicendum igitur quod sic intelligi debeas, « Nesciveram ipsum : » ante multum temporis, et ante baptismum nesciveram illum. Nam in baptismi tempore novi illum. Vel etiam aliter dicendum, quod noverit quidem illum quod esset Christus : quod autem ille esset qui baptizaret Spiritu sancto, tunc didicerit, quando vidit Spiritum descendentem. Dico igitur, quod nesciverit illum, hoc sibi velit, quod nesciverit illum esse qui baptizet Spiritu sancto : sciebat tamen eum esse super multos, et ideo, secundum Matthæum, eum prohibebat, tanquam omnino majorem eum cognoscens. Postquam autem Spiritus sanctus descendit, manifestius agnovit, et aliis eum prædicavit. Spiritus autem omnibus apparuit qui aderant, et non soli Joanni. Cur ergo, dicet quispiam, non crediderunt? Eo quod obtenebratum erat insipiens cor illorum : quia et cum viderunt eum facientem miracula, non **526** crediderunt. Quidam autem dicunt quod non omnes viderint, sed hi qui magis pii erant. Nam quamvis corporaliter descenderit Spiritus, verisimile tamen est non omnibus apparuisse, sed dignis : quandoquidem et prophetæ multa in sensibili specie viderunt, sicut Daniel et Ezechiel, quæ tamen nullus alius vidit. « Et vidi, et testatus sum quod hic est Filius Dei. » Et ubi testatus est Joan-

A συνέλαβεν· » ἵνα μή τις ὑπονοήσῃ, ὡς διὰ τὴν συγγένειαν καταχαρίζεται ὁ Πρόδρομος τῷ Κυρίῳ, καὶ τοιαῦτα μαρτυρεῖ περὶ αὐτοῦ, τούτου ἕνεκέν φησι συνεχῶς, ὅτι « Κἀγὼ οὐκ ᾔδειν αὐτόν. » τὰς ὑποψίας ἀναιρῶν· ἀλλ' ἵνα, φησί, φανερωθῇ τῷ Ἰσραὴλ, διὰ τοῦτο ἦλθον βαπτίζων. Ἵνα, φησί, πάντες ὁδηγηθῶσι πρὸς τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν, καὶ ὑποδειχθῇ τοῖς λαοῖς, διὰ τοῦτο ἐγὼ βαπτίζω. Ἐμοῦ γὰρ βαπτίζοντος, συντρέχουσιν οἱ λαοί· συναγομένοις δὲ, φανεροῦται αὐτοῖς ὁ Χριστὸς ὑπ' ἐμοῦ κηρυττόμενος, καὶ παρὼν παροῦσι δεικνύμενος. Εἰ μὴ γὰρ διὰ τὸ βάπτισμα συνέτρεχον, πῶς ἂν ὑπεδείχθη παρὰ τοῦ Ἰωάννου ὁ Κύριος; Οὐ γὰρ ἂν τὰς οἰκίας περιερχόμενος καὶ περιάγων ἀπὸ χειρὸς τὸν Χριστὸν ἐδείκνυειν ἑκάστῳ. Διὰ τοῦτο οὖν, φησὶν, ἦλθον βα- B πτίζων ἐν ὕδατι, ἵνα διὰ τὸ βάπτισμα συνερχομένοις τοῖς λαοῖς, ὑπ' ἐμοῦ φανερωθῇ. Ἐντεῦθεν δὲ μανθάνομεν, ὅτι τὰ λεγόμενα παιδικὰ τοῦ Χριστοῦ θαύματα ψευδῆ εἰσι, καὶ παρὰ τῶν θελόντων διαγελᾶσθαι τὸ μυστήριον συντεθειμένα. Εἰ γὰρ ἦσαν ἀληθῆ, πῶς ἠγνοεῖτο ποιῶν ταῦτα ὁ Κύριος; Οὐ γὰρ ἦν δήπου ἦν εἰκὸς, τοιαῦτα θαυματουργοῦντα μὴ οὐχὶ περιβόητον εἶναι. Ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο, οὐκ ἔστι. Πρὸ γὰρ τοῦ βαπτισθῆναι οὔτε σημεῖα ἐποίησεν, οὔτε ἐγνωρίζετο. « Ἀλλ' ὁ πέμψας με βαπτίζειν, ἐκεῖνός μοι εἶπεν· Ἐφ' ὃν ἂν ἴδῃς τὸ Πνεῦμα καταβαῖνον, ἐκεῖνός ἐστιν ὁ βαπτίζων ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. « Ἀνύποπτον τὴν περὶ Χριστοῦ μαρτυρίαν, ὡς ἔφην, ποιούμενος ὁ Ἰωάννης, ἀνάγει τὴν μαρ- C τυρίαν ἐπὶ τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα. Ἐγὼ μὲν γὰρ, φησὶν, οὐκ ᾔδειν αὐτὸν, ὁ δὲ Πατήρ μοι ἀπεκάλυψε τοῦτον ἐν τῷ βαπτίσματι. Ἀλλ' ἐρωτήσειεν ἄν τις· Εἰ οὐκ ᾔδει αὐτὸν Ἰωάννης, πῶς ὁ Ματθαῖός φησιν, ὅτι « Διεκώλυεν αὐτὸν λέγων· Ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι; » Ἔστιν οὖν εἰπεῖν τοῦτο· Τὸ, « Οὐκ ᾔδειν αὐτὸν, » οὕτως νόησον, ὅτι πρὸ πολλοῦ χρόνου καὶ πρὸ τοῦ βαπτίσματος οὐκ ᾔδει αὐτόν· ἐν μέντοι τῷ τοῦ βαπτίσματος καιρῷ, τότε ἔγνω αὐτόν. Ἢ καὶ ἄλλως ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι ᾔδει μὲν αὐτὸν, ὅτι Χριστός ἐστιν· ὅτι δέ γε αὐτὸς ὁ βαπτίσων ἐστὶν ἐν Πνεύματι ἁγίῳ, τότε ἔμαθεν, ὅτε τὸ Πνεῦμα ἴδοι καταβαῖνον. Λέγων οὖν, ὅτι « Οὐκ ᾔδειν αὐτὸν, » τοῦτο δίδωσι νοεῖν, ὅτι οὐκ ᾔδει, ὡς αὐτός ἐστιν ὁ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ βαπτίσων· ὅτι μέντοι ὑπὲρ τοὺς πολ- D λούς ἐστιν, ᾔδει. Διὸ καὶ, κατὰ τὸν Ματθαῖον, διεκώλυεν αὐτὸν, ὡς μείζονα πάντως εἰδώς· ἐπεὶ δὲ τὸ Πνεῦμα κατῆλθεν, τότε σαφέστερον ἐπιγνοὺς, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐκήρυξεν αὐτόν. Τὸ δὲ Πνεῦμα πᾶσιν ὤφθη τοῖς παροῦσιν, καὶ οὐ μόνον Ἰωάννῃ. Τί οὖν, φησὶν, οὐκ ἐπίστευσαν; Διότι ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία, ἐπεὶ καὶ θαυματουργοῦντα αὐτὸν βλέποντες, οὐκ ἐπίστευσαν. Τινὲς δέ φασιν, ὅτι οὐ πάντες εἶδον, ἀλλ' οἱ εὐλαβέστεροι. Εἰ γὰρ καὶ σωματικῶς κατέβη τὸ Πνεῦμα, ἀλλ' εἰκὸς ἐστι μὴ πᾶσιν ὀφθῆναι, ἀλλὰ τοῖς ἀξίοις, ἐπεὶ καὶ οἱ προφῆται πολλὰ ἐν αἰσθητῷ εἶδεν εἶδον· οἷον ὁ Δανιὴλ, ὁ Ἐζεκιήλ· ἀλλ' ὅμως οὐδεὶς ἄλλος ἐθεώρει ταῦτα. « Κἀγὼ ἑώρακα, καὶ μεμαρτύρηκα, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ. » Καὶ ποῦ ἐμαρτύρησεν ὁ Ἰωάννης, ἵτι

Digitized by Google

οὗτός ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ; Οὐδαμοῦ γὰρ γέγραπται τοῦτο· ἀμνὸν μὲν γὰρ λέγει, Υἱὸν δὲ Θεοῦ οὐδαμοῦ. Ὅθεν εἰκὸς στοχάζεσθαι, ὅτι καὶ ἕτερα πλείονα παραλέλειπται· οὐ γὰρ πάντα συνεγράφησαν. A

« Τῇ ἐπαύριον πάλιν εἱστήκει ὁ Ἰωάννης, καὶ ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ δύο, καὶ ἐμβλέψας τῷ Ἰησοῦ περιπατοῦντι, λέγει· Ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ. Καὶ ἤκουσαν αὐτοῦ οἱ δύο μαθηταὶ λαλοῦντος, καὶ ἠκολούθησαν τῷ Ἰησοῦ. » Διὰ τὴν τῶν ἀκουόντων ῥᾳθυμίαν ἀναγκάζεται ὁ Ἰωάννης τὰ αὐτὰ λέγειν, ἵνα τῷ συνεχεῖ γοῦν τῆς μαρτυρίας κατεργάσηταί τι. Οὐκ οὖν οὐδὲ διεψεύσθη, ἀλλὰ δύο μαθητὰς προσήγαγε (15) τῷ Χριστῷ. Νυμφαγωγὸς γὰρ ὢν τῷ ὄντι, πάντα ἐποίει, ὥστε προσαγαγεῖν τῷ νυμφίῳ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν· διὸ καὶ ὁ μὲν Χριστὸς σιγᾷ ὡς νυμφίος, ὁ δὲ πρόξενος ἅπαντα φθέγγεται. Καὶ ὡς νυμφίος δὲ παραγίνεται πρὸς τὸ πλῆθος ὁ Κύριος. Ἐπὶ γὰρ τῶν γάμων οὐχ ἡ νύμφη πρὸς τὸν νυμφίον, ἀλλ' οὗτος πρὸς ἐκείνην ἄπεισι, κἂν βασιλέως εἴη υἱός. Διὸ καὶ τὴν φύσιν ἡμῶν μέλλων νυμφεύσασθαι ὁ Κύριος, κατέβη πρὸς αὐτὴν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ γενομένων τῶν γάμων, ἔλαβεν αὐτήν, ἀναλήψεως εἰς τὸν οἶκον τὸν πατρικόν. « Ἐμβλέψας οὖν, φησὶν, τῷ Ἰησοῦ ὁ Ἰωάννης, » τουτέστι, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐνδεικνύμενος τὴν χαρὰν ἣν εἶχεν ἐπὶ τῷ Χριστῷ, καὶ τὸ θαῦμα, « Ἴδε, φησὶν, ὁ ἀμνός. » Οἱ δὲ μαθηταὶ συνεχέσι μαρτυρίαις καταμαλαχθέντες, ἠκολούθησαν τῷ Ἰησοῦ, οὐ καταφρονήσαντες Ἰωάννου, μᾶλλον δὲ πεισθέντες αὐτῷ μαρτυροῦντι περὶ τοῦ Χριστοῦ τὰ κρείττονα. B

« Στραφεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς, καὶ θεασάμενος αὐτοὺς ἀκολουθοῦντας, λέγει αὐτοῖς· Τί ζητεῖτε; Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ· Ῥαββὶ » ὃ λέγεται ἑρμηνευόμενον, *διδάσκαλε*, ποῦ μένεις; Λέγει αὐτοῖς· Ἔρχεσθε, καὶ ἴδετε. Ἦλθον οὖν, καὶ εἶδον ποῦ μένει, καὶ παρ' αὐτῷ ἔμειναν τὴν ἡμέραν ἐκείνην. Ὥρα δὲ ἦν ὡς δεκάτη. » Ὁ μὲν Ματθαῖος περὶ τοῦ βαπτίσματος τοῦ Κυρίου διηγησάμενος, ἀνάγει αὐτὸν εὐθὺς εἰς τὸ ὄρος πειρασθησόμενον· ὁ δέ γε παρὼν εὐαγγελιστὴς, ὅσα ἐκείνῳ εἴρηται ἐάσας, τὰ μετὰ τὴν ἐκ τοῦ ὄρους κάθοδον διηγεῖται. Καὶ ἡ τῶν μαθητῶν τοίνυν τοῦ Ἰωάννου ἀκολούθησις, καὶ πρὸς τὸν Χριστὸν ἔλευσις, μετὰ τὸ κατελθεῖν ἐκ τοῦ ὄρους καὶ πειρασθῆναι γίνεται· δεικνύντος, οἶμαι, τοῦ λόγου, ὅτι οὐ χρὴ διδάσκαλόν τινα καθίστασθαι, εἰ μὴ πρότερον αὐτὸς ἀνελθὼν ἐπὶ τὸ τῆς ἀρετῆς ἄκρον (τοῦτο γὰρ τὸ ὄρος) καὶ πάντα νικήσας πειρασμὸν, ἄρῃ τὸ τρόπαιον κατὰ τοῦ πειράζοντος. Ἀκολουθοῦσι τοίνυν πρῶτον οἱ μαθηταὶ, καὶ τότε ἐρωτῶσιν αὐτὸν ποῦ μένει. Οὐ γὰρ δημοσίᾳ πολλῶν παρόντων, ἀλλὰ κατ' ἰδίαν ἐχρῆν διαλεχθῆναι ὡς περὶ ἀναγκαίων. Μᾶλλον δὲ, οὐδὲ αὐτοὶ πρῶτοι ἐρωτῶσιν, ἀλλ' ὁ Χριστὸς αὐτὸς ἐνάγει εἰς τὸ ἐρωτῆσαι. Λέγει γὰρ αὐτοῖς· « Τί ζητεῖτε; » οὐχ ὡς ἀγνοῶν (πῶς γὰρ ὁ εἰδὼς τὰς καρδίας τῶν ἀνθρώπων;), ἀλλ' ἵνα διὰ τῆς ἐρωτήσεως προσκαλέσηται αὐτοὺς εἰς τὸ εἰπεῖν ὃ βούλον- C D

nes quod hic est Filius Dei? Nusquam enim scriptum est. Nam agnum quidem dicit, Filium autem Dei nusquam. Unde verisimile est conjectare quod et plura alia prætermissa sint. Non enim omnia conscripta sunt.

VERS. 35-37. « Postero die iterum stabat Joannes, et ex discipulis ejus duo, et intuitus Jesum ambulantem, dicit : Ecce Agnus ille Dei. Et audierunt eum duo discipuli loquentem, et secuti sunt Jesum. » Propter audientium ignaviam cogitur Joannes eadem dicere, ut vel crebro testimonio efficiat aliquid : neque falsus est : Christo enim statim duos discipulos obtulit. Nam cum revera pronubus esset, omnia faciebat, ut humanam naturam sponso adduceret. Ideo et Christus quidem tacet, ut sponsus : pronubus autem omnia loquitur. Et Dominus sicut sponsus venit ad multitudinem. In nuptiis enim non sponsa ad sponsum, sed sponsus ad illam abit, etiam si regis filius sit. Ideo et Dominus naturam nostram desponsaturus, descendit ad eam in terram, et factis nuptiis assumptus in cœlum, tulit eam in domum Patris. Itaque cum intuitus esset Jesum Joannes, hoc est, etiam corporalibus oculis præ se tulisset gaudium quod habebat in Christo, et admirationem ; « Ecce, inquit, Agnus ille. » At discipuli crebris testimoniis demulsi, secuti sunt Jesum : non quidem contemnentes Joannem, sed magis obedientes ei, testanti de Christo meliora.

VERS. 38, 39. « Conversus autem Jesus, et conspicatus eos sequentes se, dicit eis : Quid quæritis? Illi autem dicebant ei : Rabbi, quod dicitur, si quis interpretetur, *magister*, ubi manes? Dicit eis, Venite et videte. Venerunt igitur, et viderunt ubi maneret : et manserunt apud illum die illo. Hora autem erat quasi decima. » Matthæus quidem cum de baptismate narrasset, statim subducit illum in montem ut tentaretur ; at præsens evangelista relictis iis, quæ ab illo dicta sunt, refert ea quæ post descensum de monte facta sunt. Igitur postquam de monte ubi tentatus fuit, descendit, sequitur discipulorum Joannis comitatio et accessus ad Christum. Opinor quod sermo demonstret quod non debeat aliquis constitui doctor, nisi prius ad fastigium conscenderit virtutum : hoc enim mons significat : et omnem devicerit tentationem, triumphum de tentatore referens. Sequuntur igitur primum discipuli, et tunc interrogant eum ubi maneat. Non **527** enim publice multis præsentibus, sed seorsim oportebat colloqui, quasi de rebus quibusdam necessariis. Imo illi non priores interrogant, sed Christus ipsos inducit ad interrogandum. Dicit enim eis, « Quid quæritis? » non tanquam ignorans, [quomodo enim ignoraret, qui sciebat corda hominum?] sed ut per interrogationem provocaret eos

Ex collatione codd. Venet. S. Marci.

(15) Cod. 31. εὐθὺς προσήγαγε.

Digitized by Google

ad dicendum quid vellent. Verisimile enim est eos crubuisse, et reveritos illum esse cui Joannes testimonium plus quam de homine dederat. Te autem velim admirari bonam illorum affectionem erga Christum. Non enim solum secuti sunt, sed et Rabbi salutant, hoc est magister, idque cum nihil adhuc ab illo audissent. Volentes itaque seorsim aliquid ab eo discere, interrogant ubi maneat. In quiete enim commodius et dicitur et auditur. Dominus vero non dicit eis signum domus : sed, « Venite, inquit, et videte. » Hoc autem facit tum ut magis alliciat eos ad sequendum se, tum ut probet eorum desiderium, ne graventur ex itinere. Nam si frigida mente accessissent, nentiquam ad domum fuissent secuti. Quomodo autem Christus alibi dicit quod « Filius hominis non habeat ubi caput reclinet [60], » hoc autem loco videtur habere domum? Non hæc inter se dissident. Etenim quando dicit quod « non habeat ubi caput reclinet, » non dicit quod nullum omnino habeat diversorium, sed quod non habeat proprium. Si igitur habitabat in domo, non propriam inhabitabat, sed alienam. Non frustra autem evangelista assignat tempus, quod fuerit hora quasi decima, sed ut doceat et doctores et discipulos, quod propter nullum tempus studia sua differre debeant, neque doctor prætexat aliquid, et dicat quod vespere sit : et discipulus sciat omne tempus esse doctrinæ, nec differendum auditum in crastinum. Illinc autem discimus quod discipuli habebant ventrem minime oneratum, sed jejuniis assuetum, eo quod tempus quod alii impendunt in quietem corporis, cibis gravati, et non valentes serio operi intendere, hoc illi insumebant in doctrinam. Ita erant vere discipuli Joannis jejuniis clari. Vide autem, obsecro, quod Christus convertit se ad sequentes, et ostendit eis faciem suam. Nisi enim per bonam operationem secutus fueris Jesum, non pervenies ad contemplationem faciei Domini, neque ibis ad habitationem ejus, hoc est, non pervenies ad illuminationem divinæ scientiæ. Nam domus Christi, lux. « Lucem enim, inquit, habitat inaccessam [61], » Propterea nisi quis seipsum purificaverit, et per purificationem secutus fuerit, quomodo scientia illustrabitur?

VERS. 40-42. « Erat autem Andreas frater Simonis Petri, unus ex duobus qui audierant a Joanne, et secuti fuerunt illum. Invenit hic prior fratrem suum Simonem, et dicit ei : Invenimus **528** Messiam, quod est si interpreteris, Christus. Et duxit illum ad Jesum. Intuitus autem illum Jesus, dixit : Tu es Simon filius Jona, tu vocaberis Cephas, quod interpretari licet, Petrus. » Andreæ quidem nomen profert nobis, sed non alterius. Quidam autem dicunt illum esse Joannem, qui hæc scribit. Nonnulli autem aiunt, quod non fuerit ex nobilioribus ille. Præterea nulla utilitas fuerat etiam scire nomen. Cæterum Andreæ mentionem facit, quia et insignior

[60] Luc. IX, 58. [61] I Tim. VI, 16.

τει. Εἰκὸς γὰρ αὐτοὺς καὶ ἐρυθριᾷν, καὶ δεδοικέναι αὐτὸν, ὡς ὑπὲρ ἄνθρωπον μαρτυρούμενον παρὰ τοῦ Ἰωάννου. Σὺ δέ μοι θαύμασον τὴν εὐγνωμοσύνην τούτων. Οὐ γὰρ μόνον ἠκολούθησαν, ἀλλὰ καὶ ῥαββὶ αὐτὸν καλοῦσιν, ὅ ἐστι, διδάσκαλε, καὶ ταῦτα οὔπω οὐδὲν παρ' αὐτοῦ ἀκούσαντες. Ἰδίᾳ μέντοι θέλοντές τι παρ' αὐτοῦ μαθεῖν, ἐρωτῶσι· « Ποῦ μένεις; » ἐν ἡσυχίᾳ γὰρ τὸ εἰπεῖν, καὶ ἀκοῦσαι ἁρμοδιώτερον. Ὁ δὲ Κύριος οὐ λέγει αὐτοῖς τὰ σημεῖα τῆς οἰκίας, ἀλλ', « Ἔρχεσθε, φησὶ, καὶ ἴδετε. » Τοῦτο δὲ ποιεῖ, ἅμα μὲν ἐπισπώμενος αὐτοὺς πλέον πρὸς τὴν ἀκολούθησιν, ἅμα δὲ γυμνάζων αὐτῶν τὸν πόθον, εἰ μὴ ἀποκάμοιεν πρὸς τὴν ὁδόν· εἰ γὰρ μετὰ ψυχρᾶς γνώμης προσῆλθον, οὐδ' ἂν πρὸς τὴν οἰκίαν ἠκολούθησαν. Πῶς δὲ ἀλλαχοῦ φησιν, ὅτι « Ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἔχει ποῦ τὴν κεφαλὴν κλῖναι, » ἐνταῦθα δὲ φαίνεται οἰκίαν ἔχων; Οὐκ ἐναντίον τοῦτο ἐκείνῳ. Καὶ γὰρ ὅταν λέγῃ, « Οὐκ ἔχει ποῦ τὴν κεφαλὴν κλῖναι, » οὐ τοῦτο λέγει, τὸ μηδ' ὅλως ἔχειν καταγώγιον, ἀλλὰ τὸ μὴ ἴδιον ἔχειν. Εἰ ἔμενεν οὖν ἐν οἰκίᾳ, οὐκ ἐν ἰδίᾳ ἔμενεν, ἀλλ' ἐκ ἀλλοτρίᾳ. Οὐ μάτην δὲ ἐπισημαίνεται ὁ εὐαγγελιστὴς τὸν καιρὸν, ὅτι « Ὥρα ἦν ὡς δεκάτη, » ἀλλ' ἵνα καὶ τοὺς διδάσκοντας καὶ τοὺς μαθητιῶντας διδάξῃ, ὅτι οὐ διὰ τὸν καιρὸν ἀναβάλλεσθαι δεῖ, ἀλλὰ καὶ τὸν διδάσκαλον μὴ ὑπερτίθεσθαι, καὶ λέγειν, ὅτι Ὀψέ ἐστιν, αὔριον μαθήσῃ, καὶ τὸν μαθητὴν πάντα καιρὸν γινώσκειν μαθήσεως, καὶ μὴ ἀναβάλλεσθαι τὴν ἀκρόασιν εἰς τὴν αὔριον. Καὶ τοῦτο δὲ μανθάνομεν, ὅτι οὕτως εἶχον ἀβαρῆ τὴν γαστέρα, καὶ ἔννηφον, ὥστε τὸν καιρὸν ὃν ἄλλοι δαπανῶσιν εἰς ἀνάπαυσιν σώματος, βαρούμενοι δήπου τοῖς βρώμασι, καὶ μὴ δυνάμενοι σπουδαίῳ ἔργῳ ἐπιχειρῆσαι, τοῦτον αὐτοὶ ἀνήλισκον εἰς ἀκρόασιν. Οὕτως Ἰωάννου τοῦ ἀτρόφου ἦσαν μαθηταί. Ὅρα δέ μοι, ὅτι πρὸς τοὺς ἀκολουθοῦντας αὐτῷ στρέφεται ὁ Ἰησοῦς, καὶ δεικνύει αὐτοῖς τὸ ἑαυτοῦ πρόσωπον. Εἰ μὴ γὰρ διὰ τῆς ἀγαθῆς πράξεως ἀκολουθήσῃς τῷ Ἰησοῦ, οὐκ ἂν φθάσῃς εἰς θεωρίαν τοῦ προσώπου Κυρίου, οὐδὲ ἀπελεύσῃ πρὸς τὴν κατοικίαν αὐτοῦ, τουτέστιν, οὐ φθάσεις εἰς τὸν τῆς θείας γνώσεως φωτισμόν· οἰκία γὰρ τοῦ Χριστοῦ τὸ φῶς. « Φῶς γάρ, φησὶν, οἰκῶν ἀπρόσιτον. » Ὁ γάρ τοι μὴ καθάρας ἑαυτὸν, καὶ διὰ τῆς καθάρσεως ἀκολουθήσας, πῶς ἐν γνώσει φωτισθήσεται;

« Ἦν δὲ Ἀνδρέας ὁ ἀδελφὸς Σίμωνος Πέτρου εἷς ἐκ τῶν δύο τῶν ἀκουσάντων παρὰ Ἰωάννου, καὶ ἀκολουθησάντων αὐτῷ. Εὑρίσκει οὗτος πρῶτον τὸν ἀδελφὸν τὸν ἴδιον Σίμωνα, καὶ λέγει αὐτῷ· Εὑρήκαμεν τὸν Μεσσίαν, ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, « Χριστός· » καὶ ἤγαγεν αὐτὸν πρὸς τὸν Ἰησοῦν. Ἐμβλέψας δὲ αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, εἶπε· Σὺ εἶ Σίμων ὁ υἱὸς Ἰωνᾶ, σὺ κληθήσῃ Κηφᾶς, ὃ ἑρμηνεύεται, Πέτρος. » Τὸ μὲν τοῦ Ἀνδρέου ὄνομα γνωρίζει ἡμῖν, τὸ δὲ τοῦ ἑτέρου οὐδαμῶς. Φασὶ γάρ τινες αὐτὸν εἶναι τὸν Ἰωάννην τὸν ταῦτα γράφοντα· τινὲς δὲ ὅτι οὐκ ἦν τῶν ἐπισήμων ἐκεῖνος· ἅμα δὲ οὐδὲ κέρδος ἦν τι ἐκ τοῦ μαθεῖν τὸ ὄνομα. Τοῦ μέντοι Ἀνδρέου μέμνηται, καὶ

Digitized by Google

ὡς ἐπισήμου, καὶ ὡς τὸν ἴδιον ἀδελφὸν προσαγαγόντος. Ὅρα δέ μοι φιλαδελφίαν, πῶς οὐκ ἀπεκρύψατο τὸν ἀδελφὸν τὸ ἀγαθὸν, ἀλλὰ κοινοῦται αὐτῷ τὸν θησαυρὸν, καὶ περιχαρείας φωνὴν ἀφίησιν, « Εὑρήκαμεν, » λέγων· ὡς ἔοικε γὰρ, ἐκ πολλοῦ ἐπόθουν καὶ ἐμελέτων τὴν ζήτησιν. Καὶ οὐχ ἁπλῶς λέγει, Μεσσίαν, ἀλλὰ, « τὸν Μεσσίαν, » μετὰ τοῦ ἄρθρου, ἐκεῖνον αὐτὸν τὸν κυρίως ὄντα Χριστόν. Ὁ γὰρ προσδοκώμενος αὐτοῖς εἷς ἦν, εἰ καὶ πολλοὶ Χριστοὶ καὶ υἱοὶ τοῦ Θεοῦ προσηγορεύοντο. Ἤγαγε δὲ αὐτὸν πρὸς τὸν Ἰησοῦν, οὐχ ὡς εὐκόλου ὄντα τὸ ἦθος, καὶ παντὶ λόγῳ συμπεριφερόμενον, ἀλλ' ὡς ὀξὺν μᾶλλον καὶ θερμὸν, καὶ εὐφυῶς παραδεξάμενον τοὺς λόγους, οὓς αὐτῷ εἴρηκεν ὁ ἀδελφὸς περὶ Χριστοῦ. Εἰκὸς γὰρ τὸν Ἀνδρέαν πλείω διαλεχθῆναι αὐτῷ, καὶ ἀκριβῶς τὰ περὶ Χριστοῦ ἐπαγγεῖλαι, ἅτε παρὰ τῷ Χριστῷ μείναντα καὶ διδαχθέντα μυστικώτερά τινα. Εἰ δὲ ἐπιμένοι τις εὐκολίαν καταγινώσκων τοῦ Πέτρου, μανθανέτω καὶ τοῦτο, ὅτι οὐδὲ γέγραπται, ὅτι ἐπίστευσεν εὐθὺς τῷ Ἀνδρέᾳ, ἀλλ' ὅτι « ἤγαγεν αὐτὸν πρὸς τὸν Ἰησοῦν, » ὅπερ μᾶλλον στερρᾶς διανοίας καὶ οὐ συμπεριφερομένης ἐστίν. Οὐ γὰρ ἁπλῶς παρεδέξατο τοὺς Ἀνδρέου λόγους, ἀλλ' ἠθέλησεν ἰδεῖν καὶ τὸν Χριστόν· ἵνα εἰ μὲν εὕρῃ τι ἀξιόλογον, ἀκολουθήσῃ, εἰ δὲ οὔκ, ἀναποδίσῃ· ὥστε τὸ ἀχθῆναι, πρὸς τὸν Ἰησοῦν οὐκ εὐηθείας, ἀλλ' ἀκριβείας γνώρισμα. Τί οὖν ὁ Κύριος; Ἀπὸ τοῦ προφητεῦσαι περὶ αὐτοῦ, ἀποκαλύπτειν ἄρχεται αὐτῷ ἑαυτόν. Ἐπεὶ γὰρ αἱ προφητεῖαι οὐδὲν ἧττον τῶν σημείων, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον, πείθουσι τοὺς ἀνθρώπους, προφητεύει περὶ τοῦ Πέτρου. « Σὺ γὰρ, φησὶν, εἶ Σίμων υἱὸς Ἰωνᾶ· » εἶτα καὶ τὸ μέλλον· « Σὺ κληθήσῃ Κηφᾶς. » Ἀπὸ γὰρ τοῦ τὸ παρὸν εἰπεῖν, καὶ τὸ μέλλον πιστοῦται. Οὐκ εἶπε δὲ, ὅτι Καλέσω σε ἐγὼ Πέτρον, ἀλλὰ, « κληθήσῃ. » Οὐ γὰρ ἐβούλετο ἐξ ἀρχῆς τὰ τῆς αὐθεντείας ἐπιδείκνυσθαι, ἐπεὶ οὐδὲ εἶχον πίστιν βεβαίαν περὶ αὐτοῦ. Τίνος δὲ ἕνεκεν τοῦτον μὲν Πέτρον ἐπονομάζει, τοὺς δὲ τοῦ Ζεβεδαίου, υἱοὺς βροντῆς; Ἵνα δείξῃ, ὅτι καὶ τὴν Παλαιὰν αὐτός ἐστιν ὁ δεδωκὼς, ὁ καὶ τὰ ὀνόματα, ὥσπερ τότε, καὶ νῦν μετατιθείς. τόν τε Ἄβραμ Ἀβραὰμ, καὶ τὴν Σάραν Σάρραν καλέσας. Ἴσθι δὲ ὅτι Σίμων ἑρμηνεύεται « ὑπακοὴ, » Ἰωνᾶς δὲ « περιστερά. » Τέκνον οὖν τῆς πραότητος, ἥτις διὰ τῆς περιστερᾶς δηλοῦται, ἡ ὑπακοή· ὁ δὲ τὴν ὑπακοὴν ἔχων καὶ Πέτρος γίνεται, εἰς στερρότητα τοῦ καλοῦ διὰ τῆς ὑπακοῆς προβιβαζόμενος.

A erat, et adducebat suum fratrem. Vide autem, obsecro, quantum amaverit fratrem, et quomodo non occultaverit ab eo bonum, sed communicarit ei thesaurum, emiseritque jucunditatis vocem, « Invenimus, » dicens. Et verisimile est, quod multo tempore desiderarint et meditati fuerint quærere illum. Neque simpliciter dicit : Messiam, sed, « Messiam » cum articulo, illum ipsum qui proprie est Christus. Unus enim erat qui ab eis exspectabatur, quamvis multi Christi et filii Dei appellarentur. Adduxit autem illum ad Jesum, non quod tam levibus esset moribus, ut ad omnem sermonem circumferretur, sed quod ferventi et bono animo susceperat sermones quos ei dixerat frater de Christo. Verisimile enim est, quod Andreas plura dixerit ei, et manifeste annuntiaverit de Christo, utpote edoctus secretiora quædam, eo quod manserat apud Christum. Quod si perseverat quis arguendo facilitatem Petri, discat et hoc non esse scriptum, quod crediderit statim Andreæ, sed quod Andreas duxerit illum ad Jesum, id quod magis solidæ mentis fuerit, et non quovis vento circumactæ. Non enim simpliciter recepit sermonem Andreæ, sed voluit videre et Christum, ut si quidem inveniret quod dignum fide, sequeretur, sin minus, resiliret : et ita duci ad Jesum, non levis, sed studiosæ mentis indicium erat. Quid igitur Dominus? Prophetando de illo, illi se manifestare incipit. Nam quia prophetiæ non minus quam signa, imo magis hominibus persuadent, prædicit de Petro, « Tu enim, inquit, es Simon filius Jona. » Deinde et quod futurum, « Tu vocaberis Cephas. » Nam cum quod præsens est dicitur, etiam futurum credibile fit. Non dixit autem : Ego te vocabo Petrum, sed, « vocaberis. » Nolebat enim ab initio auctoritatem suam indicare, eo quod nondum firmam in illum fidem haberent. Quamobrem autem aguominat hunc quidem Petrum, illos autem, filios inquam Zebedæi, filios tonitrui? Ut ostendat quod ipse sit qui et Vetus Testamentum dederit, et sicut nunc, ita etiam tunc mutaverit nomen Abram in Abraham et Saram in Sarram. Scias autem quod Simon interpretatur « obedientia, » Jonas vero « columba. » Igitur mansuetudinis quæ per columbam significatur, 529 filia est obedientia : et qui habet obedientiam, etiam ipse Petrus efficitur, per obedientiam proficiens ut firmetur in bono.

B

C

D

« Τῇ δὲ ἐπαύριον ἠθέλησεν ἐξελθεῖν ὁ Ἰησοῦς εἰς τὴν Γαλιλαίαν, καὶ εὑρίσκει Φίλιππον, καὶ λέγει αὐτῷ· Ἀκολούθει μοι. Ἦν δὲ ὁ Φίλιππος ἀπὸ Βηθσαϊδὰ ἐκ τῆς πόλεως Ἀνδρέου καὶ Πέτρου. Εὑρίσκει Φίλιππος τὸν Ναθαναὴλ, καὶ λέγει αὐτῷ· Ὃν ἔγραψε Μωσῆς ἐν τῷ νόμῳ καὶ οἱ προφῆται, εὑρήκαμεν, Ἰησοῦν τὸν υἱὸν Ἰωσὴφ τὸν ἀπὸ Ναζαρέτ. » Ὁ μὲν Ἀνδρέας τοῦ Προδρόμου ἀκούσας, καὶ ὁ Πέτρος τοῦ Ἀνδρέου, ἠκολούθησαν τῷ Ἰησοῦ· ὁ δὲ Φίλιππος φαίνεται μηδὲν ἀκούσας, καὶ ὅμως ἀκολουθήσας τῷ Κυρίῳ εὐθὺς, εἰπόντι πρὸς αὐτὸν τὸ, « Ἀκολούθει μοι. » Πόθεν οὖν οὕτως εὐθέως ἐπείσθη; Δοκεῖ τοίνυν

Vers. 43-45. « Postero die voluit Jesus exire in Galilæam, et reperit Philippum ; et dicit ei : Sequere me. Erat autem Philippus a Bethsaida civitate Andreæ et Petri. Reperit Philippus Nathanael, et dicit ei : De quo scripsit Moses in lege et prophetæ, invenimus, Jesum filium Joseph, Nazarenum. » Andreas quidem Præcursore audito, et Petrus Andrea, secuti sunt Jesum : at Philippus videtur nullum audivisse, et statim secutus esse Dominum, dicentem ei : « Sequere me. » Unde hoc igitur, quod ille tam statim crediderit? Videtur igitur primum vox Domini animam illius stimulo quodam

Digitized by Google

charitatis tetigisse. Non enim simpliciter Salvatoris vox dicebatur, sed dignos statim flagrare faciebat intrinsecus ad amandum ipsum : sicut et Cleopas dicit : « Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, cum loqueretur nobis in via [46] ? » Deinde autem Philippus, eo quod sollicitum cor habebat, et multum meditabatur scripta Mosis, exspectabatque semper Christum, statim simulatque vidit, credidit : propterea etiam dicit, « Invenimus Jesum » : quo ostendit quod semper quæsiverit. Fortassis autem et a Petro et Andrea de Christo didicit. Etenim verisimile est collocutos illos ei, qui ex eadem patria erat, et narrasse de Christo : id quod et Evangelista videtur insinuare per hoc quod dicit : « Erat autem Philippus a civitate Andreæ et Petri. » Parva autem fuit ista civitas, quæ pagus rectius diceretur : unde et digna admiratione Christi virtus, quod ab his qui nullum afferebant fructum, præcipuos discipulos elegerit. Igitur neque Philippus apud se bonum hoc retinet, sed communicat et Nathanaeli : et quia legisperitus erat Nathanael, ad legem et prophetas ipsum mittit Philippus, quia diligenter legem meditabatur. Porro filium dicit Joseph Dominum, quia ejus filius putabatur : et Nazarenum illum appellat, quamvis proprie a Bethleem, in qua natus, sed in Nazareth educatus fuit. At quoniam nativitas ejus multis incognita erat, manifesta autem educatio, a Nazareth eum nominat, utpote illic enutritum.

πρῶτον μὲν ἡ τοῦ Κυρίου φωνὴ ἐν τῇ ψυχῇ αὐτοῦ ἐργάσασθαί τι κέντρον ἀγάπης. Οὐ γὰρ ἁπλῶς ἡ τοῦ Σωτῆρος φωνὴ ἐλέγετο, ἀλλὰ τοῖς ἀξίοις εὐθὺς διέκαιε τὰ ἐντὸς πρὸς τὴν ἀγάπησιν αὐτοῦ· ὥσπερ καὶ οἱ περὶ τὸν Κλεόπαν φασί· « Οὐχὶ ἡ καρδία ἡμῶν καιομένη ἦν ἐν ἡμῖν, ὡς ἐλάλει ἡμῖν ἐν τῇ ὁδῷ ; » Ἔπειτα δὲ καὶ διὰ τὸ μεμεριμνημένην καρδίαν ἔχειν τὸν Φίλιππον, καὶ συνεχῶς μελετᾷν τὰ Μωσέως, καὶ προσδοκᾷν ἀεὶ τὸν Χριστὸν, εὐθέως ὅτε εἶδεν, ἐπείσθη· διὸ καί φησιν· « Εὑρήκαμεν Ἰησοῦν· » ὃ δείκνυσιν ὡς ἐζήτει ἄν (16). Μή ποτε δὲ παρὰ τοῦ Ἀνδρέου καὶ τοῦ Πέτρου ἔμαθε περὶ τοῦ Χριστοῦ. Καὶ γὰρ ἐκ τῆς αὐτῆς πατρίδος ὄντι, εἰκὸς, συνομιλήσαντας τούτους, ἀφηγήσασθαι περὶ τοῦ Κυρίου· ὃ καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς δοκεῖ παραινίττεσθαι διὰ τοῦ λέγειν· « Ἦν δὲ ὁ Φίλιππος ἐκ τῆς πόλεως Ἀνδρέου καὶ Πέτρου. » Μικρὰ δέ τις ἦν αὕτη ἡ πόλις, καὶ κώμη μᾶλλον ἁρμόδιος λέγεσθαι. Ὅθεν καὶ θαυμάσαι ἄξιον τὴν τοῦ Χριστοῦ δύναμιν, ὅτι ἀπὸ τῶν οὐδένα καρπὸν φερόντων, τοὺς ἐκκρίτους τῶν μαθητῶν ἐξελέξατο. Οὐ τοίνυν οὐδὲ Φίλιππος παρ' ἑαυτῷ κατέχει τὸ ἀγαθὸν, ἀλλὰ μεταδίδωσι καὶ τῷ Ναθαναήλ. Καὶ ἐπειδὴ νομομαθὴς ἦν ὁ Ναθαναὴλ, ἐπὶ τὸν νόμον καὶ τοὺς προφήτας αὐτὸν παραπέμπει Φίλιππος· καὶ γὰρ ἀκριβὴς καὶ διεσκεμμένος ἦν τὰ νομικά. Υἱὸν δὲ τοῦ Ἰωσὴφ λέγει τὸν Κύριον, ἐπειδὴ τούτου παῖς ἐνομίζετο· καὶ ἀπὸ Ναζαρὲτ αὐτὸν ὀνομάζει, εἰ καὶ κυρίως ἀπὸ Βηθλεὲμ ἦν. Ἐν ἐκείνῃ γὰρ ἐγγεννήθη, ἐν δὲ Ναζαρὲτ ἀνετράφη· ἀλλ' ὅμως ἐπεὶ ἡ μὲν γέννησις αὐτοῦ τοῖς πολλοῖς ἄδηλος ἦν, ἡ δὲ ἀνατροφὴ δήλη, ἀπὸ Ναζαρὲτ τοῦτον ὀνομάζουσιν, ὡς ἐν ταύτῃ τραφέντα.

Vers. 46-48. « Et dixit ei Nathanael : A Nazareth potest aliquid boni esse ? Dicit ei Philippus : Veni, et vide. Vidit Jesus Nathanael venientem ad se, et dicit de eo : Ecce verus Israelita, in quo dolus non est. Dicit ei Nathanael, Unde me nosti ? Respondit Jesus, et dixit ei : Priusquam te Philippus vocaret, cum esses sub ficu, videbam te. » Philippus quidem Jesum Nazarenum dicebat, Nathanael autem, utpote in lege diligentior, cognoscebat ex Scripturis quod a Bethleem oportebat venire Christum, et propterea dicit : « A Nazareth potest esse aliquid boni ? Philippus vero inquit : « Veni et vide, » **530** sciens quod si gustaret verba Christi, non esset discessurus. Porro laudatur a Christo Nathanael, utpote verus Israelita : non enim ad gratiam neque ad odium loquebatur. Non enim verba illa sunt incredulæ, sed diligentis et in lege versatæ mentis, quæ sciebat quod Christus non a Nazareth, sed Bethleem veniret. Quid igitur Nathanael ? num laudibus stulte intumescit ? Minime, sed urget, manifestius et evidentius quiddam discere volens. Ideo et interrogat, « Unde me nosti ? » At Christus dicendo ei quæ nullus alius sciebat præterquam ipse et Philippus, quod solus et locutus esset et fecisset,

« Καὶ εἶπεν αὐτῷ Ναθαναήλ· Ἐκ Ναζαρὲτ δύναταί τι ἀγαθὸν εἶναι ; Λέγει αὐτῷ Φίλιππος· Ἔρχου καὶ ἴδε. Εἶδεν ὁ Ἰησοῦς τὸν Ναθαναὴλ ἐρχόμενον πρὸς αὐτὸν, καὶ λέγει περὶ αὐτοῦ· Ἴδε ἀληθῶς Ἰσραηλίτης, ἐν ᾧ δόλος οὐκ ἔστι. Λέγει αὐτῷ Ναθαναήλ· Πόθεν με γινώσκεις ; Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Πρὸ τοῦ σε Φίλιππον φωνῆσαι, ὄντα ὑπὸ τὴν συκῆν, εἶδόν σε. » Ὁ μὲν Φίλιππος ἐκ Ναζαρὲτ τὸν Χριστὸν εἶπεν· ὁ δὲ Ναθαναὴλ, οἷα δὴ ἀκριβέστερος ὢν, ἐγίνωσκεν ἀπὸ τῶν Γραφῶν, ὅτι ἀπὸ Βηθλεὲμ δεῖ ἐλθεῖν τὸν Χριστόν· καὶ διὰ τοῦτό φησιν· « Ἐκ Ναζαρὲτ δύναταί τι ἀγαθὸν εἶναι ; Ὁ δὲ Φίλιππος· « Ἔρχου καὶ ἴδε, » φησίν· εἰδὼς ὅτι ἐὰν γεύσηται τῶν ῥημάτων τοῦ Χριστοῦ, οὐκ ἀποστήσεται. Ἐπαινεῖται δὲ Ναθαναὴλ παρὰ Χριστοῦ, ὡς ἀληθῶς Ἰσραηλίτης, ἐπειδὴ οὐδὲν πρὸς χόρτον ἢ πρὸς ἀπέχθειαν εἶπεν. Οὐ γὰρ ἀπιστίας ἦσαν τὰ ῥήματα, ἀλλὰ ἀκριβείας καὶ νομομαθοῦς διανοίας, γινωσκούσης, ὅτι ὁ Χριστὸς οὐκ ἀπὸ Ναζαρὲτ, ἀλλ' ἐκ Βηθλεὲμ ἔρχεται. Τί τοίνυν ὁ Ναθαναήλ ; ἆρα ἐχαυνώθη τῷ ἐπαίνῳ ; Οὔκουν, ἀλλ' ἐπιμένει, σαφέστερον καὶ ἀκριβέστερόν τι βουλόμενος μαθεῖν· διὸ καὶ ἐρωτᾷ· « Πόθεν με γινώσκεις ; » Ὁ δὲ Κύριος, διὰ τοῦ εἰπεῖν αὐτῷ, ἃ οὐδεὶς ἐγίνωσκε

[46] Luc. XXIV, 32.

Ex collatione codd. Venet. S. Marci

(16) Cod. 32 : ὡς ἐζήτει ἀεί.

Digitized by Google

πλὴν αὐτοῦ καὶ Φιλίππου, ὡς καταμόνας λαληθέντα καὶ πραχθέντα, ἀποκαλύπτει τὴν οἰκείαν θεότητα. Ὁ γάρ τοι Φίλιππος καταμόνας καὶ οὐδενὸς παρόντος; ὑπὸ τὴν συκῆν ὡμίλησεν τῷ Ναθαναὴλ, ἃ δὴ πάντα ὁ Χριστὸς καὶ μὴ παρὼν ἐγίνωσκε· διὸ καί φησιν· « Ὄντα ὑπὸ τὴν συκῆν εἶδόν σε. » Πρὸ τοῦ πλησιάσαι δὲ τὸν Φίλιππον εἶπεν ὁ Κύριος περὶ τοῦ Ναθαναὴλ, ἵνα μή τις ὑποπτεύσῃ, ὅτι ὁ Φίλιππος εἶπε τὸ περὶ τῆς συκῆς καὶ τῶν ἄλλων, ἃ διελέχθη τῷ Ναθαναὴλ. Ὅθεν ὁ Ναθαναὴλ ἐπιγνοὺς τὸν Κύριον, ὡμολόγησεν αὐτὸν Υἱὸν Θεοῦ. Ἄκουε γαρ τί φησίν. A delegit et suam deitatem. Nam Philippus solus et nullo præsente sub ficu locutus erat Nathanaeli, quæ sane omnia Christus etiam absens cognoscebat. Proinde et dicit: « Cum esses sub ficu, vidi te. » Priusquam autem appropiaret Philippus, dixit Dominus de Nathanaele, ut ne quis suspicetur quod Philippus Christo dixerit de ficu, et aliis quæ locutus sit cum Nathanaele. Unde Nathanael, agnito Domino, fatetur eum Filium Dei. Audi enim quid dicat.

« Ἀπεκρίθη Ναθαναὴλ, καὶ λέγει αὐτῷ· Ῥαββὶ, σὺ εἶ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ. Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ὅτι εἶπόν σοι, Εἶδόν σε ὑποκάτω τῆς συκῆς, πιστεύεις· μείζω τούτων ὄψει. Καὶ λέγει αὐτῷ· Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἀπάρτι ὄψεσθε τὸν οὐρανὸν ἀνεῳγότα, καὶ τοὺς ἀγγέλους τοῦ Θεοῦ ἀναβαίνοντας καὶ καταβαίνοντας ἐπὶ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου. » Τὰ μέντοι δύναται ἡ προφητεία εἰς τὸ ἐφελκύσασθαί τινας εἰς πίστιν, καὶ πλείονα δὲ τῶν θαυμάτων δύναμιν ἔχει. Τὰ μὲν γὰρ θαύματα δύνανται φαντασιωδῶς καὶ οἱ δαίμονες ὑποκρίνεσθαι· τὴν δὲ πρόγνωσιν τῶν μελλόντων καὶ προαγόρευσιν οὐδεὶς ἀκριβῶς ἔχει, οὔτε ἄγγελος, οὔτε πολλῷ μᾶλλον δαίμονες. Διὸ καὶ τὸν Ναθαναὴλ ὁ Κύριος ἐπεσπάσατο, εἰπὼν αὐτῷ τόν τε τόπον, καὶ ὅτι ἐφώνησεν αὐτὸν ὁ Φίλιππος, καὶ ὅτι ἀληθῶς ἐστιν Ἰσραηλίτης. Ἀκούσας οὖν ταῦτα Ναθαναὴλ, ἐν συναισθήσει γίνεται τῆς τοῦ Κυρίου μεγαλειότητος, καθ' ὅσον τέως ἐνῆν, καὶ ὁμολογεῖ αὐτὸν Υἱὸν Θεοῦ. Πλὴν εἰ καὶ Υἱὸν Θεοῦ ὁμολογεῖ, ἀλλ' οὖν οὐχ ὡς ὁ Πέτρος. Ὁ μὲν γὰρ Πέτρος Υἱὸν Θεοῦ ἀνωμολόγησεν, ὡς Θεὸν ἀληθῆ· διὸ καὶ μακαρίζεται, καὶ τὴν Ἐκκλησίαν πιστεύεται. Ὁ δὲ Ναθαναὴλ ὡς ἄνθρωπον ψιλὸν αὐτὸν ὡμολόγησε, χάριτι διὰ τὴν ἀρετὴν υἱοθετηθέντα τῷ Θεῷ· καὶ τοῦτο δῆλον ἐκ τοῦ ἐπαγαγεῖν· « Σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ. » Ὁρᾷς, ὅτι οὔπω ἔφθασεν εἰς τὴν τελείαν γνῶσιν τῆς ἀληθοῦς θεότητος τοῦ Μονογενοῦς; ὡς ἄνθρωπον γὰρ θεοφιλῆ, καὶ ὡς βασιλέα τοῦ Ἰσραὴλ αὐτὸν πιστεύει εἶναι. Εἰ δὲ ἀληθῶς Θεὸν ὡμολόγησεν, οὐκ ἂν εἶπεν αὐτὸν βασιλέα τοῦ Ἰσραὴλ, ἀλλὰ βασιλέα τοῦ παντός· διὸ οὐδὲ μακαρίζεται ὡς ὁ Πέτρος. Ὅθεν καὶ ὁ Κύριος διορθούμενος αὐτὸν, καὶ ἀνάγων εἰς τὸ νοῆσαί τι ἄξιον τῆς αὐτοῦ θεότητος, « Ὄψεσθε, φησὶ, τοὺς ἀγγέλους τοῦ Θεοῦ ἀναβαίνοντας καὶ καταβαίνοντας ἐπὶ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου. » Μὴ γάρ με, φησὶν, ὑπολάμβανε ψιλὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ Δεσπότην τῶν ἀγγέλων. ὯΙ γὰρ ἄγγελοι διακονοῦσιν, οὐκ ἂν εἴη ἄνθρωπος ψιλὸς, ἀλλὰ Θεὸς ἀληθής. Ἐπὶ δὲ τοῦ σταυροῦ καὶ τῆς ἀναλήψεως ταῦτα ἐξέβησαν. Καὶ γὰρ καὶ πρὸς τῷ καιρῷ τοῦ πάθους ἄγγελος ἀπ' οὐρανοῦ ἐνίσχυσεν αὐτόν· καὶ ἐν τῷ τάφῳ, ἄγγελος· καὶ ἐν τῇ ἀναλήψει, ὡς ὁ Λουκᾶς ἱστορεῖ. Τινὲς δὲ συκῆν ἐνόησαν τὸν νόμον, ὡς καρπὸν ἔχοντα πρὸς καιρὸν γλυκαίνοντα, τῇ B C D

Vers. 49-51. « Respondit Nathanael, et ait ei: Rabbi, tu es ille Filius Dei, tu es ille rex Israel. Respondit Jesus, et dixit ei: Quia dixi tibi: Videbam te sub ficu, credis: majora his videbis. Et dicit ei: Amen, amen dico vobis, posthac videbitis cœlum apertum, et angelos Dei ascendentes et descendentes super Filium hominis. » Maxime potens est prophetia, et efficacior miraculis ad alliciendum quosdam ad fidem. Dæmones enim etiam possunt miracula simulare, et apparenter facere: præscientiam autem futurorum et prædictionem evidentem nullus habet, neque angelus, et quanto minus dæmones? Ideo et Nathanaelem Dominus attraxit dicens ei locum, et quod vocasset eum Philippus, et quod vere esset Israelita. Nathanael igitur auditis illis sentire cœpit magnitudinem Domini, quantum tunc possibile erat, et fatetur illum Filium Dei. Verumtamen quamvis Filium Dei fateatur, non tamen sicut Petrus. Nam Petrus quidem confessus est Filium Dei ut Deum verum, ideo et beatus prædicatur, et Ecclesia ei concreditur [61]. Nathanael vero ut hominem nudum quidem eum fatetur, gratia autem propter virtutem adoptatum in Filium Dei: et hoc manifestum ex eo quod subditur, « Tu es ille rex Israel. » Vides quod nondum venerat ad perfectam cognitionem veræ deitatis Unigeniti? Etenim quasi amicum Dei, et quasi regem Israel eum credit esse. Quod si vere eum Deum esset confessus, non dixisset eum regem Israel, sed regem universi. Unde non prædicatur beatus, sicut Petrus: et Dominus corrigens eum, et inducens ad cognoscendum quiddam dignum sua deitate, « Videbitis, inquit, angelos Dei ascendentes et descendentes super Filium hominis. » 531 Ne enim, inquit, suspiceris me nudum hominem, sed Dominum angelorum. Cui enim angeli ministrant, is utique non fuerit purus homo, sed verus Deus. Porro hæc in cruce et ascensione evenerunt. Nam et ante tempus passionis angelus de cœlo confortavit eum, et in sepulcro visus est angelus, et in assumptione, sicut Lucas prodit. Sunt qui per ficum legem intellexerunt, quasi fructum habentem ad tempus dulcem, asperitate autem legalium observationum et difficultate mandatorum, quasi foliis obtectam. Dicunt igitur quod Nathanaelem

[61] Matth. xvi, 16.

Digitized by Google

Dominus viderit, id est, placide intuitus sit, et intellectum ejus illustrarit, quamvis adhuc sub lege esset. Tu et hoc scias, si quid et hæc arridenti, quod Nathanaelem Dominus vidit sub ficu, scilicet sub lege exsistentem (a), hoc est, intra legem, et profunda legis scrutantem. Nam si non esset scrutatus profunda legis neutiquam vidisset eum Dominus. Scias autem et hoc, quod Galilæa interpretatur « devolubilis. » Exivit igitur Dominus in devolubilem hujus mundi regionem, vel etiam humanam naturam : et nos sub ficu sumus, hoc est peccato dulci, cui etiam non parum amaritudinis adest propter pœnitudinem et judicia secutura. Sicut misericors videt ac eligit eos qui fatentur ipsum Filium Dei, et regem ejus Israel qui videt Deum. Et si quidem studium adhibuerimus, et majoribus nos dignabitur spectaculis, et videbimus angelos ascendentes quidem ad summitatem cognitionis Dei : descendentes vero iterum, incognoscibilem ejus substantiam deprehendere non valentes. Vel aliter, Ascendit quis, quando versatur in sermonibus de deitate Unigeniti : descendit autem, quando tractare gaudet sermones de incarnatione et descensu in infernum.

A τραχύτητι δὲ τῶν νομικῶν παρατηρημάτων, καὶ τῷ δυσκατεργάστῳ τῶν ἐντολῶν, ὥσπερ φύλλοις σκεπόμενον. Φασὶν οὖν, ὅτι τὸν Ναθαναὴλ εἶδεν ὁ Κύριος, ἀντὶ τοῦ ἱλαρῶ. ἐπέβλεψε, καὶ τὴν σύνεσιν αὐτοῦ κατενόησεν, καὶ ἔτι ὑπὸ τὸν νόμον ὄντος. Σὺ δέ μοι καὶ τούτῳ τὸν νοῦν ἐπίστησον, εἴγε θέλγῃ τοῖς τοιούτοις, ὅτι τὸν Ναθαναὴλ ὁ Κύριος εἶδεν ὑπὸ τὴν συκῆν, ἤτοι ὑπὸ τὸν νόμον, τουτέστιν ἐντὸς τοῦ νόμου, καὶ τὰ βάθη αὐτοῦ ἐρευνῶντα. Εἰ γὰρ μὴ τὰ βάθη τοῦ νόμου ἠρεύνα, οὐκ ἂν αὐτὸν εἶδεν ὁ Κύριος. Ἴσθι δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι Γαλιλαία ἑρμηνεύεται, *κατακυλιστή*. Ἐξῆλθεν οὖν ὁ Κύριος εἰς τὴν κατακυλιστὴν τοῦτον τοῦ κόσμου ἢ χώραν, καὶ τὴν φύσιν τὴν ἀνθρωπίνην, καὶ ὄντας ἡμᾶς ὑπὸ τὴν συκῆν, τουτέστι τὴν ἐνήδονον ἁμαρτίαν, ᾗ καὶ δριB μύτης οὐκ ὀλίγη σύνεστι διὰ τὴν μεταμέλειαν, καὶ τὰ ἐκεῖ δικαιωτήρια, ὡς φιλάνθρωπος εἶδε, καὶ ἐξελέξατο ὁμολογοῦντας αὐτὸν Υἱὸν Θεοῦ, καὶ βασιλέα τοῦ Ἰσραὴλ τοῦ ὁρῶντος Θεόν. Εἰ δέ γε ἐπιτείνοιμεν τὴν σπουδήν, καὶ μειζόνων καταξιώσει ἡμᾶς θεαμάτων, καὶ ὀψόμεθα τοὺς ἀγγέλους ἀναβαίνοντας μὲν πρὸς τὸ ὕψος τῆς αὐτοῦ θειοεγνώσεως, καταβαίνοντας δὲ πάλιν, διὰ τοῦ μὴ φθάνειν κατανοῆσαι τὴν ἄγνωστον οὐσίαν. Καὶ ἄλλως δέ, ἀναβαίνει τις, ὅτε τοῖς περὶ τῆς θεότητος τοῦ Μονογενοῦς λόγοις ἐνδιατρίβει· καταβαίνει δέ, ὅτε τοῖς περὶ σαρκὸς καὶ τῆς ἐν τῷ ᾅδῃ καταβάσεως ἐμφιλοχωρεῖ.

CAPUT II.

De nuptiis in Cana Galilææ. De expulsis e templo De hoc, Solvite templum istud.

ΚΕΦΑΛ. Β'.

Περὶ τοῦ ἐν Κανᾷ γάμου. Περὶ τῶν ἐκβληθέντων ἐκ τοῦ ἱεροῦ. Περὶ τοῦ, Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον.

C

Vers. 1-4. « Et die tertia factæ sunt nuptiæ in Cana Galilææ, et erat mater Jesu ibi. Vocatus est autem et Jesus ac discipuli ejus ad nuptias. Et cum defecisset vinum, dicit mater Jesu ad eum : Vinum non habent. Dicit ei Jesus : Quid mihi et tibi est, mulier? Nondum venit hora mea. » Vocant ad nuptias Dominum, non quod viderint miracula, vel aliud quiddam magnum : sed simpliciter vocant ut notum, unde hoc significans Evangelista, dicit : « Erat autem mater Jesu et fratres ejus ibi. » igitur sicut illam et fratres, ita et Jesum vocaverunt. Affuit autem ipse, et vocationem non repulit, quia non respexit ad suam dignitatem, sed ad utilitatem et beneficia nostra. Nam qui non dedignatus **532** est fieri servus, multo magis non dedignatus est venire ad nuptias. Exhortatur autem illum mater ut faciat miraculum, quæ magnam de ipsius potestate sumpserat opinionem, tam ob conceptionem, quam ob partum. Omnia enim conservabat in corde suo [46], et ex illis cogitabat filium aliquid posse supra hominem. Neque enim mater ejus ut oraret eum ad faciendum aliquod miraculum, ex alio quod prius viderat facere, inducta est. Nam cum puer esset, nullum fecit miraculum : quia si fecisset, notus fuisset omnibus. Audiverat item mater de testimoniis Joannis, quæ de ipso erat testatus, videbatque jam et discipulos ipsum

« Καὶ τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ γάμος ἐγένετο ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας, καὶ ἦν ἡ μήτηρ τοῦ Ἰησοῦ ἐκεῖ. Ἐκλήθη δὲ καὶ ὁ Ἰησοῦς, καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἰς τὸν γάμον. Καὶ ὑστερήσαντος οἴνου, λέγει ἡ μήτηρ τοῦ Ἰησοῦ πρὸς αὐτόν· Οἶνον οὐκ ἔχουσι. Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· Τί ἐμοὶ καὶ σοί, γύναι; Οὔπω ἥκει ἡ ὥρα μου. » Καλοῦσιν εἰς τὸν γάμον τὸν Κύριον, οὐχ ὡς θαύματα ἰδόντες, οὐδ' ὡς μέγαν τινά, ἀλλ' ἁπλῶς καὶ ὡς γνώριμον, ὅθεν τοῦτο σημαίνων ὁ εὐαγγελιστής, φησίν· « Ἦν δὲ ἡ μήτηρ τοῦ Ἰησοῦ καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ ἐκεῖ. » Ὥσπερ οὖν ἐκείνην καὶ τοὺς ἀδελφοὺς, οὕτω καὶ τὸν Κύριον ἐκάλεσαν. Ὁ δὲ Κύριος παραγίνεται, καὶ οὐκ ἀπαξιοῖ τὴν κλῆσιν, ὅτι μὴ εἰς τὴν οἰκείαν ἀξίαν ἐώρα, D ἀλλὰ πρὸς τὴν ὠφέλειαν καὶ εὐεργεσίαν ἡμῶν. Ὁ γὰρ μὴ ἀπαξιώσας γενέσθαι ἐν δούλοις, πολλῷ μᾶλλον οὐκ ἂν ἀπηξίωσεν εἰς γάμον ἐλθεῖν. Παρακαλεῖ δὲ αὐτὸν ἡ μήτηρ εἰς θαυματουργίαν, μεγάλην περὶ τῆς αὐτοῦ δυνάμεως λαβοῦσα ὑπόληψιν ἀπό τε τῆς συλλήψεως, ἀπό τε τοῦ τόκου. Πάντα γὰρ συνετήρει ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς, καὶ ἐκ τούτων ἐλογίζετο τὸν υἱὸν ὑπὲρ ἄνθρωπον δύνασθαι. Οὐ γὰρ δὴ ἀπὸ τοῦ καὶ ἄλλα θαύματα ποιῆσαι τὸν Ἰησοῦν, παρακαλέσαι αὐτὸν προήχθη ἡ μήτηρ εἰς τοῦτο. Παῖς γὰρ ὤν, οὐδὲν ἐθαυματούργησεν· ἦ γὰρ ἂν ἐπίσημος πᾶσιν ἦν. Ἅμα δὲ ἡ μήτηρ καὶ τῶν μαρτυριῶν Ἰωάννου ἐμέμνητο, ἃ περὶ αὐτοῦ ἐμαρ-

[46] Luc. XVIII, 19.

(a) Edit. Lut. *Dominum vidit adhuc sub lege exsistentem.*

Digitized by Google

τύρησεν, ἴδιόν τι ἤδη καὶ μαθητὰς αὐτῷ ἀκολουθοῦντας· καὶ ἐκ τούτων πάντων ἐτεκμαίρετο τὴν δύναμιν τοῦ Παιδός. Ὁ δὲ ἐπιτιμᾷ αὐτῇ οὐκ ἀλόγως. Εἰ γὰρ, φησὶν, οὐκ ἔστιν οἶνος, ἔδει αὐτοὺς ἐκείνους τοὺς μὴ ἔχοντας προσελθεῖν, καὶ ἀξιῶσαι, οὐχὶ σὲ τὴν Μητέρα. Ἡ γὰρ περὶ τῶν οἰκείων παράκλησις σκάνδαλον γίνεται τοῖς ὁρῶσιν· ὅταν δὲ οἱ χρείαν ἔχοντες αὐτοὶ δέωνται, ἀνύποπτον τὸ πρᾶγμα γίνεται. Τὸ δὲ, « Οὔπω ἥκει ἡ ὥρα μου, » φησὶν, οὐχ ὡς ὑποκείμενος ἀνάγκαις καιρῶν, ἢ ὥρας παρατηρούμενος πῶς γὰρ ὁ Ποιητὴς τῶν χρόνων καὶ τῶν αἰώνων;) ἀλλ' ὅτι πάντα μετὰ τοῦ καιροῦ τοῦ προσήκοντος ἐργάζεται. Ἐπεὶ οὖν ἄδηλος ἦν ἔτι, καὶ ἄγνωστος τοῖς πολλοῖς, καὶ οὐδὲ τοὺς μαθητὰς πάντας εἶχεν, ἀλλ' οὐδὲ οἱ ἐν τῷ γάμῳ αὐτὸν ἐγίνωσκον· ἦ γὰρ ἂν αὐτοὶ προσῆλθον καὶ παρεκάλουν περὶ τοῦ εἶνου· ἐπεὶ οὖν ταῦτα πάντα ἦν, διὰ τοῦτό φησιν· « Οὔπω ἥκει ἡ ὥρα μου· » τουτέστιν, ἐπιτήδειος καιρὸς οὐ πάρεστιν. Ἀλλ' ἔτι ἐνίσταται ἡ τοῦ Ἀρείου λύττα, δεῖξαι πειρωμένη τὸν Κύριον ὑποκείμενον ὥραις καὶ καιροῖς. Μάνθανε τοίνυν, ὦ κατάρατε, ὡς εἰ ὑπέκειτο ὥραις, πῶς λοιπὸν ἐποίησε τὸ θαῦμα; Ἔδει γὰρ, κατὰ τὸν σὸν λόγον, ἐπεὶ δουλεύει ὥραις καὶ καιροῖς, οὕπω δὲ ἦκεν ἡ ὥρα αὐτοῦ, μὴ δυνηθῆναι θαυματουργῆσαι· ἀλλὰ μὴν ἐθαυματούργησεν· οὐκ ἄρα δουλεύει ὥραις. Ὅρα δέ μοι πῶς οὐκ ἄχρι τέλους, οὐδὲ διὰ πάντων ἀντιτείνει τῇ Μητρί· ἀλλ' ἐπιπλήξας μικρὸν, πάλιν τὴν ἀξίωσιν αὐτῆς πληροῖ, τιμῶν αὐτὴν, καὶ ἡμῖν τύπους διδοὺς τῆς πρὸς τοὺς τεκόντας αἰδοῦς.

« Λέγει ἡ Μήτηρ αὐτοῦ τοῖς διακόνοις· Ὅ τι ἂν λέγῃ ὑμῖν, ποιήσατε. Ἦσαν δὲ ἐκεῖ ὑδρίαι λίθιναι ἓξ κείμεναι κατὰ τὸν καθαρισμὸν τῶν Ἰουδαίων, χωροῦσαι ἀνὰ μετρητὰς δύο ἢ τρεῖς. Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Γεμίσατε τὰς ὑδρίας ὕδατος. Καὶ ἐγέμισαν αὐτὰς ἕως ἄνω. Καὶ λέγει αὐτοῖς· Ἀντλήσατε νῦν, καὶ φέρετε τῷ ἀρχιτρικλίνῳ. Καὶ ἤνεγκαν· Τοῖς διακόνοις λέγει ἡ Μήτηρ· « Ὅ τι ἂν λέγῃ ὑμῖν, ποιήσατε· » ὥστε πλείονα γενέσθαι τὴν αἴτησιν, προσελθόντων αὐτῶν καὶ αἰτησαμένων· ὡς ἂν δειχθῇ, ὅτι οὐκ ἀσθενείας ἦν ἡ παραίτησις, ἀλλὰ τοῦ μὴ δόξαι ἐπιτρίχειν ταῖς θαυματουργίαις διὰ ἔνδειξιν καὶ κενὸν τύφον. Αἱ δὲ ὑδρίαι αἱ λίθιναι, εἰς τὸν καθαρισμὸν τῶν Ἰουδαίων ἐχρημάτιζον. Οἱ γὰρ Ἰουδαῖοι καθ' ἑκάστην σχεδὸν ἀπεπλύνοντο, καὶ οὕτως ἤσθιον· οἷον, εἰ λεπροῦ ἥψαντο, εἰ νεκροῦ, εἰ γυναικὶ ὠμίλησαν, ὡς ἀκάθαρτοι λοιπὸν ὄντες ἀπελούοντο. Ἐπεὶ οὖν ἡ Παλαιστίνη ἄνυδρος ἦν, καὶ οὐκ ἦν πολλαχοῦ πηγὰς εὑρίσκειν, ἐπλήρουν ἀεὶ τὰς ὑδρίας ὕδατος, ὥστε μὴ τρέχειν εἰς ποταμοὺς, εἴποτε ἀκάθαρτοι γένοιντο. Οὐχ ἁπλῶς οὖν εἶπεν, ὅτι « κατὰ τὸν καθαρισμὸν τῶν Ἰουδαίων· » ἀλλ' ἵνα μή τινες τῶν ἀπίστων ὑποπτεύσωσιν, ὅτι τρυγία τις ἦν ἐναπομείνασα, εἶτα τοῦ ὕδατος ἐπιβληθέντος καὶ κερασθέντος, οἶνος λεπτότατος γέγονε, δείκνυσιν, ὅτι οὐδέποτε ἐκεῖνα γεγόνασιν οἴνου δοχεῖα. Ἆρ' οὖν οὐκ ἠδύνατο καὶ χωρὶς τοῦ γεμισθῆναι τὰς ὑδρίας ὕδατος, δημιουργῆσαι οἶνον ἐξ οὐκ ὄντων; Ἠδύνατο

A sequentes: et ex his omnibus conjectabat virtutem Filii. At ille increpat eam, non absurde. Dicit enim, Si non adest vinum, oportet illos ipsos, quibus deest, accedere et rogare, et non te matrem. Nam quando hortantur a domesticis, scandalum fit videntibus. Quando autem hi rogant qui opus habent, suspicione res caret. Cæterum dicens, « Nondum venit hora mea, » non vult quod obnoxius sit necessitatibus temporum, vel horas observet, (quomodo enim hoc dicere possemus de Factore temporum et sæculorum?) sed quod omnia tempore congruo operetur. Igitur quoniam adhuc incognitus erat, et occultus multis, et nondum omnes habebat discipulos, et neque hi, qui in nuptiis erant, eum agnoscebant: nam alioquin ipsi accessissent, B et rogassent pro vino: quia hæc omnia ita se habebant: « Nondum, inquit, venit hora mea, » hoc est, opportunum tempus nondum adest. At hic adhuc urget Arii furor, qui monstrare nititur Dominum horis et temporibus subditum. Disce igitur, o maledicte, quod si fuisset horis et temporibus subjectus, quomodo postea fecisset miraculum? Oportebat enim, secundum sermonem tuum, quandoquidem serviret horis et temporibus, nondum autem venisset hora ejus, ut non posset miracula facere: sed miraculum fecit: non igitur servit horis. Vide autem, oro, quomodo non usque ad finem, neque per omnia resistit matri, sed cum eam parum perstrinxisset, iterum preces ejus implet, honorans illam, et nobis dat formam reverentiæ erga pa- C rentes.

Vers. 5-8. « Dicit Mater ejus ministris: Quodcunque dixerit vobis, facite. Erant autem ibi hydriæ lapideæ sex positæ secundum purificationem Judæorum, capientes singulæ metretas binas ac ternas. Dicit eis Jesus: Implete hydrias aqua. Et impleverunt eas usque ad summum. Et dicit eis: Haurite nunc, et ferte architriclino: et tulerunt. » Ministris dicit Mater: « Quidquid dixerit vobis, facite. » Atque ita cum major fieret petitio, cumque accessissent et illi, ac petissent: ut monstretur quod non infirmitatis fuerit repulsa, sed ne videretur accurrere et festinare ad miraculorum operationem propter ostentationem D 533 et vanam gloriam. Lapideæ autem hydriæ ad purificationem Judæorum aderant. Judæi enim ferme singulis horis abluebantur, et sic comedebant: ut si tetigissent leprosum, vel mortuum, vel rem habuissent cum muliere, se lavabant, quasi immundi forent. Et cum Palæstina inaquosa sit, nec ubique inveniantur fontes, implebant semper hydrias aqua, ut non currerent ad flumina, si quando immundi fierent. Non temere igitur dixit: « secundum purificationem Judæorum. » Sed ne infidelium quidam suspicarentur quod mansissent in ea fæcis quædam reliquiæ, et dein aqua infusa et mista, vinum deinde tenuissimum factum sit, ostendit quod nunquam illa fuerint vini receptacula. Jam, num potuit etiam absque eo quod implerentur hydriæ

Digitized by Google

aqua, creare vinum ex nihilo? Potuit quidem, sed sæpe obest magnitudo ne miracula creditu sint facilia. Interim hoc accedit, ut testes miraculi fiant ministri, qui aquam infuderant hydriis. Insuper ut discamus quod ipse sit ille qui et in vite liquorem aquæ in vinum convertat. Jubet autem ministros ut architriclino gustandum exhibeant. Non immerito, sed ut ne suspicentur quidam quod ebriorum conventus fuerit, quorum gustus corruptus esset, et qui ebrietatis vitio existimarent aquam vinum. Ne igitur locum haberet talis suspicio, jubet gustandum dari architriclino, qui sobrius erat. Etenim hi quibus tale concreditum est ministerium, magis sobrii sunt, ut eorum jussu omnia quæ illic geruntur, ordinate fiant et composite. Cæterum oremus ut hæc in nobis quoque impleantur etiam nunc : nempe ut fiant nuptiæ, hoc est conjunctio Dei cum anima nostra, quandiu sumus in Cana Galilææ, loco, inquam, inferioris hujus et devolubilis mundi, ejus qui rotatur, et rotat alia. Nuptiæ illæ non fiunt sine præsentia Christi, et suæ Matris, et discipulorum ejus. Nisi enim quis crediderit in Christum, qui natus est ex Maria virgine, et locutus est per apostolos, quomodo conjungetur Deo? Sciamus igitur quid miraculi operetur Dominus in talibus nuptiis, et in tali conjunctione Dei ad animam. Aquam in vinum convertit, et sex nostras lapideas hydrias implet. Per aquam tu quidem intellexeris dissolutionem nostram et mollitiem in vita ac doctrina : per hydrias vero sex, quinque sensus per quos in operibus labimur : et sextam hydriam, rationalem vim, per quam in doctrinis periclitamur. Itaque Dominus noster Jesus Christus, verbum, inquam, evangelicum, nostros sensus, sive in virtute practica, sive contemplativa, si quid in eis aqueum est et resolutum, in vinum convertit, astringens et lætificans vitam et sermonem : atque ita implentur hydriæ nostræ bono hoc potulo : sensus scilicet, ne in operativa **534** vi labamur, et ratio, ne in prava incidamus dogmata. Observa autem quod et lapideæ hydriæ propter purificationem Judæorum stabant illic. Nam Judas quidem dicitur « confessio; » purificatur autem qui confitetur, per quinque sensus quibus prius peccarat. Oculus male viderat, sed oculus iterum lacrymas in confessione profundit, atque ita servit purgationi. Audivit auris verba meretricia, sed iterum se inclinat ad verba oris Dei. Ita et in aliis sensibus. Sic et rationalis virtus in dogmatibus peccat, sed iterum mundat priorem malitiam quando ad pia dogmata redit. Cæterum lapideæ hydriæ ideo sunt, vel quod ex terra formati sumus, vel quod solida receptacula talis vini esse oporteat, et nusquam futilia. Lapidea hydria erat Pauli rationabilis vis, etiam quando persequebatur. Zelator enim erat paternarum tra-

A μὲν, ἀλλὰ πολλαχοῦ περικόπτει τὸ μέγεθος τῶν θαυμάτων, ὡς ἂν εὐπαραδεκτότερα γένοιντο· ἅμα δὲ ἵνα καὶ τοὺς διακόνους μάρτυρας ἔχῃ τοῦ θαύματος, τοὺς τὸ ὕδωρ ἐπιφορήσαντας ταῖς ὑδρίαις· ἔτι τε ἵνα μάθωμεν, ὅτι αὐτός ἐστιν, ὁ καὶ τὸ τῆς ἀμπέλου ὑγρὸν, ὕδωρ πάντως ὄν, εἰς οἶνον ματασκευάζων. Κελεύει οὖν τοῖς διακόνοις, ἵνα τῷ ἀρχιτρικλίνῳ δείξωσι τὸ γεῦμα· οὐκ ἀπεικότως, ἀλλ' ἵνα μή τινες ὑποπτεύσωσιν (17), ὅτι μεθυόντων σύλλογος ἦν, καὶ διέφθαρτο αὐτοῖς ἡ αἴσθησις, καὶ ὡς διεφθαρμένοι τῇ μέθῃ ᾤοντο τὸ ὕδωρ οἶνον. Ἵνα τοίνυν μὴ σχῇ χώραν ἡ τοιαύτη ὑπόνοια, τῷ ἀρχιτρικλίνῳ ἐπιτρέπει τὴν γεῦσιν, τῷ νήφοντι. Καὶ γὰρ ἐν τοῖς τοιούτοις οἱ τήνδε τὴν διακονίαν ἐμπεπιστευμένοι μάλιστα νήφουσιν, ἵνα ἐν τάξει καὶ εὐκοσμίᾳ τὰ πάντα διὰ

B κελεύσματος αὐτῶν γίνωνται. Ἀλλ' εὐξώμεθα ταῦτα τελεσθῆναι καὶ ἐφ' ἡμῖν, νῦν οἷον γάμον μὲν γενέσθαι, ἤτοι συνάφειαν τοῦ Θεοῦ πρὸς τὴν ἡμετέραν ψυχὴν, ἕως ἔτι ἐσμὲν ἐν τῇ Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας, τῷ χωρίῳ, λέγω, τοῦ κάτω τούτου καὶ κατακυλιστοῦ κόσμου, τοῦ ἄλλοτε ἄλλως μετακυλιομένου καὶ μετακυλίοντος. Ὁ γάμος δὲ οὗτος ἄνευ τῆς παρουσίας Χριστοῦ, καὶ τῆς αὐτοῦ μητρὸς, καὶ τῶν μαθητῶν, οὐ γίνεται. Εἰ μὴ γάρ τις πιστεύσει εἰς Χριστὸν τὸν ἐκ Μαρίας γεννηθέντα, καὶ ἐν τοῖς ἀποστόλοις λαλήσαντα, πῶς συναφθήσεται τῷ Θεῷ; Ἴδωμεν οὖν, τί θαυματουργεῖ ὁ Κύριος ἐν τῷ τοιούτῳ γάμῳ, καὶ τῇ τοιαύτῃ συναφείᾳ τοῦ Θεοῦ πρὸς τὴν ψυχήν. Τὸ ὕδωρ εἰς οἶνον μεταποιεῖ, τὰς ἓξ ὑδρίας ἡμῶν τὰς λιθίνας πληροῖ. Ὕδωρ μὲν οὖν νοήσαις ἂν τὸ ὑδαρὲς, καὶ

C ὑγρὸν, καὶ διαλελυμένον ἡμῶν ἔν τε βίῳ καὶ δόγμασιν· ὑδρίας δὲ ἓξ, τάς τε πέντε αἰσθήσεις, δι' ὧν ἐν ταῖς πράξεσι σφαλλόμεθα, καὶ ἕκτην ὑδρίαν τὸ λογιστικὸν, δι' οὗ ἐν τοῖς δόγμασι σφαλερῶς διακείμεθα. Ὁ τοίνυν Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ λόγος ὁ εὐαγγελικὸς, φημὶ, ἰώμενος τὰ ἡμέτερα σφάλματα, τὰ ἔν τε τῷ πρακτικῷ καὶ τῷ δογματικῷ, ἤτοι θεωρητικῷ, τὸ ἐν τούτοις ὑδαρὲς καὶ εὐδιάλυτον εἰς οἶνον μετατίθησι, τὸν στύφοντα λέγω καὶ εὐφραίνοντα βίον καὶ λόγον· καὶ οὕτω πληροῦνται αἱ ἓξ ὑδρίαι ἡμῶν τούτου τοῦ καλοῦ πόματος· αἵ τε αἰσθήσεις, ἵνα μὴ κατὰ τὸ πρακτικὸν πταίωμεν, καὶ ὁ λογισμὸς, ἵνα μὴ ἐν τοῖς δόγμασι προσπταίωμεν. Πρόσχες δὲ ὅτι αἱ λίθιναι ὑδρίαι διὰ τὸν καθαρισμὸν τῶν Ἰουδαίων ἵσταντο ἐκεῖ. Ἰούδας μὲν λέγεται « ἐξομολόγησις· »

D καθαρίζεται δὲ ὁ ἐξομολογούμενος διὰ τῶν πέντε αἰσθήσεων, δι' ὧν πρότερον ἡμάρτανεν. Ὁ ὀφθαλμὸς εἶδε κακῶς, ἀλλ' ὀφθαλμὸς πάλιν δακρύει ἐν τῇ ἐξομολογήσει, καὶ οὕτω γίνεται εἰς καθαρισμόν. Ἤκουσε τὸ οὖς πορνικὰ ᾄσματα, ἀλλ' αὖθις κλίνεται εἰς ῥήματα στόματος Θεοῦ· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων αἰσθήσεων. Πάλιν τὸ λογιστικὸν σφάλλεται ἐν τοῖς δόγμασιν, ἀλλ' αὖθις καθαίρει τὴν προτέραν κακίαν, εἰς τὸ ὀρθῶς δογματίζειν μεταπεσόν. Λίθιναι δὲ ὑδρίαι, ἢ διότι ἀπὸ γῆς ἡμῶν ἡ σύστασις, ἢ διὰ τὸ

Ex collatione codd. Venet. S. Marci.

(17) Cod. 51. Ἵνα τῷ ἀρχιτρικλίνῳ ἐνέγκωσιν ἐκ τοῦ μεταβληθέντος εἰς οἶνον ὕδατος, τοῦτο δὲ ὡκονομήθη, ὡς ἂν μή τινες ὑποπτεύσωσι, κ. τ. λ. « Ut architriclinio ferrent de aqua mutata in vinum. Hoc vero ita dispositum fuit, ne aliqui suspicari possent, » etc.

Digitized by Google

στερρὰ δεῖν εἶναι τὰ τοῦ τοιούτου οἴνου μέλλοντα ἕξεσθαι δοχεῖα, καὶ δυσκατάλυτα. Λιθίνη ὑδρία ἦν τοῦ Παύλου τὸ λογιστικὸν, καὶ ὅταν ἐδίωκε, ζηλωτὴς γὰρ ἦν τῶν πατρικῶν παραδόσεων ὑπὲρ πάντας τοὺς συνηλικιώτας· καὶ ὅταν ἐκήρυττε, τοσαύτην γὰρ τὴν ἐν τοῖς λόγοις δύναμιν εἶχεν, ὥστε καὶ τοῖς Λυκαοσὶν Ἑρμῆς νομισθῆναι, ὡς τοῦ λόγου ἡγούμενος.

« Ὡς δὲ ἐγεύσατο ὁ ἀρχιτρίκλινος τὸ ὕδωρ οἶνον γεγενημένον, καὶ οὐκ ᾔδει πόθεν ἐστὶν (οἱ δὲ διάκονοι ᾔδεισαν οἱ ἠντληκότες τὸ ὕδωρ), φωνεῖ τὸν νυμφίον ὁ ἀρχιτρίκλινος, καὶ λέγει αὐτῷ· Πᾶς ἄνθρωπος πρῶτον τὸν καλὸν οἶνον τίθησι, καὶ ὅταν μεθυσθῶσι, τότε τὸν ἐλάσσω· σὺ τετήρηκας τὸν καλὸν οἶνον ἕως ἄρτι. » Ὁ ἀρχιτρίκλινος οὐχὶ τοὺς διακόνους ἐρωτᾷ, ἀλλὰ τὸν νυμφίον. Τίνος ἕνεκεν; Κατ' οἰκονομίαν πάντως θείαν. Εἰ γὰρ τοὺς διακόνους ἠρώτησε, πάντως ἂν ἀπεκάλυψαν τὸ θαῦμα, οὐδεὶς δὲ ἂν αὐτοῖς ἐπίστευσεν. Ἀρχὴ γὰρ ἦν τῶν σημείων, καὶ οὔπω οὐδεὶς εἶχεν ὑπόληψιν μεγάλην περὶ τοῦ Χριστοῦ· ὥστε καὶ τῶν διακόνων ἀφηγουμένων τὸ θαῦμα, οὐδεὶς ἂν ἐπίστευσε. Μετὰ ταῦτα μέντοι ὅτε καὶ ἕτερα σημεῖα ἐπεδείξατο, ἔμελλε καὶ τοῦτο πιστευθήσεσθαι, καὶ κατὰ μικρὸν οἱ διάκονοι πρὸς πάντας ἀφηγούμενοι τοῦτο, ἔδοξαν ἂν πιστοί. Διὰ τοῦτο ᾠκονόμησεν ὁ Κύριος, μὴ τοὺς διακόνους ἐρωτηθῆναι, ἀλλὰ τὸν νυμφίον. Οὐχ ἁπλῶς δὲ οἶνον ἐποίησεν, ἀλλὰ καὶ κάλλιστον. Τοιαῦτα γὰρ τὰ τοῦ Χριστοῦ θαύματα· πολλῷ βελτίω τῶν διὰ φύσεως τελουμένων. Τοῦ μὲν οὖν τὸ ὕδωρ οἶνον γενέσθαι, μάρτυρες οἱ διάκονοι, οἱ ἠντληκότες τὸ ὕδωρ· τοῦ δὲ κάλλιστον γενέσθαι, ὁ ἀρχιτρίκλινος· ἅπερ πάντα, τοῦ χρόνου προϊόντος, ἔμελλον κηρυχθέντα πιστωθῆναι βεβαιότερον τοῖς ἀκούουσι. Δύνασαι δὲ νοῆσαι οἶνον μὲν τὸν εὐαγγελικὸν λόγον, ὕδωρ δὲ πάντα τὰ πρὸ τοῦ Εὐαγγελίου· ὑδαρέστερα γὰρ ἦσαν, καὶ πρὸς τὴν τοῦ λόγου τελείωσιν μὴ φθάνοντα. Οἷον τί φημι· Δέδωκε νόμους διαφόρους τῷ ἀνθρώπῳ ὁ Κύριος, ἕνα τὸν ἐν τῷ παραδείσῳ, δεύτερον τὸν ἐπὶ Νῶε, τρίτον τὸν ἐπὶ Ἀβραὰμ τῆς περιτομῆς, τέταρτον τὸν διὰ τοῦ Μωσέως, πέμπτον διὰ τῶν προφητῶν. Πάντες οὖν οὗτοι, ὡς πρὸς τὴν τοῦ Εὐαγγελίου ἀκρίβειαν καὶ δύναμιν συγκρινόμενοι, ὑδαρεῖς εἰσιν, εἴτις ἁπλῶς αὐτοὺς καὶ κατὰ τὸ γράμμα νοεῖ. Εἰ δ' ἐμβαθύνας τῷ πνεύματι, κατανοήσει τὰ κεκρυμμένα, εὑρήσει τὸ ὕδωρ οἶνον γεγενημένον· τὰ γὰρ ἁπλῶς λεγόμενα καὶ κατὰ τὸ γράμμα νοούμενα τοῖς πολλοῖς, ὕδωρ ὄντα, πάντως ὁ πνευματικῶς ἀνακρίνων, εὑρήσει οἶνον κάλλιστον, ὕστερον πινόμενον, καὶ τηρούμενον παρὰ τοῦ νυμφίου Χριστοῦ· ἐπεὶ καὶ ἐν ἐσχάτοις καιροῖς ἐδείχθη τὸ Εὐαγγέλιον.

« Ταύτην ἐποίησε τὴν ἀρχὴν τῶν σημείων ὁ Ἰησοῦς ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας, καὶ ἐφανέρωσε τὴν δόξαν αὐτοῦ, καὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. » Ὅτι μὲν μετὰ τὸ βάπτισμα ἤρξατο τῶν σημείων ὁ Κύριος, καὶ πρότερον εἰρήκαμεν. Ἔοικε δὲ καὶ πρῶτον σημεῖον τοῦτο ποιῆσαι τὸ τοῦ οἴνου. Φησὶ γάρ· « Ταύτην ἐποίησε τὴν ἀρχὴν τῶν σημείων. » Ἀλλ' ἐρεῖ τις, ὅτι εἰ καὶ ἀρχή ἐστι τῶν

A ditionum [65] super omnes coætaneos; et quando prædicabat, tantam enim vim verbi habebat, ut a Lycaonibus Mercurius crederetur [66], utpote dux verbi.

VERS. 9, 10. « Postquam autem gustasset architriclinus aquam in vinum versam, neque sciret unde esset, sed ministri sciebant qui hauserant aquam, vocat sponsum architriclinus, et dicit ei: Omnis homo primo loco bonum vinum ponit, et cum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est. Tu servasti bonum vinum usque ad hoc tempus. » Architriclinus non ministros, sed sponsum interrogat. Quare? B Omnino juxta divinam providentiam. Nam si ministros interrogasset, utique miraculum revelassent, et nullus eis credidisset. Initium enim erat signorum, et nullus adhuc opinionem talem habebat de Christo: atque ita ministris narrantibus miraculum hoc nullus credidisset. Igitur postquam et alia signa ostensa sunt, credibile et hoc futurum erat, et paulatim ministri omnibus hoc enarrantes, fideles habiti fuerunt. Idcirco ordinavit Dominus ne ministris interrogarentur, sed sponsus. Porro non simpliciter fecit vinum, sed et optimum. Hæc enim, quæ miracula Christi sunt, multo meliora his sunt quæ per naturam fiunt. Et quod aqua factum sit vinum, testes sunt ministri qui hauserant aquam. Quod vero optimum fuerit, architriclinus testatus C est: quæ sane omnia procedente tempore prædicata, credibilioraque facta sunt audientibus. Potes autem intelligere et vinum quidem sermonem evangelicum, aquam autem omnia quæ ante Evangelium, quæ liquidiora et insipidiora erant, et ad illius perfectionem non pervenientia: et ut aliquid exempli gratia dicam, Dominus homini varias leges dedit, unam in paradiso, secundam tempore Noe, tertiam sub Abraham, nempe circumcisionem, quartam per Mosen, quintam per prophetas. Omnes igitur illæ si conferantur cum Evangelii evidentia et virtute, aquæ sunt, si quis **535** eas simpliciter et ad litteram intelligat. Quod si quis spiritu incedit, et intelligit abscondita, inveniet aquam mutatam in vinum. Nam quæ simpliciter dicuntur, et ad litteram intel- D liguntur, multis omnino aqua sunt. Qui autem spiritualiter dijudicat, inveniet vinum optimum, postea bibendum et servandum a sponso Christo: quandoquidem et in extremis temporibus monstratum est Evangelium.

VERS. 11. « Hoc fecit initium signorum Jesus in Cana Galilææ, et manifestavit gloriam suam, et crediderunt in eum discipuli ejus. » Quod Dominus signa operari cœperit post baptismum, et prius quidem diximus: videtur autem et hoc signum primo fecisse. Dicit enim: « Hoc fecit initium signorum. » At dicet quis, quod licet fuerit initium signorum, non tamen omnium, sed eorum quæ in Cana Gali-

[65] Galat. I, 14. [66] Act. XIV, 11.

Digitized by Google

lacæ : nam cum plura ibi fecerit signa, hoc tamen primum fuit. Et hæc quidem illi dixerint : nos autem quamvis multa habeamus ad monstrandum quod initium fuerit omnium signorum (etenim cum dicit, « Manifestavit gloriam suam, et crediderunt in eum discipuli ejus, » indicat quod ante hoc non fecerit miraculum aliud, ab illo enim manifestavit gloriam suam), attamen non disceptabimus, sive hoc sive aliud fuerit prius. Quomodo autem manifestavit gloriam suam? Non multi interfuerunt, neque coram populo fuit factum. Verum quidem non tunc, sed postea miraculum hoc audituri erant omnes, unde usque in hunc diem celebratur, et in occulto non est. Quod autem et discipuli ejus crediderint in eum, ita intellige, quod fidem ampliorem et firmiorem acceperint : quia et prius quidem crediderant, sed non tam firmiter.

A σημείων αὕτη, ἀλλ' οὐχὶ πάντων, ἀλλὰ τῶν ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας. Διάφορα γάρ, φησίν, θαύματα ποιήσαντος ἐν Κανᾷ, αὕτη ἐστὶν ἡ ἀρχή. Ταῦτα μὲν εἴποι τις ἄν· ἡμεῖς δὲ, καίτοι πολλὰ ἔχοντες πρὸς τὸ δεῖξαι, ὅτι καὶ πάντων τῶν σημείων ἐστὶν ἀρχὴ (καὶ γὰρ τὸ, « Ἐφανέρωσε τὴν δόξαν αὐτοῦ, καὶ τὸ « Ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, » ἐνδείκνυνται, ὅτι ἕτερον πρὸ τούτου θαῦμα οὐκ ἐποίησεν· ἀπ' ἐκείνου γὰρ ἐφανέρωσε τὴν δόξαν αὐτοῦ), ὅμως οὐ διαφερόμεθα, εἴτε τοῦτο πρότερον, εἴτε ἕτερον γέγονε. Πῶς δὲ ἄρα ἐφανέρωσε τὴν δόξαν αὐτοῦ; Οὐδὲ γὰρ πολλοὶ προσεῖχον τῷ γενομένῳ, οὐδὲ ἐνώπιον δήμου γέγονεν. Ἀλλ' εἰ καὶ μὴ τότε, ἀλλ' ὕστερον ἔμελλον τὸ θαῦμα ἀκούσεσθαι πάντες· ὅθεν καὶ μέχρι τοῦ νῦν ᾄδεται, καὶ οὐ διελαθε. Τὸ B δὲ, « Οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν, » οὕτω νόησον, ἀντὶ τοῦ, πίστιν περισσοτέραν καὶ βεβαιοτέραν ἔλαβον εἰς αὐτόν· ἐπεὶ καὶ πρότερον πάντως ἐπίστευον, ἀλλ' οὐχ οὕτω βεβαίως.

Vers. 12-17. « Post hæc descendit Capernaum ipse et mater ejus, et fratres ejus, et discipuli ejus, et ibi manserunt non multis diebus. Et in propinquo erat Pascha Judæorum, et ascendit Jesus Hierosolyma, et reperit in templo eos qui vendebant boves, et oves, et columbas, et nummularios sedentes. Et cum fecisset flagellum e funiculis, omnes ejecit de templo, oves simul ac boves, et nummulariorum effudit æs, mensasque subvertit, et iis qui columbas vendebant, dixit : Auferte ista hinc, nec facite domum Patris mei domum mercatus. Recordati vero sunt discipuli ejus quod scriptum est : Zelus domus C tuæ exedit me [67]. » Descendit in Capernaum Dominus, non alterius usus gratia, quam ut matrem suam illic residere faceret, ut ne illam ubique post se traheret. Quoniam enim ad nuptias venerant in Cana, nuptiis habitis adducit matrem in domum suam in Capernaum. Manifestum autem quod propter hanc causam descenderit in Capernaum, ex eo quod neque multis illic manebat diebus, neque miraculum illic faciebat. Increduli enim erant ejus civitatis viri. 536 Ideo et alio loco Dominus eam miseram esse dicit [68]. Quod autem dicit evangelista fuisse prope Pascha, ostendit quod non ante multos dies Paschæ fuerit baptizatus. Porro ubi ascendit in Jerusalem, rem fecit magnæ auctoritatis. Vendentes D enim oves et boves ejecit. Jam quod factum hoc et Matthæus commemorat [69], scias quod non semel hoc Christus fecerit, sed hoc quod Matthæus commemorat, fecit prope tempus passionis, quod autem apud Joannem, in exordio signorum. Idcirco hoc loco minus aspere dixit : « Ne feceritis domum Patris mei, domum mercatus. » Initium enim signorum adhuc erat, et nondum tanta signorum ostensorum erat auctoritas. Illic autem apud Matthæum dicit, « Non facite, inquit, speluncam latronum. » Manifeste enim illos latrones nominavit, quod ex injustis modis lucrum facerent. Quando enim quis

« Μετὰ τοῦτο κατέβη εἰς Καπερναοὺμ αὐτὸς, καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ, καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ· καὶ ἐκεῖ ἔμειναν οὐ πολλὰς ἡμέρας. Καὶ ἐγγὺς ἦν τὸ Πάσχα τῶν Ἰουδαίων, καὶ ἀνέβη εἰς Ἱεροσόλυμα ὁ Ἰησοῦς. Καὶ εὗρεν ἐν τῷ ἱερῷ τοὺς πωλοῦντας βόας, καὶ πρόβατα, καὶ περιστερὰς, καὶ τοὺς κερματιστὰς καθημένους. Καὶ ποιήσας φραγγέλλιον ἐκ σχοινίων, πάντας ἐξέβαλεν ἐκ τοῦ ἱεροῦ, τά τε πρόβατα, καὶ τοὺς βόας· καὶ τῶν κολλυβιστῶν ἐξέχεε τὸ κέρμα, καὶ τὰς τραπέζας ἀνέτρεψε, καὶ τοῖς τὰς περιστερὰς πωλοῦσιν εἶπεν· Ἄρατε ταῦτα ἐντεῦθεν, καὶ μὴ ποιεῖτε τὸν οἶκον τοῦ Πατρός μου οἶκον ἐμπορίου. Ἐμνήσθησαν δὲ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ὅτι γεγραμμένον ἐστίν· Ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου σου κατέφαγέ με. » Κατέρχεται εἰς Καπερναοὺμ ὁ Κύριος, οὐδεμιᾶς ἄλλης χρείας ἕνεκεν, ἀλλ' ἢ τοῦ ἀποκαταστῆσαι τὴν μητέρα αὐτοῦ ἐκεῖ, ἵνα μὴ πανταχοῦ αὐτὴν ἑφέλκηται. Ἐπεὶ γὰρ διὰ τὸν γάμον ἦλθον εἰς Κανᾶ, τοῦ γάμου παρελθόντος, ἐπανάγει τὴν μητέρα εἰς τὸν ἐν Καπερναοὺμ οἶκον αὐτῆς. Δῆλον δὲ τοῦτο, ὅτι διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν κατέβη εἰς Καπερναοὺμ, ἐκ τοῦ μήτε πολλὰς μεῖναι ἐκεῖ ἡμέρας, μήτε θαύματα ἐν αὐτῇ ποιῆσαι. Ἀπίστως γὰρ εἶχον πρὸς αὐτὸν οἱ τὴν πόλιν ταύτην οἰκοῦντες· διὸ καὶ ἀλλαχοῦ ὁ Κύριος ταλανίζει αὐτήν. Διὰ δὲ τοῦ εἰπεῖν ὁ εὐαγγελιστὴς, ὅτι « Ἦν ἐγγὺς τὸ Πάσχα, » δείκνυσιν ὅτι οὐ πρὸ πολλῶν ἡμερῶν τοῦ Πάσχα ἐβαπτίσατο. Ἀνελθὼν δὲ εἰς Ἱεροσόλυμα, ποιεῖ πρᾶγμα πολλῆς αὐθεντίας γέμον. Τοὺς γὰρ πωλοῦντας τὰ πρόβατα, καὶ τοὺς βόας, ἐκβάλλει. Εἰ δὲ καὶ ὁ Ματθαῖός φησι τοῦτο πεποιηκέναι αὐτὸν, ἀλλ' ἴσθι ὡς οὐχ ἅπαξ τοῦτο ἐποίησεν, ἀλλὰ τὸ μὲν παρὰ τῷ Ματθαίῳ, ἐγγὺς τοῦ πάθους ποιεῖ· τὸ δὲ νῦν παρὰ τῷ Ἰωάννῃ, τῶν σημείων ἀρχόμενος· διὸ ἐνταῦθα ἀφειμένως εἶπε· « Μὴ ποιεῖτε τὸν οἶκον τοῦ Πατρός μου, οἶκον ἐμπορίου. » Ἀρχὴ γὰρ τέως ἦν τῶν σημείων, καὶ οὔπω τοσαύτη παῤῥησία ἦν

[67] Psal. xviii, 10. [68] Luc. x, 15. [69] Matth. xxi, 12.

Digitized by Google

Vers. 12-15. « Num tu major es patre nostro Jacob, qui dedit nobis puteum, et ipse ex eo bibit, et filii ejus, et pecora ejus? Respondit Jesus, et dixit ei : Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum. Quisquis autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum : sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Dicit illi mulier : Domine, da mihi istam aquam, ut non sitiam, neque veniam huc ad hauriendum. **555** » Patrem suum facit Jacob, se intrudens in nobilitatem Judaicam. Vide autem, obsecro, prudentiam mulieris, quomodo statim a varietate aquarum ratiocinatur et dantium varietatem. Dicit enim : Si talem aquam daturus es, omnino major es patre Jacob, qui nobis dedit hanc aquam. Quod autem ipse ex eo bibit, laus est bonitatis aquæ ; tantum enim placuit fons ille patriarchæ, ut et ipse biberit, et filii ejus. Quod autem et pecora ejus biberint, indicium est copiæ aquarum. Non enim solum dulcis est aqua, et ita dulcis, ut et Jacob ex ea biberit, sed et larga, et sic larga, ut sufficerit multitudini pecorum patriarchæ Jacob. Cum autem diceret mulier, « Num tu major es patre nostro? » Dominus quidem manifeste non dicit, Profecto major sum, ut non videatur arrogans esse, cum nondum aliquod specimen suæ virtutis exhibuisset : hoc tamen parat per ea quæ dicit. Dicit enim : « Qui bibit ex hac aqua, iterum sitiet : qui autem ex mea bibit, non sitiet in æternum. » Atque ita si miraris Jacob qui dedit aquam talem, multo magis admirari oportet eum qui præbet longe meliorem aquam. Quam enim ego do, fons fit aquæ, quæ in dies magis ac magis multiplicatur. Non enim quam parum accipiunt sancti a Deo, ita usque ad finem servant, sed semina quidem et initia accipiunt boni per gratiam, insumunt autem et ipsi, ac crescere faciunt : id quod per parabolam talentorum significat Dominus, et per hospitem. Etenim qui acceperat duo talenta, lucratus est alia duo [98], sed sua præparatione : et hospiti qui susceperat vulneratum latronibus, pollicetur Dominus, quidquid præterea impenderis de tuo, dabo tibi [99]. Illud igitur et hoc loco innuit : Equidem aquam do sitienti : illa autem, quam ego do, non manet tanta, sed etiam multiplicatur, ac fons efficitur. Dedit Paulo aquam [1] brevem Dominus, Ananiæ instructiones : ac brevem illam aquam doctrinarum Ananiæ Paulus fontem esse demonstravit, ita ut a Jerusalem usque ad Illyricum pervenirent illius fontis prosilientes fluxus. Et mulier quomodo in his affecta est? Humiliter quidem adhuc se gerit : opinatur enim de sensibili aqua sermones haberi : profectum tamen quemdam indicat. Nam primum quidem dubitabat, dicens : « Unde habes aquam viventem? » Nunc autem et sermonem sine dubio suscipit, dicens : « Da mihi hanc aquam. » Videtur igitur hæc esse prudentior Nicodemo. Nam ille quidem cum multa audivisset, talia

[98] Matth. xxv, 22. [99] Luc. x, 35. [1] Act. ix, 10.

Digitized by Google

dicebat : « Quomodo possunt hæc fieri? » ista autem incipit contemnere etiam fontem Jacob. Nam dicit : Si talem aquam habes, da mihi, ut non ultra veniam huc ad hauriendum. Vides quod prætulerit ipsi Jacob Dominum.

Ἰακώβ. Εἰ γὰρ, φησὶ, τοιοῦτον ὕδωρ ἔχεις, δός μοι, καὶ οὐκ ἔτι ἐλεύσομαι ὧδε, ὥστε ἀντλεῖν. Ὁρᾷς πῶς προέκρινε τὸν Κύριον τοῦ Ἰακώβ.

A ἀνενδοιάστως δεξαμένη τὸν λόγον, φησί· « Δός μοι τοῦτο τὸ ὕδωρ. » Ἔοικεν οὖν αὕτη συνετωτέρα εἶναι τοῦ Νικοδήμου. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ, μυρίων ἀκούσας τοιούτων, ἔλεγε· « Πῶς ταῦτα γενέσθαι δύναται; » αὕτη δὲ ἄρχεται καταφρονεῖν ἤδη καὶ τῆς πηγῆς τοῦ

VERS. 16-22. « Dicit ei Jesus : **556** Vade, voca virum tuum, et veni huc. Respondit mulier, et dixit ei : Non habeo virum. Dicit ei Jesus : Bene dixisti, Non habeo virum : quinque enim viros habuisti, et nunc quem habes, non est tuus vir. Hoc vere dixisti. Dicit ei mulier : Domine, video quod propheta es tu. Patres nostri in monte hoc adoraverunt, et vos dicitis quod Hierosolymis est locus ubi oporteat adorare. Dicit ei Jesus : Mulier, crede mihi, venit hora quando neque in monte hoc, neque in Hierosolymis adorabitis Patrem. Vos adoratis quod nescitis : nos adoramus quod scimus : quia salus ex Judæis est. »—« Vade, voca virum tuum. » Quia videbat illam urgentem ad recipiendum, et cogentem se ad dandum, dicit : « Vade, voca virum tuum, » quasi ostendat quod etiam illum oporteat esse participem hujus doni mei. Illa autem festinans, et ut recipiat, et ut simul lateat, dicit : « Non habeo virum. » At Dominus per prophetiam nunc revelat suam virtutem, et priores ejus viros numerat et eum qui nunc ignorabatur arguit. Nunquid igitur illa ægre ferebat, cum talia audiret? vel relicto illo fugiebat? Non, sed magis admirata est et confortata, dicens : « Domine, video quod propheta es tu, » et de dogmatibus divinis statim illum interrogat, non de corporalibus, ut de sanitate corporis, vel divitiis : ita sapientiæ avidam, et virtuti deditam habebat animam; sed quid? « Patres nostri in monte illo adoraverunt. » Quod dicit propter Abraham et Jacob. Etenim illuc tradunt Isaac in sacrificium adductum [a]. « Et quomodo, inquit, vos dicitis quod in Hierosolymis oportet adorare? » Vidisti quomodo sublimior fuerit? Nam quæ paulo ante sollicita erat ne siti ultra vexaretur, nunc de dogmatibus rogat. Idcirco et Christus visa ejus sapientia hoc quidem ejus dogma non solvit. Non enim erat satis serium et magni momenti, sed aliud quoddam majus dogma manifestat, id quod neque Nicodemo neque Nathanaeli revelaverat. « Venit enim, inquit, hora quando neque in Hierosolymis neque in hoc loco adorabitur Deus. » Nam tu quidem, inquit, conaris ostendere res Samaritanorum digniores iis, quæ apud Judæos aguntur : ego autem dico tibi quod neque hæc neque illa habent dignitatem, sed alius quispiam status erit illis dignior. Verumtamen et sic Judæos vobis Samaritanis digniores affirmo. « Vos enim, inquit, adoratis quod nescitis : nos autem Judæi, quod scimus. » Porro seipsum Ju-

« Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· Ὕπαγε, φώνησον τὸν ἄνδρα σου, καὶ ἐλθὲ ἐνθάδε. Ἀπεκρίθη δὲ ἡ γυνὴ, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Οὐκ ἔχω ἄνδρα. Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· Καλῶς εἶπας, ὅτι Ἄνδρα οὐκ ἔχω. Πέντε γὰρ ἄνδρας ἔσχες, καὶ νῦν ὃν ἔχεις, οὐκ ἔστι σου ἀνήρ· τοῦτο ἀληθῶς εἴρηκας. Λέγει αὐτῷ ἡ γυνή· Κύριε, θεωρῶ, ὅτι προφήτης εἶ σύ. Οἱ πατέρες ἡμῶν B ἐν τούτῳ τῷ ὄρει προσεκύνησαν, καὶ ὑμεῖς λέγετε, ὅτι ἐν Ἱεροσολύμοις ἐστὶν ὁ τόπος, ὅπου δεῖ προσκυνεῖν. Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· Γύναι, πίστευσόν μοι, ὅτι ἔρχεται ὥρα, ὅτε οὔτε ἐν τῷ ὄρει τούτῳ, οὔτε ἐν Ἱεροσολύμοις προσκυνήσετε τῷ Πατρί. Ὑμεῖς προσκυνεῖτε ὃ οὐκ οἴδατε, ἡμεῖς προσκυνοῦμεν ὃ οἴδαμεν (a). »—« Ὕπαγε, φώνησόν σου τὸν ἄνδρα. » Ἐπεὶ γὰρ ἐώρα αὐτὴν ἐπικειμένην, ὥστε λαβεῖν, καὶ ἀναγκάζουσαν αὐτὸν δοῦναι, φησί· « Φώνησόν σου τὸν ἄνδρα· » ὡσανεὶ ἐνδεικνύμενος, ὅτι Κἀκείνου δεῖ κοινωνόν σοι γενέσθαι τῆς δωρεᾶς ταύτης τῆς ἐμῆς. Ἐκείνη δὲ ἅμα μὲν λαθεῖν, ἅμα δὲ καὶ λαβεῖν σπεύδουσα, φησίν· « Οὐκ ἔχω ἄνδρα. » Ὁ δὲ Κύριος, διὰ προφητείας λοιπὸν ἀποκαλύπτων τὴν οἰκείαν C δύναμιν, τούς τε προτέρους ἀριθμεῖ, καὶ τὸν νῦν ἐγκρυπτόμενον ἤλεγξεν. Ἆρα οὖν ἐδυσχέρανεν ἐκείνη ταῦτα ἀκούσασα; ἢ ἀφεῖσα τοῦτον ἔφυγεν; Οὔκουν, ἀλλὰ θαυμάσασα μᾶλλον καὶ προσκαρτερήσασα πλέον λέγει· « Κύριε, θεωρῶ, ὅτι προφήτης εἶ σύ· » καὶ περὶ δογμάτων ἐνθέων αὐτὸν ἐρωτᾷ, οὐ περὶ βιωτικῶν, οἷον, σώματος ὑγείας, ἢ χρημάτων· οὕτω φιλόσοφον εἶχε καὶ εὐφυᾶ πρὸς ἀρετὴν τὴν ψυχήν. Ἀλλὰ τί; « Οἱ πατέρες ἡμῶν ἐν τῷ ὄρει τούτῳ προσεκύνησαν. » Ταῦτα δὲ λέγει διὰ τοὺς περὶ τὸν Ἀβραάμ· καὶ γὰρ ἐν ἐκείνῳ φασὶν ὑπ' αὐτοῦ ἀνηνέχθαι τὸν Ἰσαὰκ εἰς θυσίαν. Καὶ πῶς, φησὶν, « ὑμεῖς λέγετε, ὅτι ἐν Ἱεροσολύμοις δεῖ προσκυνεῖν; » Εἶδες πῶς ὑψηλοτέρα γέγονεν; Ἡ γὰρ πρὸ μικροῦ μεριμνῶσα ὑπὲρ τοῦ μὴ σκύλλεσθαι διὰ τοῦ δίψης, D περὶ δογμάτων ἐρωτᾷ. Διὸ καὶ ὁ Χριστὸς ἰδὼν τὴν αὐτῆς σύνεσιν, τοῦτο μὲν τὸ ἀπόρημα αὐτῆς οὐ λύει (οὐ γὰρ ἦν περισπούδαστον), ἄλλο δὲ μεῖζον δόγμα ἀποκαλύπτει, ὅπερ οὐδὲ Νικοδήμῳ, οὐδὲ Ναθαναὴλ ἀπεκάλυψεν. Ἔρχεται γὰρ, φησὶν, ὥρα, ὅτε οὔτε ἐν Ἱεροσολύμοις, οὔτε ἐνταῦθα προσκυνηθήσεταί ὁ Θεός. Σὺ μὲν γὰρ, φησὶ, σπουδάζεις δεῖξαι τὰ τῶν Σαμαρειτῶν ἐντιμότερα τῶν παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις· ἐγὼ δὲ λέγω σοι, ὅτι οὔτε ταῦτα, οὔτε ἐκεῖνα ἔχουσι τὸ πρεσβεῖον, ἀλλ' ἑτέρα τις ἔσται κατάστασις, ἀμφοτέρων ἀμείνων. Πλὴν καὶ οὕτω τοὺς Ἰουδαίους σεμνοτέρους τῶν Σαμαρειτῶν ὑμῶν ἀποφαίνω. Ὑμεῖς γὰρ, φησὶ,

[a] Gen. XXII.

(a) Ὅτι ἡ σωτηρία ἐκ τῶν Ἰουδαίων ἐστίν. Hæc verba hic desunt, et aliquibus etiam in aliis codicibus apud Millium; quæ tamen infra exponuntur a Theophylacto.

Digitized by Google

προσκυνεῖτε οὐκ οἴδατε· ἡμεῖς δὲ οἱ Ἰουδαῖοι, δ οἴδαμεν. Ἑαυτὸν δὲ μετὰ τῶν Ἰουδαίων ἀριθμεῖ, δ ὅτι πρὸς τὴν ὑπόνοιαν τῆς γυναικὸς φθέγγεται· ὡς προφήτην γὰρ Ἰουδαῖον αὐτὸν ὑπενόει ἐκείνη, καὶ διὰ τοῦτό φησι· « Ἡμεῖς προσκυνοῦμεν. » Πῶς δὲ οὐκ ᾔδεισαν οἱ Σαμαρεῖται δ προσεκύνουν; Τόπῳ περικλείεσθαι ἐνόμιζον τὸν Θεόν. Διὸ καὶ πέμψαντες, ὅτε ὑπὸ τῶν λεόντων κατεβιβρώσκοντο, ὡς ἄνω εἴρηται, ἀπήγγειλαν τῷ βασιλεῖ τῶν Ἀσσυρίων, ὅτι ὁ τοῦ τόπου Θεὸς αὐτοὺς οὐ παραδέχεται. Ἔνθεν τοι καὶ ἔμειναν ἄχρι πολλοῦ καὶ εἰδώλα θεραπεύοντες, καὶ οὐκ αὐτὸν δὲ τὸν Θεόν. Ἰουδαῖοι δὲ ταύτης ἦσαν ἀπηλλαγμένοι τῆς ὑπονοίας, καὶ Θεὸν τῶν ἁπάντων αὐτὸν ᾔδεισαν, εἰ καὶ μὴ πάντες. « Ὅτι ἡ σωτηρία ἐκ τῶν Ἰουδαίων ἐστί. » Διπλῆν ἔννοιαν τοῦτο δίδωσιν ἡμῖν. Ἢ γὰρ ὅτι τῇ οἰκουμένῃ τὰ ἀγαθὰ ἐκ τῶν Ἰουδαίων γέγονε (τὸ γὰρ εἰδέναι Θεὸν, καὶ καταγινώσκειν εἰδώλων, ἐκεῖθεν τὴν ἀρχὴν ἔσχε, καὶ τὰ ἄλλα πάντα δόγματα, καὶ αὐτὸ δὲ τοῦτο τὸ τῆς προσκυνήσεως παρ' ἡμῖν (*a*) τοῖς Σαμαρείταις, εἰ καὶ μὴ ὀρθῶς, ἀπὸ γοῦν τῶν Ἰουδαίων τὴν ἀρχὴν ἔσχεν)· ἢ σωτηρίαν τὴν οἰκείαν παρουσίαν ὀνομάζει, ἥτις ἐκ τῶν Ἰουδαίων γέγονεν. Ἔστι δὲ καὶ αὐτὸν τὸν Κύριον σωτηρίαν νοῆσαι, ὃς ἐγένετο ἐκ τῶν Ἰουδαίων τὸ κατὰ σάρκα.

dæis annumerat, eo quod juxta opinionem mulieris loquitur. Illa enim suspicabatur Judaicum prophetam esse, et propterea dicit : « Nos adoramus. » Quomodo autem nesciverunt Samaritani quod adorarunt? Loco putabant concludi Deum : ideo et cum misissent, quando a leonibus devorabantur, ut supra dictum **557** est, et annuntiassent regi Assyriorum se a Deo loci non suscipi : ibi manserunt multo tempore, et coluerunt idola, et non ipsum quoque verum Deum. Judæi autem ab hoc errore liberi fuerunt, et sciverunt esse unum Deum omnium, tametsi non omnes. « Quia salus ex Judæis est. » Duplicem sensum hoc nobis dat. Vel enim quod orbi ex Judæis bona provenerint : scire enim Deum, et contemnere idola, inde exordium habuere, aliaque omnia sana dogmata : etiam ipsa adoratio, quæ apud vos Samaritanos, tametsi non recta fuerit, a Judæis originem duxit : vel salutem nominat suum adventum, qui ex Judæis fuit. Potest autem et Dominus ipse dici salus, quia ex Judæis fuit secundum carnem.

« Ἀλλ' ἔρχεται ὥρα, καὶ νῦν ἔστιν, ὅτε οἱ ἀληθινοὶ προσκυνηταὶ προσκυνήσουσι τῷ Πατρὶ ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ· καὶ γὰρ ὁ Πατὴρ τοιούτους ζητεῖ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτόν. Πνεῦμα ὁ Θεὸς, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν, ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν. » Εἰ καὶ πλέον ὑμῶν τῶν Σαμαρειτῶν ἔχομεν ἡμεῖς οἱ Ἰουδαῖοι τῷ τρόπῳ τῆς προσκυνήσεως, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν Ἰουδαίων τέλος ἕξει λοιπόν. Οὐ γὰρ τὰ τῶν τόπων ἀμειφθήσεται μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ τοῦ τρόπου τῆς λατρείας· καὶ ταῦτα ἐπὶ θύραις ἐφέστηκε, καὶ νῦν ἔστιν· οὐ γὰρ, ὡς τὰ παρὰ τῶν προφητῶν εἰρημένα, παράτασιν χρονικὴν λήψονται. Ἀληθινοὺς δὲ προσκυνητὰς φησι τοὺς κατὰ τὸν αὐτοῦ νόμον πολιτευομένους, οἳ οὐ τόπῳ περικλείουσι τὸν Θεὸν, ὡς οἱ Σαμαρεῖται, ἢ λατρείᾳ θεραπεύουσιν αὐτὸν σωματικῇ, ὡς Ἰουδαῖοι, ἀλλ' ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ, τουτέστι διὰ τῆς ψυχῆς, διὰ τῆς τοῦ νοὸς καθαρότητος. Ἐπεὶ γὰρ ὁ Θεὸς πνεῦμά ἐστι, τουτέστιν ἀσώματος, δεῖ αὐτὸν προσκυνεῖν ἀσωμάτως, ὅ ἐστι κατὰ ψυχήν. Τοῦτο γὰρ διὰ τοῦ, « ἐν πνεύματι, » δηλοῖ· καὶ γὰρ καὶ πνεῦμα, καὶ ἀσώματον ἡ ψυχή. Ἐπεὶ δὲ πολλοὶ δοκοῦσι μὲν αὐτὸν προσκυνεῖν κατὰ ψυχὴν, οὐκ ὀρθὴν δὲ δόξαν περὶ αὐτοῦ ἔχουσιν, ὡς οἱ αἱρετικοὶ, διὰ τοῦτο προσέθηκε τὸ, « ἐν ἀληθείᾳ. » Δεῖ γὰρ καὶ κατὰ νοῦν προσκυνεῖν τῷ Θεῷ, ἀλλὰ καὶ ἀληθῆ δόξαν περὶ αὐτοῦ ἔχειν. Τάχα δέ τις ἐρεῖ, ὅτι τὰ δύο τῆς καθ' ἡμᾶς φιλοσοφίας ἐνταῦθα μέρη αἰνίττεται, πρᾶξιν λέγω καὶ θεωρίαν, διὰ τῶν δύο τούτων· διὰ μὲν τοῦ, « ἐν πνεύματι, » τὸ πρακτικόν. « Ὅσοι γὰρ πνεύματι Θεοῦ ἄγονται, τὰς πράξεις τοῦ σώματος θανατοῦσι, » κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον· καὶ πάλιν· « Ἡ σὰρξ, ἐπιθυμεῖ κατὰ τοῦ πνεύματος· τὸ δὲ

Vers. 23, 24. « Sed venit hora, et nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu ac veritate. Nam et Pater tales quærit qui adorent ipsum. Spiritus est Deus, et eos qui adorant eum, in spiritu ac veritate oportet adorare. » Quamvis nos Judæi, quantum ad modum adorationis attinet, plus habeamus quam vos Samaritani, attamen et res Judæorum nunc finem habituræ sunt. Non enim in solis locis mutatio erit, sed et modus colendi alterabitur : et hæc in foribus sunt, et nunc est hora. Non enim sicut ea quæ a prophetis dicta in longum tempus differentur. Veros autem adoratores dicit eos qui secundum ipsius legem vivunt, qui non loco aliquo includunt Deum sicut Samaritani, vel cultu colunt corporali, sicut Judæi : sed spiritu et veritate, hoc est, per animam, per puritatem mentis. Quia enim Deus spiritus est, hoc est incorporeus, oportet ipsum adorare incorporaliter, videlicet in anima. Hoc enim significat, in spiritu. Etenim anima spiritus est incorporeus. Quoniam autem multi videntur adorare in anima, non tamen rectam habent scientiam, sicut hæretici : ideo addidit, et in veritate. Oportet enim et mente adorare Deum, et sanam opinionem de ipso habere. Fortassis autem quispiam dicet, quod duæ partes nostræ philosophiæ hic insinuentur, praxis dico et contemplatio per duo ista. Nam cum dicit, « in spiritu, » practice docetur. « Quicunque enim spiritu Dei aguntur [a], » opera corporis mortificant secundum divinum Apostolum. Et iterum : « Caro concupiscit adversus spiritum, spiritus autem contra carnem [b]. » Et ita practice insinuatur per hoc quod dicit, « in spiritu. » Per hoc autem quod dicitur « in veritate, »

[a] Rom. VIII, 14. [b] Gal. V, 17.

(*a*) Ἡμῖν pro ὑμῖν.

Digitized by Google

contemplativa. Porro hæc et Paulus dicit. « Epulemur, inquit, in azymis sinceritatis, » hoc est, puritatis vitæ, id quod est practices : « et veritatis [5], » id quod est contemplativæ. Contemplatio enim occupatur circa veritatem doctrinæ verbi. Vel aliter : Quoniam peculiare erat Samaritanis Deum loco **558** includere, et dicere quod in hoc loco oporteat adorare, apud Judæos autem omnia in figura [6] et umbra fiebant, in spiritu adorare, opponitur adorationi Samaritanorum, ut dictum hunc sensum habeat : Vos quidem Samaritani localem quemdam cultum offertis Deo, veri autem adoratores non localem offerent. In spiritu enim colent, hoc est, mente et anima. Sed neque sicut Judæi in typo et umbra adorabunt, sed in veritate : quia Judaicorum morum et observationum futurus est finis. Fortassis autem Judaica lex, secundum litteram intellecta, figura erat et umbra. Quod dicitur, « in spiritu [7], » opponitur litteræ. Non enim lex litteræ a nobis observatur, sed lex spiritus. Nam littera quidem occidit, Spiritus autem vivificat. Et quod dicitur, « in veritate, » opponitur umbræ et figuræ. « Venit igitur, inquit, hora, » imo nunc est, corporalis mei scilicet adventus tempus, « quando veri adoratores, » neque sicut Samaritani, uno loco adorabunt, sed omni loco secundum spiritum et incorporaliter adorationem offerentes : sicut et Paulus dicit : « Cui servio in spiritu meo [8], » neque sicut Judæi figuralem et umbratilem futurorum ostensivum cultum adducent, sed verum et nihil umbratile habentem. « Tales enim quærit adoratores Deus, » quoniam spiritus est, spirituales, et quia veritas est, veros.

A πνεῦμα, κατὰ τῆς σαρκός · » ὥστε τὴν πρακτικὴν αἰνίττεται διὰ τοῦ, « ἐν πνεύματι · » διὰ δὲ τοῦ, « ἐν ἀληθείᾳ, » τὸ θεωρητικόν. Ταῦτα δὲ καὶ Παῦλός φησιν, ὅταν λέγῃ, « ἐν ἀζύμοις εἰλικρινείας, » ἤτοι καθαρότητος βίου, ὅ ἐστι τοῦ πρακτικοῦ, « καὶ ἀληθείας, » ὅ ἐστι τοῦ θεωρητικοῦ · τὸ γὰρ θεωρητικὸν περὶ τὴν ἀλήθειαν καταγίνεται τοῦ δογματικοῦ λόγου. Καὶ ἄλλως · Ἐπεὶ τῶν Σαμαρειτῶν ἴδιον ἦν τὸ περικλείειν τόπῳ τὸν Θεὸν, καὶ λέγειν ὅτι ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ δεῖ προσκυνεῖν, τοῖς δὲ Ἰουδαίοις τυπικῶς πάντα ἐτελεῖτο καὶ σκιωδῶς · τὸ μὲν, « ἐν πνεύματι, » πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν Σαμαρειτῶν φησιν, ὥστε εἶναι τὸ λεγόμενον τοιοῦτον· Ὑμεῖς μὲν, οἱ Σαμαρεῖται, τοπικήν τινα λατρείαν προσάγετε τῷ Θεῷ · οἱ δὲ ἀληθινοὶ προσκυνηταὶ οὐ τοπικὴν B προσάξουσιν · ἐν πνεύματι γὰρ λατρεύσουσιν, ἤτοι τῷ νῷ καὶ τῇ ψυχῇ. Ἀλλ' οὐδὲ κατὰ τοὺς Ἰουδαίους ἐν τύπῳ καὶ σκιᾷ προσκυνήσουσιν, ἀλλ' ἐν ἀληθείᾳ, οἷα τῶν Ἰουδαϊκῶν ἐθῶν τε καὶ παρατηρημάτων μελλόντων καταλυθῆναι. Τάχα δὲ ἐπεὶ ὁ Ἰουδαϊκὸς νόμος, κατὰ τὸ γράμμα νοούμενος, τύπος καὶ σκιὰ ἦν, πρὸς ἀντιδιαστολὴν μὲν τοῦ γράμματος κεῖται τὸ, « ἐν πνεύματι · » (οὐκ ἔτι γὰρ ὁ τοῦ γράμματος ἐν ἡμῖν πολιτεύεται νόμος, ἀλλ' ὁ τοῦ πνεύματος· « Τὸ μὲν γὰρ γράμμα ἀποκτείνει, τὸ δὲ πνεῦμα ζωοποιεῖ · ») πρὸς ἀντιδιαστολὴν δὲ τοῦ τύπου καὶ τῆς σκιᾶς, τὸ, « ἐν ἀληθείᾳ. » Ἔρχεται οὖν, φησίν, ὥρα, μᾶλλον δὲ καὶ νῦν ἐστιν, ὁ τῆς ἐμῆς δηλαδὴ σωματικῆς παρουσίας καιρὸς, ὅτε οἱ ἀληθινοὶ προσκυνηταὶ οὔτε κατὰ Σαμαρείτας, ἐν τόπῳ ἑνὶ προσκυνήσουσιν, ἀλλ' ἐν παντὶ τόπῳ κατὰ πνεῦμα, καὶ ἀσωμάτως τὴν προσκύνησιν προσάγοντες (ὥσπερ καὶ Παῦλός φησιν· « Ὃ λατρεύω ἐν τῷ πνεύματί μου ») · οὔτε κατὰ τοὺς Ἰουδαίους, τυπικὴν, καὶ σκιώδη, καὶ τῶν μελλόντων ἐμφαντικὴν λατρείαν προσάξουσιν, ἀλλ' ἀληθῆ καὶ μηδὲν σκιῶδες ἔχουσαν. Τοιούτους γὰρ ζητεῖ τοὺς προσκυνητὰς ὁ Θεὸς · ἐπειδὴ πνεῦμά ἐστι, πνευματικοὺς, καὶ ἐπειδὴ ἀλήθειά ἐστιν, ἀληθινούς.

C

Vers. 25-27. « Dicit ei mulier : Scio quod Messias venturus est, qui dicitur Christus : cum ergo venerit ille, nobis nuntiabit omnia. Dicit ei Jesus : Ego sum qui loquor tibi. Et continuo venerunt discipuli ejus, et mirabantur quod cum muliere loqueretur. Nemo tamen dixit : Quid quæris, aut cur loqueris cum ea? » Unde mulier sciebat venturum Messiam, qui dicitur Christus? Ex Mosaicis Scripturis. Nam superius diximus quod quinque libros Mosi Samaritani receperint. Quia igitur Mosaica receperant, ex illis cognoverunt prophetias de Christo, et quod Filius sit Dei. Nam cum dicitur : « Faciamus hominem [9], » tanquam ad Filium dicta esse a Patre manifestum est. Et Abrahæ quoque in tabernaculo Filius loquebatur, et Jacob de ipso prædicens dicebat [9] : « Non deficiet princeps de Juda, donec veniat cui repositum est [10]. » Et ipse Moses quoque dicit : « Prophetam suscitabit vobis Dominus de fratribus vestris sicut me, illum audietis [11]. » Et multa alia Christi adventum prædicunt. Propterea dicit mulier ; « Scio quod ven-

« Λέγει αὐτῷ ἡ γυνή · Οἶδα ὅτι Μεσσίας ἔρχεται, ὁ λεγόμενος Χριστός. Ὅταν ἔλθῃ ἐκεῖνος, ἀναγγελεῖ ἡμῖν πάντα. Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς · Ἐγώ εἰμι ὁ λαλῶν σοι. Καὶ ἐπὶ τούτῳ ἦλθον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, καὶ ἐθαύμασαν, ὅτι μετὰ γυναικὸς ἐλάλει. Οὐδεὶς μέντοι εἶπε · Τί ζητεῖς, ἢ τί λαλεῖς μετ' αὐτῆς; » Πόθεν ἡ γυνὴ ἠπίστατο, ὅτι Μεσσίας ἔρχεται ὁ λεγόμενος Χριστός; Ἐκ τῶν Μωσαϊκῶν Γραφῶν. Καὶ γὰρ ἔφημεν εἰπόντες, ὅτι τὴν Πενταteuχον Μωσέως οἱ Σαμαρεῖται ἐδέξαντο. Ἐπεὶ οὖν τὰ Μωσαϊκὰ ἐδέξαντο, ἐκ τούτων ἔδεισαν τὰς περὶ Χριστοῦ προφητείας, καὶ ὅτι Υἱός ἐστι τοῦ Θεοῦ. Τό τε γὰρ, « Ποιήσωμεν ἄνθρωπον, » ὡς πρὸς τὸν Υἱὸν εἰρῆσθαι παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐμφαίνει · καὶ τῷ Ἀβραὰμ δὲ ἐν τῇ σκηνῇ ὁ Υἱὸς ἦν ὁ διαλεγόμενος · καὶ ὁ Ἰακὼβ περὶ αὐτοῦ προφητεύων ἔλεγε τὸ, « Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, ἕως ἂν ἔλθῃ, ᾧ ἀπόκειται · » καὶ αὐτὸς δὲ Μωϋσῆς, « Προφήτην ἀναστήσει Κύριος ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν ὡς ἐμέ · αὐτοῦ ἀκούσεσθε · » καὶ πολλὰ ἕτερα τὴν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν ἀνακηρύττουσι. Διὰ τοῦτο οὖν φησιν

[5] I Cor. v, 7. [6] I Cor. x, 11. [7] II Cor. III, 6. [8] Rom. I, 9. [9] Gen. I, 26. [9] Gen. XLIX, 10. [10] Gen. XVII et XVIII. [11] Deut. XVIII, 18.

Digitized by Google

ἡ γυνή· « Οἶδα ὅτι ἔρχεται Μεσσίας. Ὁ δὲ Κύριος λοιπὸν ἐκκαλύπτει αὐτῇ ἑαυτὸν, οὕτω τῆς ἀκολουθίας τοῦ λόγου ἀπαιτησάσης. Εἰ δὲ εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς εἶπεν, ὅτι Ἐγώ εἰμι ὁ Χριστὸς, οὔτε τὴν γυναῖκα ἔπεισεν ἄν, καὶ ἔδοξε φορτικός τις εἶναι καὶ ἀλαζών· νῦν δὲ κατὰ μικρὸν αὐτὴν προβιβάσας ἐπὶ τὸ ἀναμνησθῆναι τῆς περὶ Χριστοῦ προσδοκίας, οὕτως ἤδη ἑαυτὸν ἐκκαλύπτει. Τίνος δὲ ἕνεκεν τοῖς μὲν Ἰουδαίοις συνεχῶς ἐρωτῶσιν, « Εἰπὲ ἡμῖν εἰ σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, » οὐκ ἀπεκάλυψεν ἑαυτὸν, τῇ δὲ γυναικὶ λέγει; Ἐκείνοις μὲν οὐδὲν λέγει, διότι οὐκ ἐπὶ τῷ μαθεῖν ἠρώτων, ἀλλ' ἐπὶ τῷ μᾶλλον συκοφαντῆσαι· ταύτῃ δὲ, διὰ τὸ εὐγνώμονα εἶναι, φανερῶς ἑαυτὸν ἀποκαλύπτει. Καὶ γὰρ ἐξ ἁπλῆς γνώμης καὶ διανοίας, καὶ ποθοῦσα μαθεῖν τὸ ἀληθὲς, ἠρώτα, καὶ δῆλον ἐκ τῶν μετὰ ταῦτα. Καὶ γὰρ ἀκούσασα, οὐ μόνον αὐτὴ ἐπίστευσεν, ἀλλὰ καὶ ἄλλους εἰς πίστιν ἐσαγήνευσεν, καὶ πανταχοῦ ἡ γυνὴ φαίνεται καὶ ἀκριβουμένη καὶ πιστή. Ἀπαρτισθείσης δὲ λοιπὸν τῆς πρὸς τὴν γυναῖκα ὁμιλίας καὶ διδασκαλίας, εὐκαίρως ἀπήντησαν οἱ μαθηταὶ, καὶ ἐθαύμαζον τὸ ἄτυφον αὐτοῦ, ὅτι οὕτως ὢν ἔνδοξος καὶ περιβόητος παρὰ πᾶσιν, ἠνείχετο μετὰ τοσαύτης συγκαταβάσεως γυναικὶ διαλέγεσθαι πενιχρᾷ καὶ Σαμαρείτιδι. Θαυμάζοντες δὲ, ὅμως οὐ θαρροῦσιν ἐρωτῆσαι, περὶ τίνος αὐτῇ διαλέγεται· οὕτως ἦσαν πεπαιδευμένοι, καὶ τὴν μαθητὰς πρέπουσαν εὐλάβειαν ἐτήρουν πρὸς τὸν διδάσκαλον. Εἰ δέ που καὶ φαίνοιντο παρρησιαζόμενοι, ὥσπερ Ἰωάννης ἡνίκα πίπτει ἐπὶ τὸ στῆθος, καὶ ὅταν προσιόντες λέγωσιν· « Τίς μείζων; » καὶ ὅταν οἱ τοῦ Ζεβεδαίου παρακαλῶσιν, ἵνα εἷς ἐξ εὐωνύμων, καὶ εἷς ἐκ δεξιῶν καθίσωσιν· ἀλλ' ἐκεῖνα ὡς εἰς αὐτοὺς ἀνήκοντα, καὶ τέως ἀναγκαῖα αὐτοῖς φαινόμενα, ἐξετάζουσιν. Ἐνταῦθα δὲ, ἐπεὶ μὴ τοσοῦτον αὐτοῖς διέφερε τὸ ζητεῖν, ὃ μὴ ἀναγκαῖον ἦν ὅλως, διὰ τοῦτο οὐ χρῶνται τῇ παρρησίᾳ ὡς μὴ ἐχούσῃ καιρόν.

« Ἀφῆκεν οὖν τὴν ὑδρίαν αὐτῆς ἡ γυνὴ καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὴν πόλιν, καὶ λέγει τοῖς ἀνθρώποις· Δεῦτε, ἴδετε ἄνθρωπον, ὃς εἶπέ μοι πάντα ὅσα ἐποίησα· μήτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός; Ἐξῆλθον οὖν ἐκ τῆς πόλεως, καὶ ἤρχοντο πρὸς αὐτόν. » Τοσοῦτον ἀνήφθη τὴν καρδίαν ἡ γυνὴ ὑπὸ τῶν εἰρημένων, ὥστε καὶ τὴν ὑδρίαν ἀφεῖναι· οὕτως ἄρα ταχέως προετίμησε τὸ ὕδωρ τοῦ Χριστοῦ τῆς τοῦ Ἰακὼβ πηγῆς· καὶ δὴ ἀπόστολος γίνεται, ὑπὸ τῆς τὴν καρδίαν αὐτῆς περιλαβούσης πίστεως χειροτονηθεῖσα, καὶ πόλιν ὁλόκληρον διδάσκει, καὶ ἐφέλκεται. « Δεῦτε, φησὶν, ἴδετε ἄνθρωπον, ὃς εἶπέ μοι πάντα ὅσα ἐποίησα. » Οὕτως ἐπειδὴν ἐπυρώθη ἡ ψυχὴ πυρὶ θείῳ, πρὸς οὐδὲν τῶν ἐν γῇ ὁρᾷ, οὐ πρὸς αἰσχύνην, οὐ πρὸς ἀτιμίαν. Ἰδοὺ οὖν καὶ αὕτη οὐκ αἰσχύνεται καὶ τὰ οἰκεῖα ἐκπομπεύουσα, ἀλλά φησιν· « Ὅς εἶπέ μοι πάντα ὅσα ἐποίησα. » Καίτοι γε ἠδύνατο καὶ ἑτέρως εἰπεῖν· Δεῦτε, ἴδετε προφήτην προφητεύοντα· ἀλλ' οὐχ οὕτως, ἀλλὰ καταφρονεῖ τῆς οἰκείας δόξης καὶ πρὸς τὸ κηρύξαι τὴν ἀλήθειαν ἀποβλέπει μό-

turus sit Messias. » At nunc se illi manifestat Dominus, ita consequentia sermonis exigente. Sane si statim ab initio dixisset, Ego sum Christus, neque mulieri persuasisset, et visus fuisset onerosus quispiam et arrogans : nunc paulatim ad hoc inducit, ut mentio fiat exspectationis Christi. Ita jam se illi detegit. Cujus gratia Judæis quidem continuo **559** interrogantibus : « Dic nobis, num tu es Christus [11], » non revelavit seipsum, mulieri autem dicit ? Illis quidem nihil dicit, eo quod non interrogabant discendi gratia, sed calumniandi animo : huic autem, quia studiosa erat, manifeste se revelat. Nam quod simplici mente et cogitatione discendique desiderio rogaverit, manifestum ex his quæ sequuntur. Nam ut audivit, non solum ipsa credidit, sed etiam alios ad fidem adduxit, semperque apparet et fidelis, et diligenter inquirens. Absoluto autem colloquio cum muliere ac doctrina, tempestive occurrerunt discipuli, et admirati sunt humilitatem ejus, quod cum tam gloriosus esset, et apud omnes celebris, non dedignatus sit cum tam paupere et Samaritana muliere tanta cum modestia sermonem habere. Admirantes autem, non audent rogare de quo loquatur ei ; adeo erant bene compositi, servantes suam erga præceptorem reverentiam. Quod si alicubi apparuerint fidenter loquentes, sicut Joannes cum recumberet super pectus, et cum accederent et dicerent : « Quis major ? » et cum filii Zebedæi obsecrarent ut unus a dextris, et alter a sinistris sederent : illa inquirunt quasi ad se attinentia, et tunc eis necessaria visa. Hoc autem loco quia non usque adeo ipsorum intererat quærere, neque necessarium omnino, propterea non utuntur fiducia, eo quod non habeant tempus opportunum.

Vers. 28-30. « Reliquit ergo hydriam suam mulier, et abiit in civitatem, et dicit illis hominibus : Venite, videte hominem qui dixit mihi omnia quæ feci : num hic est ille Christus ? Exierunt ergo e civitate, et veniebant ad eum. » In tantum accensum est cor mulieris dictis Dominicis, ut et aquam relinqueret. Sic igitur statim prætulit aquam Christi fonti Jacob, et fit apostola ordinata a fide, quæ cor ejus occupaverat, docetque et attrahit totam civitatem. « Venite, inquit, videte eum qui mihi dixit omnia quæcumque feci. » Profecto quoniam accensa fuit anima divino igni, ad nihil eorum quæ in terra respicit : non ad confusionem, non ad ignominiam, nec ad aliud quippiam. Ecce igitur et ista non veretur sua secreta pandere, sed ait, « Qui dixit mihi omnia quæ feci. » Quamvis posset et aliter dicere : Venite, videte prophetam prophetantem : at non sic. Contemnit autem suam gloriam, et ad hoc solum spectat, ut prædicet veritatem. Non dicit autem, Hic est Christus, affirma-

[11] Matth. xxvi, 63.

Digitized by Google

tive; sed, « Numquid hic est Christus? » volens etiam illos calculum addere, et facere sermonem creditu faciliorem. Etenim si affirmasset hunc esse Christum, fortassis refugissent quidam sententiam ejus, neque tam diffamatæ credidissent. Intellexerunt autem quidam **580** per quinque viros Samaritanæ, quinque libros Mosi, quos solos Samaritana recipiebat (*a*). « Quem autem nunc habes, » dicit, hoc est, verbum meum, quod nunc a me accipis, « non est vir tuus. » Nondum enim conjuncta fuisti, inquit Jesus, meæ doctrinæ. Dixerit autem quis Samaritanam gerere typum humanæ naturæ. Natura enim nostra olim quidem in monte habitabat, mente scilicet plena gratiæ divinæ. Nam priusquam peccaret Adam, omnibus divinis ornatus erat donis. Erat enim et propheta. Unde et a somno expergefactus prædixit de formatione mulieris et habitudine viri erga illam, dicebatque : « Hoc nunc os ex ossibus meis, «et Propter hoc relinquet homo patrem suum et matrem [13]. » Proinde tunc erat natura nostra in excelso monte mentis. Sed ubi offendit Deum, abducta est captiva, et sanctum quidem semen ejus, omnem diviniorem dico cogitationem, diabolus captivam in Babylonem inde abduxit, hoc est, in confusionem hujus mundi, et pro eis inhabitare fecit barbaricas cogitationes, quas leones, bonæ scilicet cogitationes, quæ habitabant in nobis, devorabant, donec persuasum est eis ut reciperent divina eloquia, nec tamen illa integre receperunt : malitia enim cum semel in monte mentis nostræ habitare cœperit, suscipit quidem Mosi libros, non autem integre bonum amplexatur, sed adhuc sub maledicto manet. Igitur Jesus iter faciens, hoc est, multas vias transiens, et modos pro salute nostra tractans, et interim minis malorum, interim afflictionibus, interim beneficiis, interim bonorum promissionibus, nostram vitam lucrari quærit : et fatigatus quidem est talibus modis attentans nos corrigere : invenit autem alium modum regendi, qui ei et placuit, unde super illum sedit et requievit. Et quis ille? Fons baptismatis, in quo naturæ nostræ quasi Samaritanæ cuipiam benefecit. Fons autem iste baptismatis fons Jacob merito dicitur, hoc est supplantatoris. In fonte enim isto supplantamus diabolum, quia et Dominus in illo contrivit caput draconis, quem dedit escam populis Æthiopum [14]. Dracone autem isto non alii quidem pascuntur et oblectantur, quam obtenebrati et nigri animæ, et divinæ lucis non participes. Huic autem nostræ naturæ quinque viri conjuncti fuerunt, variæ scilicet leges a Deo datæ ei, nempe lex in paradiso, lex quæ tempore Noe, lex quæ data Abrahæ, lex quæ data Mosi, lex quæ data per prophetas. Nam et Noe post diluvium præceptum quoddam suscepit, et Abraham circuncisionem. Iis

A νον. Οὐ λέγει δὲ, ὅτι Οὗτός ἐστιν ὁ Χριστὸς, ἀπφαντικῶς, ἀλλὰ, « Μήτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός; » βουλομένη λοιπὸν αὐτοὺς ἐκείνους συμψήφους λαβεῖν, καὶ εὐπαραδεκτότερον ποιοῦσα τὸν λόγον. Εἰ γὰρ ἀπεφήνατο, ὅτι Οὗτός ἐστιν ὁ Χριστὸς, τυχὸν ἂν καὶ ἀπεδυσπέτησάν τινες, τὴν ψῆφον αὐτῆς ὡς διαβεβλημένης μὴ παραδεχόμενοι. Ἐνόησαν δέ τινες τοὺς πέντε ἄνδρας τῆς Σαμαρείτιδος εἶναι τὰ πέντε βιβλία, ἃ ἡ Σαμαρείτις μόνη παρεδέχετο. « Ὃν δὲ νῦν ἔχεις, » φησὶ, τουτέστιν, ὁ λόγος ὁ ἐμὸς, ὃν νῦν ἐξ ἐμοῦ δέχῃ, « οὐκ ἔστι σου ἀνήρ· » οὕπω γὰρ συνεζεύχθης, φησὶ, τῇ ἐμῇ τοῦ Ἰησοῦ διδασκαλίᾳ. Εἴποι δ' ἄν τις καὶ εἰς τύπον τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως λογίζεσθαι τὴν Σαμαρείτιν. Ἡ γὰρ φύσις ἡμῶν πάλαι μὲν ἐν ὄρει κατῴκει, τῷ νοῖ τῷ πλήρει τῆς

B θείας χάριτος. Πρὶν ἢ γὰρ ἁμάρτῃ ὁ Ἀδὰμ, πᾶσι θείοις ἐκεκόσμητο χαρίσμασι. Καὶ γὰρ καὶ προφήτης ἦν. Ἐγερθεὶς γὰρ ἀπὸ τοῦ ὕπνου, περί τε τῆς διαπλάσεως τῆς γυναικὸς, καὶ περὶ τῆς πρὸς αὐτὴν σχέσεως τοῦ ἀνδρὸς ἀπεφήνατο. Ἔφησε γάρ· « Τοῦτο νῦν ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστῶν μου· » καὶ ὅτι « Ἀντὶ τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα. » Ἦν μὲν οὖν ἡ φύσις ἡμῶν ἐν τῷ ὄρει τούτῳ, τῷ ὑψηλῷ νοΐ, ἀλλὰ προσκρούσασα τῷ Θεῷ, αἰχμάλωτος ἀπήχθη, καὶ τὸ μὲν σπέρμα τὸ ἅγιον, πᾶσαν ἔννοιαν λέγω θειοτέραν, ὁ αἰχμαλωτίσας ἡμᾶς διάβολος ἀπήγαγεν εἰς Βαβυλῶνα, τὴν σύγχυσίν φημι τοῦδε τοῦ κόσμου· ἀντενώχισε δὲ καὶ τοὺς βαρβαρικοὺς λογισμοὺς, οὓς οἱ

C λέοντες, οἱ βασιλεύοντες ἐν ἡμῖν ἀγαθοὶ λογισμοὶ, κατήσθιον, ἄχρις ἂν ἔπεισαν αὐτοὺς παραδέξασθαι τὰ τοῦ Θεοῦ λόγια. Ἀλλ' οὐδὲ ταῦτα ὁλοκλήρως· ἡ γὰρ κακία ἅπαξ ἐν τῷ ὄρει ἡμῶν, τῷ νοῖ λέγω, κατοικήσασα, ἐδέξατο μὲν τὰ Μωσέως, οὐχ ὁλοκλήρως δὲ τοῦ καλοῦ ἐγένετο, ἀλλὰ καὶ ἔτι ὑπὸ κατάραν ἦν. Ὁ τοίνυν Ἰησοῦς ὁδοιπορήσας, τουτέστι, πολλὰς ὁδοὺς οἰκονομιῶν καὶ τρόπους πρὸς ἡμετέραν σωτηρίαν μετελθὼν, καὶ ποτὲ μὲν ἀπειλαῖς, ποτὲ δὲ κακῶν πληγαῖς, ποτὲ δὲ εὐεργεσίαις, ἄλλοτε δὲ ἀγαθῶν ὑποσχέσεσι μεθοδεύων τὴν ἡμετέραν ζωὴν, ἀπέκαμε μὲν, τοιούτοις τρόποις ἐπιχειρῶν ἡμᾶς διορθώσασθαι, εὗρε δὲ καὶ ἄλλην οἰκονομίαν, ἐν ᾗ καὶ ἐκάθισε, καὶ ἐπανεπαύσατο ἀρεσθεὶς ταύτῃ. Ποίαν; Τὴν πηγὴν τοῦ βαπτίσμα-

D τος, ἐν ᾗ τὴν φύσιν ἡμῶν ὥσπερ τινὰ Σαμαρείτιν εὐηργέτησεν. Ἡ δὲ πηγὴ αὕτη τοῦ βαπτίσματος πηγὴ Ἰακὼβ εἰκότως ἂν λεχθείη, τουτέστι πτερνιστοῦ. Ἐν αὐτῇ γὰρ τῇ πηγῇ πτερνίζει τις τὸν διάβολον· ἐπεὶ καὶ ὁ Κύριος ἐν ταύτῃ συνέθλασε τὴν κεφαλὴν τοῦ δράκοντος, ὃν καὶ ἔδωκε βρῶμα λαοῖς τοῖς Αἰθίοψι. Τῷ γὰρ δράκοντι τούτῳ οὐκ ἄλλοι τινὲς ἐνευφραίνονται καὶ τρέφονται, εἰ μὴ οἱ ἐζοφωμένοι καὶ μέλανες τὴν ψυχὴν, καὶ τοῦ θείου φωτὸς ἀμέτοχοι. Ταύτῃ δὲ τῇ φύσει ἡμῶν πέντε ἄνδρες συνεζύγησαν· οἱ διάφοροι νόμοι, οἱ παρὰ τοῦ Θεοῦ

[13] Gen. xi, 23, 24. [14] Psal. lxxiii, 14.

(*a*) In edit. Lut. *quos solos Samaritani recipiunt.* In textu Græco leg. μόνα. Samaritis suis, qui unum Pentateuchum recipiebant, adhærebat mulier.

Digitized by Google

δοθέντες αὐτῇ, ὁ ἐν τῷ παραδείσῳ, ὁ ἐπὶ τοῦ Νῶε, ὁ ἐπὶ τοῦ Ἀβραάμ, ὁ ἐπὶ τοῦ Μωσέως, ὁ διὰ τῶν προφητῶν. Ὁ Νῶε γὰρ μετὰ τὸν κατακλυσμὸν διαταγήν τινα ἐδέξατο, καὶ ὁ Ἀβραὰμ τὴν τῆς περιτομῆς. Τούτοις οὖν τοῖς πέντε νόμοις συζυγεῖσα ἡ φύσις, καὶ ἕκτον προσέλαβεν ὕστερον ὃν οὐκ εἶχεν ἄνδρα, οὐδὲ συνεζύγη οὐδέπω, τὸν τῆς Καινῆς Διαθήκης. Νοήσειε δ' ἄν τις ἕκτον νόμον, ὃν ἄνδρα οὐκ εἶχεν ἡ φύσις, τὸν τῆς εἰδωλολατρείας. Τοῦτον γὰρ δὴ τὸν νόμον οὐκ εἶχεν ἐκ Θεοῦ δοθέντα αὐτῇ σύζυγον, ἀλλ' ὡς μοιχαλὶς ἐμίγνυτο τούτῳ. Διὸ καὶ ὁ προφήτης φησί· « Καὶ ἐμοιχῶντο ἐν τῷ ξύλῳ· » καὶ πάλιν· « Ἐξεπόρνευσαν ὀπίσω παντὸς ξύλου, » διὰ τὰ γλυπτὰ δηλαδὴ καὶ ταῖς δένδρα ἃ ἐτίμων. Εἰς τοσοῦτον γὰρ ἀνοησίας ἐξετραχηλίσθη ἡ φύσις, ὥστε καὶ δένδροις ὡραίοις διὰ τὸ κάλλος θύειν, κυπαρίσσοις καὶ πλατάνοις, καὶ τοῖς τοιούτοις. Ὅτε τοίνυν τὸν ἕκτον τοῦτον μοιχὸν ὁ ἄνθρωπος ἔστερξε, καὶ εἰς εἰδωλολατρείας ἐξωλίσθησε, τότε ὁ Κύριος ἐλθὼν ἀπαλλάττει ἡμᾶς ταύτης· διὸ καί φησιν· « Ὃν νῦν ἔχεις. » Καὶ γὰρ ὄντως κατὰ τοὺς τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας χρόνους εἰς Ἑλληνισμὸν καὶ Ἰουδαίων οἱ σοφώτεροι ἐξετράπησαν· καὶ δηλοῖ ἡ τῶν Φαρισαίων αἵρεσις, εἱμαρμένῃ καὶ ἀστρολογίᾳ πιστεύουσα. Ἔστι δὲ Σαμαρείτις καὶ πᾶσα ψυχὴ ἡ ταῖς πέντε αἰσθήσεσιν ἀλόγως ὑποζυγεῖσα, εἶτα καὶ τὴν περὶ τὰ ὄφματα σφαλερώτατα, οἷόν τινα ἕκτον μοιχὸν προσλαβομένη, ἣν ὁ Ἰησοῦς εὐεργετεῖ, εἴτε διὰ τοῦ βαπτίσματος, εἴτε διὰ τῆς πηγῆς τῶν δακρύων. Καὶ τὰ δάκρυα γὰρ φρέαρ τοῦ Ἰακὼβ ἂν λέχθειεν, τοῦ ἡμετέρου νοῦ, τοῦ πτερνίζοντος τὴν κακίαν. Ἐξ οὗ ὕδατος αὐτός τε ὁ νοῦς πίνει, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ οἱ λογισμοί, καὶ τὰ θρέμματα αὐτοῦ, τὰ ἄλογα μέρη τῆς ψυχῆς, θυμὸς καὶ ἐπιθυμία· τὰ γὰρ δάκρυα τῷ νῷ καὶ τοῖς λογισμοῖς καὶ τοῖς λοιποῖς εἰς ἀναψυχὴν γίνονται.

itaque quinque legibus conjuncta natura et sextam accepit, quam tamen non habebat ut virum. Nondum enim conjungebat sibi legem Novi Testamenti. Intellexerit **561** autem quis per sextam legem, quam ut virum non habebat natura, legem idololatriæ. Hanc enim legem non habebat a Deo datam sibi conjugem, sed velut adulterum jungebat sibi. Ideo et propheta dicit : « Et adulterabantur in ligno [15]. » Et iterum, « Fornicati post omne lignum [16], » propter sculptilia scilicet et arbores quas colebant. Eo enim dementiæ pervenerat natura, ut et arboribus pulchris propter pulchritudinem sacrificaret, cyparissis videlicet, et platanis, et similibus. Quando igitur sextum illum adulterum homines dilexerunt, et in idololatriam exciderunt, tunc Dominus veniens liberavit nos ab ea. Ideo et dicit, « Quem nunc habes. » Nam profecto tempore adventus Jesu Christi, etiam Judæorum sapientiores in gentilium errorem inciderant. Et manifestavit hoc Pharisæorum hæresis, quæ fato et astrologiæ credebat. Est et Samaritana omnis anima, quæ sensibus quinque imprudenter subjecta est, deinde periculosam doctrinam veluti sextum quemdam adulterum suscipit, cui Jesus benefacit, vel per baptismum, vel per fontem lacrymarum. Nam et lacrymæ fons Jacob dicuntur, mente nostra supplantante malitiam : ex qua aqua et ipsa mens bibit, et cogitationes ejus, quæ filii dicuntur, et pecora, seu irrationales partes animæ, ira et concupiscentia. Lacrymæ enim menti et cogitationibus et reliquis in refrigerium fluunt.

« Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ ἠρώτων αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, λέγοντες· Ῥαββεί, φάγε. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Ἐγὼ βρῶσιν ἔχω φαγεῖν, ἣν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε. Ἔλεγον οὖν οἱ μαθηταὶ πρὸς ἀλλήλους· Μήτις ἤνεγκεν αὐτῷ φαγεῖν; Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Ἐμόν βρῶμά ἐστιν, ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με καὶ τελειώσω αὐτοῦ τὸ ἔργον. » Ἠρώτων οἱ μαθηταὶ τὸν Κύριον, ἀντὶ τοῦ, παρεκάλουν, ὥστε φαγεῖν, οὐκ ἐκ προπετοῦς γνώμης, ἀλλ' ἐκ πολλῆς φιλοστοργίας τῆς πρὸς τὸν διδάσκαλον· καὶ γὰρ ἔβλεπον αὐτὸν κεκμηκότα ὑπὸ τῆς ὁδοιπορίας καὶ τῆς ἐπικειμένης φλογός. Ὁ δὲ Κύριος, γινώσκων ὅτι ἡ Σαμαρείτις μέλλει ἐπισπάσασθαι πᾶσαν σχεδὸν τὴν πόλιν πρὸς αὐτὸν, καὶ ὅτι πιστεύσουσιν αὐτῷ οἱ Σαμαρεῖται, « Ἐγὼ, φησὶ, βρῶσιν ἔχω φαγεῖν, » τουτέστι τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων· οὕτω γὰρ ταύτης ἐπιθυμῶ, ὡς οὐδεὶς ὑμῶν τῆς αἰσθητῆς βρώσεως. Ταύτην δὲ τὴν βρῶσιν, ἣν ἔχω φαγεῖν, ὑμεῖς οἱ μαθηταί μου οὐκ οἴδατε. Παχεῖς γὰρ ὄντες ἔτι, καὶ μὴ δυνάμενοι νοῆσαι τὰ αἰνιγματωδῶς ὑπ' ἐμοῦ λεγόμενα, οὐκ οἴδατε ὅτι βρῶσιν ὀνομάζω τὴν τῶν ἀνθρώπων σωτηρίαν. Καὶ ἄλλως δέ· Οὐκ οἴδατε ταύτην τὴν βρῶσιν· οὐ γὰρ γινώσκετε, ὅτι πιστεύσουσί μοι οἱ

Vers. 31-34. « Interea rogabant eum discipuli dicentes : Rabbi, comede. Ille autem dixit eis : Ego cibum habeo comedendum, quem vos nescitis. Dicebant ergo discipuli inter se : Num quis attulit ei quod ederet? Dicit ei Jesus : Meus cibus est, ut faciam quod vult is qui misit me, et perficiam opus ejus. » Rogabant discipuli Dominum, hoc est, obsecrabant ut comederet : non temeraria quadam mente, sed magna dilectione erga magistrum. Etenim videbant ipsum defatigatum ex itinere et caloro flagrante. Dominus autem sciens Samaritanam fere totam civitatem ad se evocaturam, et Samaritanos in se credituros : « Ego, inquit, cibum habeo comedendum, » hoc est, salutem hominum : quam tanto desiderio avebat, quanto nullus nostrum sensibilem cibum. Hunc autem cibum quem habeo comedere, vos discipuli mei nescitis. Crassi enim cum vos adhuc sitis, et intelligere nequeatis quæ obscurius a me dicuntur, nescitis quod cibum salutem hominum nominem. Et aliter : Hunc cibum nescitis, ignoratis enim quod Samaritani credituri sunt mihi et salvabuntur. Quid igitur discipuli? Adhuc dubitant num quis attulisset ei quod comedat. Non autem

[15] Jer. III, 6. [16] Ezech. XXIII, 37.

Digitized by Google

propter solitam ipsorum reverentiam erga illum interrogare audent. Porro ille quamvis ipsi non interrogassent, revelat **582** obscurius dictum, et dicit : « Meus cibus est, ut faciam voluntatem ejus qui me misit ; » voluntas enim Dei est salus hominum, « et perficiam opus ejus. » Prophetæ quidem et lex minime potuerunt perficere opus Dei. Imperfecti enim erant, utpote figuras et umbras futurorum continentes. At Dominus perfecit opus Dei, nostram dico salutem et renovationem. Forsitan et per opus Dei intelligere potes hominem, quem solus Filius Dei, ostensa natura nostra in seipso nullis peccatis obnoxia, perfecit, hoc est, declaravit perfectum et absolutum in omni bono opere per divinam in carne vitam : et usque ad finem vicit mundum. Et lex quoque Dei opus est, secundum quod digito Dei scripta [17] : quam legem perfecit Dominus. « Finis enim legis, Christus [18] : » quoniam cessare fecit omnia quæ in lege fiebant, et a corporali cultu ad spiritualem eam transtulit. Cæterum Dominus sæpe loquitur obscurius, ut attentiores faciat auditores, et excitet eos ad interrogandum et discendum quod obscure dicebatur. Cibum autem nominans hominum salutem, docet discipulos ut et ipsi cum ordinati sint in magistros orbis, minoris faciant corporalem cibum, omneque desiderium suum eo transferant, ut salvent homines. Observa autem quod et Dominus ipse accipiebat cibos a quibusdam propositos. Dicunt enim discipuli : « Num quis attulit ei ut comedat? » Non quasi opus habens aliorum ministerio, (quomodo enim aliorum indigeret ministerio, « qui dat escam omni carni [19]? ») sed ut afferentes mercedem habeant, et assuescant simul et ipsi alios pascere. Et interim dat exemplum omnibus hominibus, ut non erubescamus paupertatem, neque grave putemus si ab aliis pascamur, præsertim ii qui docent : et maxime necessarium est alios habere ciborum curatores, ut ipsi non divulsi curis, ministerio verbi vacemus : propterea et discipulis imperavit ut a discentibus pascantur.

Σκμαρεῖται, καὶ σωθήσονται. Τί οὖν οἱ μαθηταί ; Ἔτι διαποροῦσι, Μή τις ἤνεγκεν αὐτῷ φαγεῖν ; Οὐ τολμῶσι γὰρ, διὰ τὸ τὴν συνήθη αὐτοῖς εὐλάβειαν, πεῦσιν προσαγαγεῖν αὐτῷ. Ἐκεῖνος μέντοι, καίτοι ἐκείνων μὴ ἐρωτησάντων, ἀποκαλύπτει τὸ αἰνιγματωδῶς ῥηθὲν, καί φησιν· « Ἐμὸν βρῶμά ἐστιν, ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με (θέλημα γὰρ Θεοῦ ἡ τῶν ἀνθρώπων σωτηρία), καὶ τελειώσω αὐτοῦ τὸ ἔργον. » Οἱ μὲν γὰρ προφῆται καὶ ὁ νόμος οὐκ ἠδυνήθησαν τελειῶσαι τὸ τοῦ Θεοῦ ἔργον· ἀτελεῖς γὰρ ἦσαν, τύπους καὶ σκιὰς τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ἐμφαίνοντες. Ὁ δὲ Κύριος ἐτελείωσε τὸ τοῦ Θεοῦ ἔργον, τὴν ἡμετέραν λέγω σωτηρίαν καὶ ἀνακαίνισιν. Τάχα δέ μοι νόει Θεοῦ ἔργον τὸν ἄνθρωπον, ὃν ἐτελείωσε μόνος ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ἐν ἑαυτῷ ἀναμάρτητον ἀποδείξας τὴν φύσιν ἡμῶν καὶ ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ, διὰ τῆς ἐν σαρκὶ ζοίας πολιτείας τετελειωμένην καὶ ἀπηρτισμένην ἀποφήνας, καὶ ἄχρι τέλους νικήσας τὸν κόσμον. Καὶ ὁ νόμος δὲ Θεοῦ ἔργον ἐστὶ, καθὸ δακτύλῳ Θεοῦ ἐγράφη, ὃν νόμον ἐτελείωσεν ὁ Κύριος. Τέλος γὰρ νόμου Χριστὸς, ὡς πάντα τὰ ἐν τῷ νόμῳ τελούμενα καταπαύσας, καὶ ἀπὸ τῆς σωματικῆς λατρείας ἐπὶ τὴν πνευματικὴν ταῦτα μεταγαγών. Αἰνιγματωδῶς δὲ φθέγγεται πολλάκις ὁ Κύριος προσεκτικωτέρους ποιῶν τοὺς ἀκροατὰς, καὶ διεγείρων αὐτοὺς εἰς τὸ ἐρωτῆσαι καὶ μαθεῖν τὸ συγκεκαλυμμένως λεγόμενον. Βρῶσιν δὲ ὀνομάζων τὴν τῶν ἀνθρώπων σωτηρίαν, διδάσκει τοὺς μαθητὰς, ἵνα καὶ αὐτοὶ, ὅτε δὴ χειροτονηθεῖεν διδάσκαλοι τῆς οἰκουμένης, περὶ ἐλάττονος ποιῶνται τὴν σωματικὴν βρῶσιν, ὅλην τὴν ἐπιθυμίαν πρὸς τὸ σώζειν ἀνθρώπους μετενεγκόντες. Σημείωσαι δὲ, ὅτι καὶ τὰ παρά τινων προσφερόμενα βρώματα ἐδέχετο ὁ Κύριος. Φασὶ γὰρ οἱ μαθηταί· « Μή τις ἤνεγκεν αὐτῷ φαγεῖν ; » Τοῦτο δὲ ἐποίει, οὐχ ὡς χρῄζων τῆς παρ' ἑτέρων διακονίας, (πῶς γὰρ ὁ διδοὺς τροφὴν πάσῃ σαρκί ;) ἀλλ' ἵνα οἱ προσφέροντες μισθὸν ἔχωσι, καὶ συνεθισθῶσι καὶ ἄλλους τρέφειν, καὶ ἅμα τύπον διδοὺς πᾶσιν ἀνθρώποις τοῦ μὴ ἐπαισχύνεσθαι τὴν πτωχείαν, μηδὲ βαρὺ νομίζειν τὸ παρ' ἄλλων τρέφεσθαι. Ἴδιον δὲ τοῖς διδάσκουσι καὶ ἀναγκαιότατον τοῦτό ἐστι, τὸ ἄλλους ἔχειν τῆς τροφῆς φροντιστὰς, ἵν' αὐτοὶ ἀπερίσπαστοι ὄντες, διακονῶσι τὴν τοῦ λόγου διακονίαν. Διὸ καὶ τοῖς μαθηταῖς τοῦτο ἐπέταξε, τὸ παρὰ τῶν μαθητευομένων τρέφεσθαι.

Vers. 35-37. « Nonne vos dicitis : Adhuc quatuor menses sunt, et messis veniet? Ecce dico vobis, attollite oculos vestros, et videte regiones, quoniam albæ sunt jam ad messem. Et qui metit, mercedem accipit et congregat fructum in vitam æternam : ut et qui seminat, simul gaudeat, et qui metit. In hoc enim est sermo verus, quod alius est qui seminat, et alius est qui metit. Ego misi vos ad metendum quod vos non laborastis. Alii laboraverunt, et vos in labores eorum introistis. » Incipit nunc manifestius revelare discipulis ea quæ prius obscurius dixerat. Nam vos quidem, inquit, dicitis, hoc est putatis, quod messis sensibilis illa quatuor mensibus futura sit : ego autem dico vobis quod aderit spiri-

« Οὐχ ὑμεῖς λέγετε, ὅτι Τετράμηνόν ἐστι, καὶ ὁ θερισμὸς ἔρχεται ; Ἰδοὺ λέγω ὑμῖν, ἐπάρατε τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν, καὶ θεάσασθε τὰς χώρας, ὅτι λευκαί εἰσι πρὸς θερισμὸν ἤδη. Καὶ ὁ θερίζων, μισθὸν λαμβάνει, καὶ συνάγει καρπὸν εἰς ζωὴν αἰώνιον· ἵνα καὶ ὁ σπείρων ὁμοῦ χαίρῃ καὶ ὁ θερίζων. Ἐν γὰρ τούτῳ ὁ λόγος ἐστὶν ἀληθινὸς, ὅτι ἄλλος ἐστὶν ὁ σπείρων, καὶ ἄλλος ὁ θερίζων. Ἐγὼ ἀπέστειλα ὑμᾶς θερίζειν ὃ οὐχ ὑμεῖς κεκοπιάκατε. Ἄλλοι κεκοπιάκασι, καὶ ὑμεῖς εἰς τὸν κόπον αὐτῶν εἰσεληλύθατε. » Ἄρχεται νῦν σαφέστερον ἀνακαλύπτειν τοῖς μαθηταῖς τὰ αἰνιγματωδῶς προῤῥηθέντα. Ὑμεῖς μὲν γὰρ φησὶ, λέγετε, ἀντὶ τοῦ, νομίζετε, ὅτι ὁ θερισμὸς ἐν τῇ τετραμήνῳ ταύτῃ ἔρχεται, ὁ αἰσθητὸς δηλαδή·

[17] Deut. IX, 10. [18] Rom. X, 4. [19] Psal. CXXXV, 25.

Digitized by Google

ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ὅτι πάρεστιν ὁ νοητὸς θερισμός. Ταῦτα δὲ ἔλεγε διὰ τοὺς Σαμαρείτας ἤδη προσερχομένους αὐτῷ. Ἐπάρατε οὖν τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν, εἴτε τοὺς νοητοὺς, εἴτε τοὺς αἰσθητοὺς, καὶ θεάσασθε τὸ πλῆθος τῶν προσερχομένων Σαμαρειτῶν, καὶ τὰς εἰς τὴν πίστιν προθύμους καὶ ἑτοίμους ψυχὰς αὐτῶν, αἵτινες ὥσπερ χῶραι λευκασμέναι δέονται θερισμοῦ. Καθάπερ γὰρ οἱ στάχυες, ὅταν λευκανθῶσιν, ἕτοιμοι εἰς θερισμὸν, οὕτω καὶ οὗτοι πρὸς σωτηρίαν εἰσὶ παρεσκευασμένοι. « Καὶ ὁ θερίζων μισθὸν λαμβάνει, καὶ συνάγει καρπὸν εἰς ζωὴν αἰώνιον· ἵνα καὶ ὁ σπείρων ὁμοῦ χαίρῃ, καὶ ὁ θερίζων. » Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· Οἱ προφῆται ἔσπειραν, ἀλλ' οὐκ ἐθέρισαν. Οὐ μὴν διὰ τοῦτο ἀπεστέρηνται τῆς ἡδονῆς, ἀλλὰ σὺν ἡμῖν χαίρουσιν, εἰ καὶ μὴ σὺν ἡμῖν θερίζουσιν, ὅπερ ἐν τοῖς αἰσθητοῖς θερισμοῖς οὐκ ἔστιν. Ἐκεῖ γὰρ ἐὰν συμβῇ ἄλλον σπεῖραι, καὶ ἄλλον θερίσαι, λύπη τῷ μὴ θερίζοντι. Ἐν δὲ τοῖς πνευματικοῖς, οὐχ οὕτως· ἀλλὰ καὶ οἱ προφῆται προκηρύξαντες, καὶ προμαλάξαντες τῶν ἀνθρώπων τὰς γνώμας, χαίρουσι σὺν ἡμῖν τοῖς εἰς σωτηρίαν τοὺς ἀνθρώπους ἑφελκύσασι. Τὸ δὲ, « Ἐγὼ ὑμᾶς ἀπέστειλα θερίζειν, ὃ οὐχ ὑμεῖς κεκοπιάκατε, » διὰ τοῦτό φησιν ὁ Κύριος, ἵν' ὅταν ἀποστέλλῃ τοὺς μαθητὰς ἐπὶ τὸ κήρυγμα, μὴ θορυβηθῶσιν, ὡς εἰς πρᾶγμα ἐπίπονον ἀποστελλόμενοι. Τὸ γὰρ ἐπιπονώτερον, φησὶν, οἱ προφῆται ἀνεδέξαντο, ὑμεῖς δὲ ἐπὶ τὸ ἕτοιμον πέμπεσθε. Λόγον δὲ ἀληθινόν φησι, παροιμίαν τινὰ περιφερομένην παρὰ τῷ πλήθει, ὅτι « Ἄλλος ἐστὶν ὁ σπείρων, καὶ ἄλλος ὁ θερίζων. » Ὅρα δὲ, πῶς πάντα δεσποτικῶς λέγει καὶ ἐξουσιαστικῶς· « Ἐγὼ ἀπέστειλα ὑμᾶς θερίζειν. » Ἀκουέτωσαν οἱ περὶ Μαρκίωνα τὸν κατάρατον, καὶ Μάνεντα, καὶ τοὺς τοιούτους, οἱ τὴν Παλαιὰν Διαθήκην ἀπαλλοτριοῦσι τῆς Νέας· κἀντεῦθεν γὰρ ἐλέγχονται. Εἰ γὰρ ἀλλοτρία ἦν ἡ Παλαιὰ, πῶς οἱ ἀπόστολοι ἐθέρισαν τὰ τῶν προφητῶν; Ὥστε ἐπεὶ τὰ τῆς Παλαιᾶς οἱ ἀπόστολοι ἐθέρισαν, οὐκ ἀλλοτρία τῆς Καινῆς Διαθήκης ἐκείνη, ἀλλ' ἀμφότεραι μία. Ἀκουέτωσαν καὶ οἱ περὶ Ἄρειον πῶς ὡς Κύριος καὶ ἐξουσιαστὴς πέμπει τοὺς μαθητάς· πέμπει δὲ, ἵνα ἀπὸ τῶν γηΐνων θερίσωσι, καὶ ἐκτέμωσι τοὺς προστετηκότας αὐτοῖς καὶ Ἕλληνας καὶ Ἰουδαίους, καὶ εἰς τὰ ἄλω ἀποκομίζωσιν αὐτοὺς, τὴν Ἐκκλησίαν λέγω· ἐν ᾗ γενόμενοι διὰ τοῦ ἁλοᾶσθαι παρὰ τῶν βοῶν, τουτέστι τῶν διδασκάλων, καὶ ὑποκεῖσθαι αὐτοῖς, τρίβονται, καὶ πᾶν ἀσχυρῶδες, καὶ σαρκικὸν, καὶ τοῦ πυρὸς ὑπέγκαυμα ἀποβαλλόμενοι, καθαροὶ κόκκοι τῇ οὐρανίῳ ἀποθήκῃ ἐναποτίθενται, εἶτα καὶ βρῶμα γίνονται τοῦ Θεοῦ τῇ σωτηρίᾳ τούτων ἐνευφραινομένου. Οὕτως ὁ Παῦλος ἐθέριζε τῆς γῆς ἀποτέμνων, καὶ διδάσκων ἡμᾶς, ὅτι τὸ πολίτευμα ἡμῶν ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει. Χρῶνται δέ τινες καὶ ἐπὶ τῶν γερόντων χαριέντως τῷ, « Θεάσασθε τὰς χώρας, ὅτι λευκαί εἰσι πρὸς θερισμὸν, » διὰ τὰς πολιὰς δηλαδὴ, καὶ τὸν τοῦ θανάτου θερισμόν.

A tualis messis. Hæc autem dicebat propter 563 Samaritanos, qui jam veniebant ad ipsum. Attollite igitur oculos vestros, vel spirituales vel sensibiles, et spectate multitudinem Samaritanorum, et animas ipsorum ad fidem alacres et promptas, quæ quasi regiones albæ, opus habent messoribus. Nam sicut aristæ cum fuerint albæ, paratæ sunt ad messem, ita et hæ ad salutem sunt præparatæ. « Et metens mercedem accipit, et colligit fructum in vitam æternam, ut et seminans simul gaudeat, et metens : » quod hunc sensum habet, Prophetæ seminaverunt, sed non messuerunt, neque propterea privati sunt voluptate, sed nobiscum lætantur (*a*), et quamvis nobiscum non metant, id quod in sensibilibus messibus non est. Illic enim si evenerit quod alius se- B minat, et alius metit, tristitia est non metenti. In spiritualibus autem non sic, sed et prophetæ antea prædicaverunt, et præmolliverunt hominum mentes, unde vobiscum gaudent, qui homines ad salutem capitis. « Ego vos autem misi ut metatis quod vos non elaborastis, » propterea dicit Dominus, ne discipuli ad prædicationem missi turbentur quasi ad rem difficilem : nam quod onerosum erat, prophetæ susceperant; vos autem in præparata mittimini. At sermonem verum dicit, proverbium vulgo jactatum : « Alius est qui seminat, et alius qui metit. » Observa autem quomodo omnia ex auctoritate et dominio indicet. « Ego misi vos ad metendum. » Audiant maledicti Marcionitæ et Manichæi, et similes, C qui Vetus Testamentum a Novo abalienant; nam et hoc loco redarguuntur. Etenim si alienum fuisset Vetus, quomodo apostoli messuissent ea quæ a prophetis seminata? Unde quia apostoli messuerunt ea quæ in Veteri, non alienum est ipsum a Novo Testamento, sed utraque unum sunt. Audiant et Ariani, quomodo tanquam Dominus et potestatem habens mittat discipulos. Mittit autem ut de terrenis metant et exsecent eos qui terrenis affixi erant, tam gentiles quam Judæos, invehantque illos in aream, Ecclesiam dico, in qua conculcentur a bobus, hoc est doctoribus; et jaceant sub illis ac triturentur, cum omnes paleas, et ignis fomitem, et quidquid carneum est, abjecerint, et facti pura grana in cœlesti penu reponantur, ac deinde cibus fiant Dei, D qui gaudet in salute eorum. Ita Paulus messuit, a terra resecans, et docens nos quod municipatus noster in cœlis sit [10]. Cavillantur autem quidam hoc dicto lepide senes, videri regiones quod albæ sint ad messem, propter canos scilicet, et messem mortis.

« Ἐκ δὲ τῆς πόλεως ἐκείνης πολλοὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν τῶν Σαμαρειτῶν διὰ τὸν λόγον τῆς γυναικὸς μαρτυρούσης, ὅτι Εἶπέ μοι πάντα ὅσα ἐποίησα. Ὡς οὖν

Vers. 39-42. « Ex civitate autem illa multi Samaritanorum crediderunt in eum propter sermonem mulieris testificantis quod dixisset sibi omnia quæ-

[10] Philipp. III, 20.

(*a*) Edit. Lut. non habet, *sed nobiscum lætantur.*

Digitized by Google

cunque fecisset. Cum venissent ergo ad illum Samaritani, **564** rogaverunt eum ut apud se maneret : et mansit ibi duos dies, ac multo plures crediderunt propter sermonem ipsius, et mulieri dicebant : Jam non propter tuam orationem credimus : ipsi enim audivimus, et scimus quod hic est vere Salvator mundi Christus. » Propter sermonem mulieris multi Samaritani credunt, utpote prudenter apud se judicantes quod vitam suam mulier non vulgasset ad hoc ut gratificaretur alteri, nisi vere magnus quis esset et super multos qui ab illa prædicabatur. Ideo et fidem operibus commonstrantes, obsecrabant illum ut perpetuo apud ipsos esset. « Manere » enim hoc significat, perpetuum domicilium apud illos habere. Verum ille in hoc non obtemperat, sed ad duos tantum dies manet : unde « et multo plures crediderunt propter doctrinam ejus. » Tametsi evangelista non enarret particulatim mirabilia doctrinæ ejus verba, eventu tamen docet, ut intelligamus virtutem divinæ illius doctrinæ. Nam et multa alia et magna transeunt evangelistæ, eo quod non ad ostentationem, sed ad veritatem declarandam scribunt. Itaque cum Dominus esset apud Samaritanos, verisimile est eum diviniora quædam docuisse; unde nullo viso signo credunt, et obsecrant ut maneat. Judæi autem quamvis pluribus sermonibus et signis fruerentur, adhuc persequebantur, profecto « inimici hominis, domestici ejus [21]. » Vide item quomodo brevi multitudo præcellat eam a qua docta fuerat : non enim prophetam vocant, neque Salvatorem Israel, sed mundi : et cum articulo, « Hic est Salvator, » ille proprie et vere salvaturus omnes. Venerunt enim multi ut salvarent, et lex, et prophetæ et angeli; sed hic est ille verus Salvator.

Vers. 10-13. « Dixit autem Jesus : Facite ut homines discumbant. Erat autem gramen multum in eo loco. Discubuerunt ergo viri numero ferme quinquies mille. Accepit autem panes Jesus, cumque gratias egisset, distribuit discipulis ; discipuli vero, discumbentibus. Similiter et ex piscibus quantum volebant. Ut autem impleti sunt, dicit discipulis suis : Colligite quæ superfuerunt fragmenta, ne quid pereat. Collegerunt ergo, et impleverunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus hordeaceis, quæ superfuerant his qui comederant. » Jussit eos facere discumbere, quasi parata mensa. Discipuli autem quamvis prius increduli, attamen alacriter recumbere faciunt homines. « Erat autem gramen. » Quoniam ver erat : erat enim, inquit, Pascha, quod in primo mense veris perficiebatur. Porro soli viri numerantur ab evangelista, qui legis sequitur consuetudinem. Etenim et Moses a vigesimo anno et supra numeravit populum, nulla mentione facta mulierum : quo docetur omne quod virile et juvenile est, dignum censeri ut numeretur apud Deum. Et acceptis panibus gratias agit, ostendens quod ante cibum gratiæ agendæ sint Deo. Insuper quia turba erat, ideo coram turba gratias agit, ut omnibus persuadeat quod secundum voluntatem Dei advenerit, et quod non sit adversarius Deo, sed omnia referat in Patrem. Nam quando seorsum facit miraculum, nihil tale facit, etiamsi majus quoddam faciat : quando autem coram multis miraculum operatur, tunc ad Deum respicit. Ostendit autem quod non ex infirmitate hoc faciat, sed propter dispensationem quam diximus, ex eo quod majora faciat auctoritate quadam, et tanquam Dominus. Dicunt insuper quidam quod etiam propter hoc gratias egerit, ut ignoraretur a principe mundi usque ad tempus passionis, et ex hoc dæmon non cognosceret ipsum esse Deum, sed deciperetur, et inescaretur, atque sic per crucem conficeretur. Cæterum permittit Dominus ut supersint tot fragmenta, non propter ostentationem, absit : sed ne credatur per phantasmata satiatos esse homines, appareat autem **584** omnibus quod vere satiati fuerint, quandoquidem tot residua fuerint : atque propter hanc causam jussit etiam fragmenta colligi, ut videntes ea, miraculi facti magis essent memores. Oportet autem non solum mirari quod superfuerint, sed etiam quod non plures neque pauciores, quam qui numero pares

« Εἶπε δὲ ὁ Ἰησοῦς· Ποιήσατε τοὺς ἀνθρώπους ἀναπεσεῖν. Ἦν δὲ χόρτος πολὺς ἐν τῷ τόπῳ. Ἀνέπεσον οὖν οἱ ἄνδρες τὸν ἀριθμὸν ὡσεὶ πεντακισχίλιοι. Ἔλαβε δὲ τοὺς ἄρτους ὁ Ἰησοῦς, καὶ εὐχαριστήσας, διέδωκε τοῖς μαθηταῖς, οἱ δὲ μαθηταὶ τοῖς ἀνακειμένοις· ὁμοίως καὶ ἐκ τῶν ὀψαρίων ὅσον ἤθελον. B Ὡς δὲ ἐνεπλήσθησαν, λέγει τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· Συναγάγετε τὰ περιττεύσαντα κλάσματα, ἵνα μή τι ἀπόληται. Συνήγαγον οὖν, καὶ ἐγέμισαν δώδεκα κοφίνους κλασμάτων ἐκ τῶν πέντε ἄρτων τῶν κριθίνων, ἃ ἐπερίσσευσε τοῖς βεβρωκόσιν. » Ὡς ἑτοίμου τῆς τραπέζης οὔσης, ἐκέλευσεν αὐτοὺς εὐθέως ἀναπεσεῖν. Οἱ δὲ μαθηταὶ, καίτοι πρότερον ἀπιστοῦντες, ὅμως προθύμως κατακλίνουσι τοὺς ἀνθρώπους. « Ἦν δὲ χόρτος », ἔαρος ὄντος. Ἦν γάρ, φησὶ, τὸ Πάσχα· τοῦτο δὲ ἐν τῷ πρώτῳ τοῦ ἔαρος μηνὶ ἐτελεῖτο. Μόνοι δὲ οἱ ἄνδρες ἀριθμοῦνται παρὰ τοῦ εὐαγγελιστοῦ, τῇ νομικῇ συνηθείᾳ ἀκολουθοῦντος. Καὶ γὰρ καὶ Μωσῆς ἀπὸ εἰκοσαετοῦς καὶ ἀνωτέρω ἠρίθμησε τὸν λαὸν, μηδόλως μνημονεύσας γυναικῶν· δηλοῦντος τοῦ λόγου, ὅτι πᾶν ὅσον ἀνδρῶδες C καὶ νεανικὸν, τίμιον, καὶ ἄξιον ἀριθμοῦ παρὰ Θεῷ. Λαβὼν δὲ τοὺς ἄρτους εὐχαριστεῖ, δεικνὺς, ὅτι πρὸ τροφῆς εὐχαριστεῖν δεῖ τῷ Θεῷ· ἅμα δὲ καὶ ἐπειδὴ ὄχλος ἦν, διὰ τοῦτο εὐχαριστεῖ ἐνώπιον τοῦ ὄχλου, ἵνα πεισθῶσι πάντες, ὅτι κατὰ γνώμην Θεοῦ παρεγένετο, καὶ ὡς οὐκ ἔστιν ἀντίθεος, ἀλλὰ πάντα πρὸς τὸν Πατέρα ἀναφέρει. Ὅτε μὲν γὰρ κατὰ μόνας ποιεῖ σημεῖα, οὐδὲν τοιοῦτον ποιεῖ, καίτοι μείζω τελῶν· ὅταν δὲ ἐνώπιον πολλῶν θαυματουργῇ, τότε πρὸς τὸν Θεὸν ἀναβλέπει. Δείκνυσι δὲ, ὅτι οὐκ ἀσθενείᾳ τοῦτο ποιεῖ, ἀλλὰ δι' οἰκονομίαν, ἣν εἴπομεν, ἐκ τοῦ τὰ μείζονα δεσποτικῶς καὶ αὐθεντικῶς ποιεῖν. Λέγουσι δέ τινες διὰ τοῦτο αὐτὸν εὐχαριστεῖν, ἵνα λάθῃ τὸν τοῦ κόσμου ἄρχοντα ἄχρι καὶ τοῦ καιροῦ τοῦ πάθους, καὶ μὴ ἐντεῦθεν ἤδη οἰηθείη αὐτὸν Θεὸν, ἀλλ' ἀπατηθῇ, καὶ δελεασθῇ, καὶ οὕτω διὰ τοῦ σταυροῦ νεκρωθείη. Συγχωρεῖ δὲ ὁ Κύριος περισσεῦσαι (23) τοὺς ἄρτους, οὐ δι' ἐπίδειξιν· ἄπαγε! ἀλλ' ὥστε μὴ φαντασίᾳ νομισθῆναι τὸ κορεσθῆναι τοὺς ἀνθρώπους, ἀλλὰ πᾶσι φανῆναι, ὅτι τοσοῦτον ἀληθῶς ἐκορέσθησαν, ὥστε καὶ ἐπερίσσευσαν τοσαῦτα· διὰ ταύτην δὲ τὴν αἰτίαν καὶ τὰ κλάσματα κελεύει συναχθῆναι, ἵνα ὁρῶντες ταῦτα, τοῦ γεγονότος ἀναμιμνήσκωνται θαύματος ἐπὶ πλέον. Χρὴ δὲ οὐ μόνον θαυμάσαι, ὅτι ἐπερίσσευσαν, ἀλλὰ καὶ, τὴν ἀκρίβειαν τοῦ περισσεύματος, ὅτι οὔτε πλεῖον, οὔτε

Ex collatione codd. Venet. S. Marci.

(22) Cod. 31, Τὸ αὐτό ἐστι τῷ παρὰ τῷ Ματθαίῳ; Λέγομεν οὖν, ὅτι καὶ τὸ αὐτό ἐστιν.
(23) Idem cod., Περισσεῦσαι τοσαῦτα κλάσματα.

Digitized by Google

ἔλαττον, ἀλλ' ἰσαρίθμους τῶν μαθητῶν τοὺς κοφίνους τῶν λειψάνων ἐποίησε περιττεῦσαι· ἵνα πάντες βαστάσωσι, καὶ μηδὲ ὁ Ἰούδας ἄμοιρος καταλειφθείη, ἀλλ' ἔχῃ καὶ τοῦτο τὸ θαῦμα δεικτικὸν τοῦ εἶναι Θεὸν τὸν αὐτοῦ διδάσκαλον, καὶ ὠφεληθείη κἀκ τούτου, κἂν διὰ τὴν αὐτοῦ κακίαν εἰς κατάκρισιν μᾶλλον αὐτοῦ τοῦτο γέγονε· τὸν γὰρ τοσαῦτα περιττεύματα ποιήσαντα, ἐξ ὧν καὶ αὐτὸς κόφινον ἐβάστασε, τοῦτον προδέδωκεν. Οὐ γὰρ δὴ μάτην τοῖς ἀποστόλοις προσέταξε βαστάσαι τοὺς κοφίνους, ἀλλ' ἵνα ἀεὶ ἀναμιμνήσκωνται τοῦ θαύματος, ὡς μέλλοντες ἔσεσθαι διδάσκαλοι τῆς οἰκουμένης. Τὸ μὲν γὰρ πλῆθος, οὐδὲν μέγα ἐμέλλον καρπώσασθαι· παραυτίκα γὰρ ἐπελάθοντο τοῦ θαύματος, οὕτως ἦσαν ἀνόητοι· οἱ δὲ μαθηταὶ, οὐ τὰ τυχόντα ἐμέλλον κερδαίνειν. Μανθάνομεν δὲ ἀπὸ τοῦ γεγονότος μὴ μικροψυχεῖν ἐν ταῖς στενοχωρίαις τῆς πενίας, μηδὲ ὀειλιᾷν πρὸς φιλοξενίαν καὶ μετάδοσιν, ἀλλὰ πιστεύειν, ὅτι κἂν ἕνα ἄρτον ἔχωμεν, πληθυνεῖ τοῦτον ὁ τὰ τοσαῦτα περιττεῦσαι ποιήσας ἐκ πέντε ἄρτων. Κατ' ἀλληγορίαν δὲ, ὅτε ἐκπεφοίτηκε τῶν Ἱεροσολύμων ὁ Κύριος, κατὰ τὸ ἐν προφήταις εἰρημένον, « Ἐγκαταλέλοιπα τὸν οἶκόν μου, ἀφῆκα τὴν κληρονομίαν μου, » τότε δὴ εἰς τὴν Γαλιλαίαν τῶν ἐθνῶν ἄπεισιν, τοὺς ἐθνικοὺς προσλαμβανόμενος·, καὶ ὄχλος αὐτῷ πολὺς ἀκολουθεῖ. Ἄνεισι δὲ εἰς τὸ ὄρος, ἤτοι εἰς τὸν σταυρὸν, ἵνα πάντας ἑλκύσῃ πρὸς ἑαυτὸν, ἢ εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰς τὴν θεοπρεπῆ τιμὴν καὶ δόξαν. Ἀναληφθεὶς γὰρ εἰς οὐρανὸν, καὶ ὡς Θεὸς παρ' ἡμῶν δοξαζόμενος, καὶ μὴ ψιλὸς ἄνθρωπος, εἰς ὄρος ἀνελθεῖν λέγεται· ἡ γὰρ ὑψηλὴ περὶ αὐτοῦ ἔννοια, ὄρος. Διαδίδωσι δὲ ἡμῖν τοῖς ταῖς πέντε αἰσθήσεσιν ὑποπεπτωκόσι, τοὺς λογικοὺς ἄρτους πέντε καὶ αὐτοὺς ὄντας. Ἑκάστῃ γὰρ αἰσθήσει τὸν πρόσφορον ἄρτον δίδωσι, ἤτοι τὸν λόγον· ὡς καὶ Παῦλος λέγει· « Θέλω πέντε λόγους ἐν Ἐκκλησίᾳ λαλῆσαι, τοὺς ταῖς πέντε δηλαδὴ αἰσθήσεσιν ἁρμόζοντας πρὸς διόρθωσιν. » Οὐ μέντοι δυνάμεθα τούτους τοὺς πέντε λόγους ὅλους καταφαγεῖν, ἀλλὰ καὶ περιττεύουσιν. Οὐ γάρ τις δύναται ἡμῶν ὅλους τοῦ μυστηρίου τοὺς λόγους χωρῆσαι, ἀλλὰ τὰ ἡμῖν τοῖς ὑλικωτέροις ἀνέφικτα καὶ ἄβρωτα οἱ ἀπόστολοι βαστάζουσιν, ὥσπερ, ἐν τισι κοφίνοις, ταῖς ἑαυτῶν δικαίαις ψυχαῖς. Οἱ γὰρ κόφινοι, ἐκ βαΐων φοινικίνων· « Δίκαιος δὲ, ὡς φοῖνιξ ἀνθήσει. »

A essent discipulis cophini reliquiarum, ut omnes gestent, et neque Judas ipse expers relinquatur, sed habens etiam hoc miraculum quod monstret sibi Deum esse magistrum, inde utilitatem capiat: quamvis etiam hoc propter malitiam ejus in condemnationem ipsius cesserit; eum enim qui tantas reliquias fecerat, de quibus et ipse cophinum portavit, prodidit. Non enim sine causa imperavit apostolis ut cophinos gestarent, sed ut semper memores essent miraculi, utpote magistri orbis futuri. Nam multitudo quidem non magnam utilitatem perceptura erat, statim enim obliviscebatur miraculi; at discipuli non vulgare lucrum inde habituri erant. Discamus item ex hoc miraculo ne pusillanimes simus in angustiis et paupertate, neque timidi simus B in hospitalitate et communione; sed credamus quod etiam si unum tantum panem habeamus, illum multiplicaturus sit, qui ex quinque panibus tantum superesse fecit. Per allegoriam autem Dominus quando exivit Hierosolyma, secundum quod in prophetis dictum est [37]: « Dereliqui domum meam, reliqui hæreditatem meam: » tunc sancta in Galilæam gentium vadit, gentes suscipiens, et turba illum magna sequitur. Ascendit autem in montem, hoc est crucem, ut ad se rapiat omnes vel in cœlum, ad honorem et gloriam Deo dignam. Ut enim ascendit in cœlos et glorificari cœpit a nobis ut Deus, et non ut nudus homo, in montem ascendisse dicitur. Sublimis enim de illo opinio, mons est. Dat autem nobis, quicunque sensibus C subjecti sumus, rationales panes quinque, quia et ipsi quinque sunt: unicuique enim sensui convenientem panem dat, hoc est sermonem: sicut et Paulus dicit [38]: « Volo quinque sermones in Ecclesia loqui qui quinque sensuum ædificationi conveniant. » Non possumus autem quinque sermones integros capere, sed ex eis abundant reliquiæ. Nullus enim potest integros mysteriorum sermones capere, sed quæ nos capere et comedere utpote carnales non possumus, apostoli gestant, quasi in quinque cophinis, suis justis animabus. Cophini ex ramis palmarum sunt; « Justus autem ut palma florebit [39]. »

« Οἱ οὖν ἄνθρωποι, ἰδόντες τὸ σημεῖον ὃ ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, ἔλεγον ὅτι, Οὗτός ἐστιν ἀληθῶς ὁ προφήτης ὁ ἐρχόμενος εἰς τὸν κόσμον. Ἰησοῦς οὖν, γνοὺς ὅτι μέλλουσιν ἔρχεσθαι, καὶ ἁρπάζειν αὐτὸν, ἵνα ποιήσωσιν αὐτὸν βασιλέα, ἀνεχώρησε πάλιν εἰς τὸ ὄρος αὐτὸς μόνος. » Ὅρα τὴν γαστριμαργίαν τοῦ πλήθους· μυρία θαύματα ποιήσαντος τοῦ Ἰησοῦ, καὶ θαυμασιώτερα, οὐκ ἐθαύμαζον· καὶ ἰδοὺ διὰ τὴν βρῶσιν, « Οὗτος, φασὶν, ἐστὶν ὁ προφήτης. » Οὐκ ἔτι αὐτῷ περὶ τῆς τοῦ Σαββάτου παραβάσεως ἐγκαλοῦσιν, οὐκ ἔτι τὸν νόμον ἐκδικοῦσιν· ἀλλὰ τοσοῦτον διὰ τοὺς ἄρτους αὐτὸν τιμῶσιν, ὥστε οὐ μόνον προφήτην ἀναγορεύουσιν, ἀλλὰ καὶ βασιλείας

D Vers. 14, 15. « Illi ergo homines cum vidissent quod Jesus fecerat signum, dicebant: Hic est vere propheta ille qui venturus est in mundum. Jesus ergo cum cognovisset quod venturi essent, ac rapturi ipsum ut facerent ipsum regem, secessit iterum ipse in montem solus. » Vide gulam vulgi, cum fecisset innumera miracula, et 585 mirabiliora, non admirabantur, et ecce propter cibum dicunt, « Hic est ille propheta. » Non amplius eum de Sabbati violatione arguunt, non ultra legem vindicant, sed adeo illum propter panes colunt, ut et eum non solum prophetam prædicent, sed et dignum regno censeant. At ille fugit, erudiens nos mundanas con-

[37] Jerem. XII, 7. [38] I Cor. XIV, 19. [39] Psal. CXI, 13.

Digitized by Google

temnere dignitates. « Secedit autem in montem ipse solus, » nullo discipulorum assumpto, quo illorum probaret desiderium, num ferrent sui absentiam.

Vers. 16-21. « At ubi jam vespera esset, descenderunt discipuli ejus ad mare, et conscensa navi, venerunt trajecto mari ad oppidum Capernaum. Jamque tenebræ erant, nec venerat ad eos Jesus. Mare autem vento magno flante intumescebat. Cum remigassent ergo ferme stadia viginti quinque aut triginta, vident Jesum ambulantem super mare et appropinquantem navi, ac timuerunt. Ille autem dicit eis: Ego sum, nolite timere. Voluerunt ergo recipere eum in navim, et illico navis appulerat terræ ad quam ibant. » Dominus quidem ascendit in montem solus, ut, sicut diximus, probet desiderium discipulorum an inquirant eum. At illi exspectabant usque ad vesperam sperantes venturum ipsum : et cum non veniret, non tolerabant, sed desiderio quærendi illum accensi conscendunt in navim. Non enim temere et forte evangelista tempus manifestavit, sed per hoc vehementem illorum charitatem declaravit, quod neque vespera eos retinuerit. Permisit autem eos tempestate periclitari, ut facta post tempestatem tranquillitate, miraculo magis lætarentur, et indelebilis memoria sui, illorum pectoribus insideret. Assistit autem illis cum tempestas esset, et sermone timorem ejiciens et tranquillitatem in mari faciens, duplicem serenitatem operatur, sedando tam animarum quam maris turbationem. Porro in navem non ascendit miraculum majus facere volens. Vide enim tria miracula : unum, quod ambularit super mare; secundum, quod compescuerit fluctus; tertium, quod statim navem fecerit esse in terra in quam ibant, quamvis multum abesset a terra cum assisteret ei Dominus. Igitur transierunt quidem Judæi mare Rubrum, duce Mose [40]; verum ille ut servus omnia faciebat et precabatur; at hic omni cum potestate. Et illic flante austro cedebat aqua, ut quasi in arida daret transitum; hoc autem loco majus miraculum fit. Manens enim in sua natura mare, in superficie sua ferebat Dominum, ut impleretur propheticum [41] : « Qui ambulat super mare ut super pavimentum. » Multi autem et nunc sumus in spiritualibus tenebris, et periclitamur in spirituali mari submergi; sed excipiamus Christum, et omnino a periculis salvabimur. Et quamvis sæpe tumultus excitent nobis quidam, vel diaboli, vel homines tentantes nos, et per terrores molientes **586** nos concutere, audiamus tamen Christum clamantem : « Ne timeatis, ego sum. » Quod autem dicit, hunc habet sensum : Terribilia quidem prætereunt, ideo ne timeatis ea quæ prætereunt : *Ego* autem *sum*, hoc est semper manens, et sicut Deus ego sum ille qui est. Itaque quia terribilia quidem temporaria sunt,

[40] Exod. xiv, 22. [41] Psal. lxv, 6.

A ἄξιον οἴονται. Ἀλλ' ἐκεῖνος φεύγει, παιδεύων ἡμᾶς τῶν κοσμικῶν καταφρονεῖν ἀξιωμάτων. Ἀναχωρεῖ δὲ εἰς τὸ ὄρος αὐτὸς μόνος, μηδένα τῶν μαθητῶν παραλαβών· ὡς ἂν αὐτῶν τὸν πόθον δοκιμάσῃ, καὶ εἰ μὴ φέρουσι τὴν αὐτοῦ στέρησιν.

« Ὡς δὲ ὀψία ἐγένετο, κατέβησαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἰς τὴν θάλασσαν. Καὶ ἐμβάντες εἰς τὸ πλοῖον, ἤρχοντο πέραν τῆς θαλάσσης εἰς Καπερναούμ. Καὶ σκοτία ἤδη ἐγεγόνει, καὶ οὐκ ἐληλύθει πρὸς αὐτοὺς ὁ Ἰησοῦς. Ἥ τε θάλασσα ἀνέμου πνέοντος διηγείρετο. Ἐληλακότες οὖν ὡς σταδίους εἰκοσιπέντε ἢ τριάκοντα, θεωροῦσι τὸν Ἰησοῦν περιπατοῦντα ἐπὶ τῆς θαλάσσης, καὶ ἐγγὺς τοῦ πλοίου γενόμενον· καὶ ἐφοβήθησαν. Ὁ δὲ λέγει αὐτοῖς· Ἐγώ εἰμι, μὴ φοβεῖσθε. Ἤθελον οὖν λαβεῖν αὐτὸν εἰς τὸ πλοῖον, B καὶ εὐθέως τὸ πλοῖον ἐγένετο ἐπὶ τῆς γῆς εἰς ἣν ὑπῆγον. » Ὁ μὲν Κύριος ἀνεισιν εἰς τὸ ὄρος μόνος, ἵνα, καθὼς εἴπωμεν, δοκιμάσῃ τὸν πόθον τῶν μαθητῶν, εἰ ἐπιζητοῦσιν αὐτόν. Οἱ δὲ, περιμένουσι μὲν αὐτὸν ἄχρι; ὀψίας, προσδοκῶντες ἥξειν αὐτόν· μὴ ἐλθόντος δὲ, οὐκ ἀνέχονται, ἀλλὰ πρὸς ζήτησιν αὐτοῦ τῷ πόθῳ κεντούμενοι, ἐμβαίνουσιν εἰς τὸ πλοῖον. Οὐ γὰρ ἁπλῶς, καὶ ὡς ἔτυχεν, ὁ εὐαγγελιστὴς τὸν καιρὸν ἐδήλωσεν, ἀλλὰ διὰ τούτου τὴν σφοδρὰν ἀγάπην αὐτῶν ἐμφαίνων, ὅτι οὐδὲ ἑσπέρα αὐτοὺς κατέσχεν. Ἀφίησι δὲ αὐτοὺς χειμασθῆναι, ἵνα ἐκ τοῦ κλύδωνος γαλήνης ἐπιγενομένης, τῷ γεγονότι μᾶλλον ἐπευφρανθῶσι, καὶ ἀνεπίληστος ἡ μνήμη τούτου ταῖς αὐτῶν καρδίαις ἐνσημανθῇ. Ἐφίσταται δὲ αὐτοῖς χειμαζομένοις, καὶ διὰ τοῦ λόγου τόν τε φόβον C ἐκβάλλει, καὶ ἅμα γαλήνην τῇ θαλάσσῃ ἐμποιεῖ· καὶ διπλῆν εὐδίαν ἐργάζεται, τῶν τε ψυχῶν αὐτῶν καὶ τῆς θαλάσσης πραΰνας τὴν ταραχήν. Οὐκ ἀνέβη δὲ εἰς τὸ πλοῖον, τὸ θαῦμα μεῖζον ἐργάσ[ασθ]αι βουλόμενος. Ὅρα γὰρ τρία τὰ θαύματα· ἓν, ὅτι περιεπάτει ἐπὶ τῆς θαλάσσης· δεύτερον, ὅτι κατεστόρεσε τὰ κύματα· τρίτον, τὸ εὐθέως; ποιῆσαι γενέσθαι τὸ πλοῖον ἐπὶ τὴν γῆν, εἰς ἣν ὑπῆγον, καίτοι πολὺ ἀπεῖχε τῆς γῆς, ὅτε τούτῳ ἐπέστη ὁ Κύριος. Διέβησαν μὲν οὖν καὶ Ἰουδαῖοι τὴν Ἐρυθρὰν, Μωσέως ἡγουμένου. ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν ὡς δοῦλος πάντα εἰργάζετο καὶ εὐχόμενος· οὗτος δὲ, μετ' ἐξουσίας ἁπάσης. Κἀκεῖ μὲν νότου πνεύσαντος, εἶξε τὸ ὕδωρ, ὥστε ἐπὶ ξηρᾶς ποιῆσαι παρελθεῖν· D ἐνταῦθα δὲ, μεῖζον τὸ θαῦμα ἐγένετο. Μένουσα γὰρ ἐπὶ τῆς οἰκείας φύσεως ἡ θάλασσα, οὕτως ἔφερε τὸν Δεσπότην ἐπὶ τῶν νώτων, ἵνα πληρωθῇ τὸ προφητικόν· « Ὁ περιπατῶν ἐπὶ θαλάσσης ὡς ἐπὶ ἐδάφους. » Πολλοὶ καὶ νῦν ἐσμεν ἐν σκότῳ τῷ νοητῷ, καὶ κινδυνεύομεν ἐν τῇ θαλάσσῃ τῇ νοητῇ καταπίγεσθαι· ἀλλ' ὑποδεξώμεθα Χριστὸν, καὶ πάντως σωθησόμεθα ἀπὸ τῶν κινδύνων· κἂν πολλάκις φόβους ἐπεισάγωσιν ἡμῖν τινες, πειράζοντες ἡμᾶς ἢ δαίμονες, ἢ ἄνθρωποι, καὶ διὰ τὸν φόβον πειρῶντες ἡμᾶς κατασείειν, ἀκούσωμεν τοῦ Χριστοῦ βοῶντος· « Μὴ φοβεῖσθε, ἐγώ εἰμι. » Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστι· Τὰ μὲν φοβερὰ παρέρχονται, διὸ μὴ φοβεῖσθε

Digitized by Google

τὰ παρερχόμενα. Ἐγω δέ εἰμι, τουτέστιν, ἀεὶ μένω, καὶ ὡς Θεὸς ἐγὼ τυγχάνω ὁ ὤν. Ἐπεὶ τοίνυν τὰ μὲν φοβερὰ πρόσκαιρα, καὶ οὐκ ἀληθῶς ὄντα, ἐγὼ δέ εἰμι, ἀντὶ τοῦ, μένω, καὶ οὐδέποτε παρέρχομαι, ἀλλ' ἀληθῶς εἰμι, μὴ προδῶτε τὴν εἰς ἐμὲ πίστιν διὰ τὰ πρόσκαιρα. Ὅρα δέ μοι, πῶς οὐκ ἐν ἀρχῇ τοῦ κινδύνου, ἀλλ' ἐν ἀκμῇ ἐπιφαίνεται ὁ Χριστὸς, καὶ λύει τὸν φόβον. Ἐᾷ γὰρ ἡμᾶς ἐν μέσοις γενέσθαι τοῖς δεινοῖς, ἵνα παλαίσαντες τῇ θλίψει, καὶ πιεσθέντες, δοκιμώτεροι γενώμεθα· καὶ ἵνα κινήσαντες πᾶσαν τὴν ἡμετέραν δύναμιν καὶ σοφίαν, καὶ εὑρόντες αὐτὴν ἀσθενῆ, πρὸς ἐκεῖνον καταφεύγωμεν μόνον, τὸν ἐξ ἀπροσδοκήτων σώζειν δυνάμενον. Ὅτε γὰρ ὁ ἀνθρώπινος ἀποκάμῃ νοῦς, τότε ἡ ἐκ Θεοῦ σωτηρία ἀθρόον ἐπιγενομένη, παρασκευάζει ἡμᾶς πρὸς ἐκεῖνον πέτασθαι μόνον τὸν σώζοντα, καὶ μὴ ἑαυτοῖς τὴν σωτηρίαν ἐπιγράφεσθαι. Εἰ θελήσωμεν δὲ καὶ εἰς τὸ πλοῖον ἡμῶν λαβεῖν τὸν Χριστὸν, τουτέστι, κατοικίσαι τὸν Χριστὸν ἐν τῇ καρδίᾳ ἡμῶν, εὐθὺς εὑρεθησόμεθα ἐν τῇ γῇ, εἰς ἣν ἀπαγόμεθα. Ποία δὲ ἡ γῆ ἐστιν αὕτη; Ἡ πάντως ἡ γῆ τῆς ἐπαγγελίας, ὁ οὐρανὸς, ἡ γῆ τῶν πρᾳέων, καὶ ἀπὸ πάσης κακίας εἰρηνευσάντων.

A et non vere sunt, ego autem sum, hoc est maneo, et nunquam prætereo, et vere sum, ne prodatis vestram in me fidem propter temporalia. Vide autem, obsecro, quomodo non statim ab initio periculi, sed in fervore apparet Christus et solvit metum. Sinit enim nos in mediis esse periculis, ut cum certaverimus in tribulatione et pressi fuerimus, probatiores fiamus, et ut cum moverimus omnem nostram virtutem et sapientiam, invenerimusque eam infirmam, ad illum confugiamus solum, qui ex inexspectatis salvare poterit. Nam cum humana mens fatigata fuerit, tunc divina salus repente subvenit, ac parat nos ut ad illum solum fugiamus, qui salvare potest, et non nobisipsis ascribamus salutem. Si voluerimus autem et nos B in navim nostram suscipere Christum, hoc est habitationem dare Christo in corde nostro, statim inveniemur in terra in quam abimus. Quæ autem terra ista? Omnino terra promissionis, cœlum, quæ est terra mitium, et eorum qui liberati a malitia, in pace vivunt.

« Τῇ ἐπαύριον ὁ ὄχλος ὁ ἑστηκὼς πέραν τῆς θαλάσσης, εἰδὼς ὅτι πλοιάριον ἄλλο οὐκ ἦν ἐκεῖ, εἰ μὴ ἓν ἐκεῖνο εἰς ὃ ἐνέβησαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, καὶ ὅτι οὐ συνεισῆλθε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ὁ Ἰησοῦς εἰς τὸ πλοιάριον, ἀλλὰ μόνοι οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἀπῆλθον. Ἄλλα δὲ ἦλθε πλοιάρια ἐκ τῆς Τιβεριάδος ἐγγὺς τοῦ τόπου, ὅπου ἔφαγον τὸν ἄρτον, εὐχαριστήσαντος τοῦ Κυρίου. ὅτε οὖν εἶδεν ὁ ὄχλος, ὅτι Ἰησοῦς οὐκ ἔστιν ἐκεῖ, οὐδὲ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ἐνέβησαν καὶ αὐτοὶ εἰς τὰ πλοιάρια καὶ ἦλθον εἰς Καπερναοὺμ, ζητοῦντες τὸν Ἰησοῦν. Καὶ εὑρόντες αὐτὸν πέραν τῆς θαλάσσης, εἶπον αὐτῷ· Ῥαββεὶ, πότε ὧδε παραγέγονας; Ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν· Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ζητεῖτέ με, οὐχ ὅτι εἴδετε σημεῖα, ἀλλ' ὅτι ἐφάγετε ἐκ τῶν ἄρτων, καὶ ἐχορτάσθητε. » Πεζεύων μὲν ὁ Ἰησοῦς ἐπὶ τῆς θαλάσσης, ἀπῆλθεν εἰς τὸ πέραν. Οἱ δὲ ὄχλοι τῇ ἐπαύριον ζητοῦντες αὐτὸν, καὶ ἰδόντες, ὅτι πλοῖον ἓν ἦν τὸ τοὺς μαθητὰς ὑποδεξάμενον, εἰς ὃ οὐ συνεισῆλθεν ὁ Ἰησοῦς, εἰς ἔννοιαν ἦλθον τοῦ θαύματος, καὶ ὑπενόουν, ὅτι τὴν θάλασσαν πεζεύων, παρεγένετο εἰς τὸ πέραν. Εἰ μὲν γὰρ καὶ ἄλλο πλοῖον ἦν, εἰκὸς ἦν ὑπονοῆσαι, ὅτι τοῖς μαθηταῖς οὐ συνέπλευσεν, εἰς ἐκεῖνο δὲ εἰσελθὼν, διεπέρασε. Νῦν δὲ, ἑνὸς ὄντος τοῦ πλοίου τοῦ τοὺς μαθητὰς μόνους, καὶ μὴ τὸν Κύριον, ὑποδεξαμένου, πρόδηλον τὸ θαῦμα. Ταῦτα τοίνυν ἐννοήσαντες οἱ ὄχλοι, ἐπειδὴ εὗρον ἄλλα πλοιάρια ἐκ τοῦ πέραν ἐλθόντα, ἐνέβησαν ἐν ἐκείνοις, καὶ εἰς Καπερναοὺμ διεπέρασαν· ἔνθα δὴ τὸν Κύριον εὑρόντες, οὐ προσπίπτουσι, καὶ δέονται μαθεῖν πῶς διέβη, οὐδὲ ζητοῦσι περὶ τούτου τοῦ σημείου, ἀλλ' οὕτω χαύνως φασί· « Πότε ὧδε παραγέγονας; » Οἱ γὰρ ζητοῦντες αὐτὸν ἁρπάσαι καὶ ποιῆσαι βασιλέα, εὑρόντες αὐτὸν, οὐδὲν τοιοῦτον βουλεύονται· ἀλλὰ τὸ θαῦμα ἐκβάλλοντες, ἄλλης ζητοῦσι τραπέζης ἀπολαύειν, οἵας καὶ πρότερον. Διὸ καὶ ὀνειδίζονται παρὰ

Vers. 22-26. « Postero die, turba quæ stabat trans mare, vidit quod navicula alia non esset ibi nisi una illa in quam ingressi fuerant discipuli ejus, et quod non introisset Jesus cum discipulis suis in naviculam, sed soli discipuli ejus abiissent. Aliæ vero supervenerunt naviculæ a Tiberiade juxta locum ubi comederant panem, postquam gratias C egisset Dominus. Cum ergo vidisset turba quod Jesus non esset ibi, neque discipuli ejus, ascenderunt et ipsæ in naviculas et venerunt Capernaum, quærentes Jesum. Et cum invenissent eum trans mare, dixerunt ei : Rabbi, quando huc venisti? Respondit eis Jesus et dixit : Amen, amen dico vobis, quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia comedistis de panibus, et saturati estis. » Jesus quidem pedestri itinere super mare abiit in regionem, quæ trans mare. Turbæ autem, die postero, cum quæsivissent illum, et vidissent quod una tantum navis adfuisset, in quam ingressi fuerant discipuli, et non Jesus ipse, cogitaverunt apud se hoc miraculum, et suspicati sunt D quod mare pedes transierit. Nam si quidem et alia navis adfuisset, verisimile potuisse eos cogitare, quod cum discipulis non navigarit, sed in aliam ingressus transferat. Nunc autem cum una tantum fuerit, quæ discipulos solos, et non Dominum exceperit, **587** manifestum est miraculum. Igitur turbæ hæc intellexerunt; et post invenerunt alias naves quæ trajecerant, et ascenderunt in illas et in Capernaum transfretarunt. Illic autem invento Domino, non supplicant et rogant ut discant quomodo transierit, neque quæsierunt de hoc signo, sed remisse dicunt : « Quando huc venisti? » Nam qui quærebant illum rapere et facere regem, invento eo nihil tale deliberant; sed abjecto miraculo inquirunt magis frui mensa alia quali et prius : propter-

Digitized by Google

ea exprobrat eis Dominus. « Quæritis enim me, inquit, eo quod de panibus comedistis; » et ideo mei teneamini desiderio, ut iterum vobis mensam parem. Observa autem, quod quamvis redarguat eos, non tamen dura utitur reprehensione. Non enim dixit, O mancipia ventris, et gulosi, sed cum mansuetudine; corrigere enim volens, arguit illos : simul autem et per hoc quod detegit occulta cordis illorum, ad majorem illos adducere volens fidem. Quod autem emendatio illorum fuerit reprehensio, manifestum ex sequentibus. Utilissimam enim eis doctrinam facit et dicit :

Vers. 27. « Operemini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem Filius hominis dabit vobis. Hunc enim Pater consignavit Deus. » Vos quidem, inquit, quæritis me propter panes, quia cibum illum desideratis. Oportet autem vos non omnino deditos esse ventri, sed maxime spiritualium agere curam, et non omnem sollicitudinem in corporalem cibum insumere. Nam illum vocavit « cibum qui perit. » Nam quia multi sunt cupientes ignavi vivere, et maxime Masseliani, qui usi sunt hoc dicto ad patrocinium suæ ignaviæ, operæ pretium fuerit declarare hoc dictum : non enim hoc dixit Dominus noster Jesus Christus, ut corporalem quidem operationem ab eis velit amovere, et ipsos ad otium cogere : « Omnem enim malitiam docuit otiositas [43], « et si oportet evidenter dicere, ipsum otiosè velle vivere, cibus est qui perit : et ita eum qui Christum sequitur, oportet operari ut habeat quod et aliis communicet : hoc enim habet mercedem, et promissionem futuri regni. Et quomodo igitur, inquiunt, dicit Dominus quod non oporteat operari cibum qui perit? Continuum circa cibos studium rejiciens, et ad spiritualia nos parum inducens. Profecto, dicunt, quod per hoc Dominus corporalem operationem excludit, id quoque manifestum ex hoc quod ad Martham dicit [44] : « Martha, sollicita es et turbaris, unum autem opus est : Maria bonam partem elegit; » et iterum [45] : « Ne solliciti sitis in crastinum. » Et hæc quidem afferunt hi qui per ignaviam pasci vellent. Nos autem quid dicimus? Dictum **588** ad Martham non de opere est et operatione vel otio, sed de temporis observatione, et ne tempus audiendi insumatur in occupationes parandorum ciborum. Persuadet igitur ei ne perdat tempus doctrinæ frustra propter occupationem in his quæ ventris sunt. Quod autem dicit, « Ne solliciti sitis : » neque hoc dicto operationem rejecit. Aliud enim sollicitudo est, et aliud operatio. Fieri enim potest ut sollicitus non sit qui operetur. Docet igitur nos Dominus ne addicti simus curis vitæ, neque habeamus curam quomodo cras refocillemur; vult ut unoquoque die operemur, dicens : « Ne solliciti sitis de crastino : » quasi in hunc modum diceret : Ne solliciti sitis quomodo hodie operando, cras quiescatis; sed quotidie cibum

τοῦ Κυρίου. « Ζητεῖτε γάρ με, φησὶν, ὅτι ἐφάγετε ἐκ τῶν ἄρτων, » καὶ διὰ τοῦτό με ποθεῖτε, ἵνα πάλιν ἔχητέ με τραπεζοποιόν. Πρόσχες δὲ, ὅτι καίτοι ἐλέγχων αὐτοὺς, οὐ σκληρῷ κέχρηται τῷ ἐλέγχῳ. Οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι, Ὦ γαστρίδουλοι καὶ λαίμαργοι, ἀλλὰ μετὰ πραότητος. Διορθώσασθαι γὰρ βουλόμενος, ἐλέγχει αὐτοὺς, ἅμα δὲ καὶ διὰ τοῦ ἐκκαλύψαι τὰ κρυπτὰ τῆς καρδίας αὐτῶν, εἰς πίστιν αὐτοὺς ἐθέλων ἀγαγεῖν μείζονα. Ὅτι δὲ διόρθωσις ἦν αὐτῶν ὁ ἔλεγχος, δῆλον ἐκ τῶν ἑξῆς. Διδασκαλίαν γὰρ χρησιμωτάτην πρὸς αὐτοὺς ποιεῖται καὶ φησιν·

« Ἐργάζεσθε μὴ τὴν βρῶσιν τὴν ἀπολλυμένην, ἀλλὰ τὴν βρῶσιν τὴν μένουσαν εἰς ζωὴν αἰώνιον, ἣν ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου δώσει ὑμῖν· τοῦτον γὰρ ὁ Πατὴρ ἐσφράγισεν ὁ Θεός. » Ὑμεῖς μὲν, φησὶ, διὰ τοὺς ἄρτους ζητεῖτέ με, ὡς τὴν τροφὴν ταύτην ποθοῦντες· δεῖ δὲ ὑμᾶς μὴ ὅλως νεύειν εἰς γαστέρα, ἀλλὰ τῶν πνευματικῶν φροντίζειν μάλιστα, καὶ μὴ πᾶσαν τὴν μέριμναν εἰς τὴν σωματικὴν τροφὴν ἀναλίσκειν. Ταύτην γὰρ « βρῶσιν ἀπολλυμένην » ἐκάλεσεν. Ἐπεὶ δὲ πολλοὶ τῶν βελόντων ἀργῶς ζῆν, καὶ μάλιστα οἱ Μασαλιανοὶ, τῷ ῥητῷ τούτῳ κέχρηνται πρὸς συνηγορίαν τῆς αὐτῶν ἀργίας, ἀναγκαῖον σαφηνίσαι τὸ ῥητόν. Οὐ γὰρ τοῦτο εἶπεν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὡς τὴν μὲν σωματικὴν ἐργασίαν ἀποκόψαι βουλόμενος, εἰς ἀργίαν δὲ συνωθῶν. Πᾶσαν γὰρ κακίαν ἐδίδαξεν ἡ ἀργία, καὶ εἰ δεῖ τ' ἀκριβὲς εἰπεῖν, τοῦτό ἐστιν ἡ ἀπολλυμένη βρῶσις, τὸ ἀργῶς ἐθέλειν ζῆν· ὡς τόν γε τῷ Χριστῷ ἑπόμενον, δεῖ ἐργάζεσθαι, ἵνα ἔχῃ καὶ ἄλλοις μεταδιδόναι· τοῦτο γὰρ ἔχει μισθὸν, τὴν τῆς μελλούσης βασιλείας ἐπαγγελίαν. Πῶς οὖν, φησὶν, εἶπεν ὁ Κύριος, ὅτι οὐ δεῖ ἐργάζεσθαι τὴν βρῶσιν τὴν ἀπολλυμένην; Τὸ σύντονον τῆς αὐτῶν περὶ τὰ βρώματα σπουδῆς ἐκκόπτων, καὶ πρὸς τὰ πνευματικὰ μετρίως μεταβιβάζων. Ναὶ, φησὶν, ἀλλὰ μὴν, ὅτι τὴν σωματικὴν ἐργασίαν ἐκκόπτει ὁ Χριστὸς, δῆλον ἐκ τοῦ πρὸς τὴν Μάρθαν εἰπεῖν· « Μάρθα, μεριμνᾷς καὶ τυρβάζῃ, ἑνὸς δέ ἐστι χρεία· Μαρία δὲ τὴν ἀγαθὴν μερίδα ἐξελέξατο· » καὶ πάλιν· « Μὴ μεριμνήσητε περὶ τῆς αὔριον. » Ταῦτα μὲν διαπορεῖσθαι οἱ τρέφεσθαι ἀργῶς θέλοντες. Ἡμεῖς δὲ τί φαμεν; Ὅτι τὸ πρὸς τὴν Μάρθαν λεχθὲν, οὐ περὶ ἔργου ἐστὶ, καὶ ἐργασίας, καὶ ἀργίας, ἀλλὰ περὶ τοῦ καιρὸν εἰδέναι, καὶ μὴ τὸν τῆς ἀκροάσεως χρόνον ἀναλίσκειν εἰς τὴν περὶ τὰ βρώματα σπουδήν. Πείθων οὖν αὐτὴν, μὴ τὸν τῆς διδασκαλίας καιρὸν προδιδόναι μάτην διὰ τὴν περὶ τῆς γαστρὸς ἀσχολίαν, ταῦτά φησι. Τὸ δὲ, « Μὴ μεριμνήσητε, » εἰπὼν, οὐδὲ οὕτως ἐκβάλλει τὴν ἐργασίαν. Ἄλλο γὰρ μέριμνα, καὶ ἄλλο ἐργασία. Ἔστι γάρ τινα καὶ ἐργαζόμενον, μηδὲν μεριμνᾷν. Διδάσκων οὖν ἡμᾶς ὁ Κύριος, μὴ προσηλῶσθαι τοῖς βιωτικοῖς, μηδὲ ποιεῖσθαι φροντίδα τῆς αὔριον ἀναπαύσεως, ἀλλὰ μᾶλλον καθ' ἑκάστην θέλων ἡμᾶς ἐργάζεσθαι, φησί· « Μὴ μεριμνήσητε περὶ τῆς αὔριον· » ὥσπερ ἂν εἰ οὕτως ἔλεγε· Μὴ μεριμνή-

[43] Eccli. xxxiii, 29. [44] Luc. x, 41, 42. [45] Matth. vi, 34.

Digitized by Google

σητε, πῶς σήμερον ἐργασάμενοι, αὔριον ἀναπαύσεσθε· ἀλλ' ἑκάστης ἡμέρας τροφὴν ἐκ τῆς καθ' ἡμέραν ἐργασίας ἔχοντες, μὴ μεριμνᾶτε περὶ τῆς αὔριον. Βρῶσιν δὲ μένουσαν, τὴν μυστικὴν λέγει μετάληψιν τῆς σαρκὸς τοῦ Κυρίου, ἣν αὐτὸς ἡμῖν δίδωσιν, Υἱὸς ἀνθρώπου γενόμενος, ὃν ὁ Πατὴρ ἐσφράγισε, τουτέστιν, ἀπέδειξεν, ἐβεβαίωσεν, ὅτι ἔστιν Υἱὸς αὐτοῦ. Ἀπέδειξε μὲν γὰρ καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν ὁ Χριστὸς διὰ τῶν θαυμάτων· ἐπεὶ δὲ πρὸς Ἰουδαίους διαλέγεται, ἵνα μὴ ταραχθῶσιν, ἐπὶ τὸν Πατέρα ἀνατρέχει, καὶ φησι, παρ' αὐτοῦ ἐσφραγίσθαι, τουτέστιν, ἀποδεδεῖχθαι, μεμαρτυρῆσθαι. Ἐπεὶ καὶ εἰκών ἐστι τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱός, καὶ σφράγισμα, καὶ χαρακτὴρ, νόει παρ' αὐτοῦ σφραγισθῆναι τοῦτον, καθ' ὃ εἰκὼν καὶ σφράγισμά ἐστιν· ὥστε εἶναι τὸ λεγόμενον τοιοῦτον· Τοῦτον γὰρ τὸν φαινόμενον Υἱὸν ἀνθρώπου, ἐσφράγισεν ὁ Πατὴρ, τουτέστι, σφραγῖδα αὐτοῦ καὶ εἰκόνα ἐγέννησε, ἀπαράλλαξιν πᾶσαν καὶ ταυτότητα φυσικὴν πρὸς αὐτὸν ἀποστῶζουσαν.

quotidiana operatione parantes, ne solliciti sitis de crastino. Cibum autem manentem, mysticam dicit sumptionem carnis Domini, quam nobis ipse dat Filius hominis factus, quem Pater obsignavit, hoc est ostendit et confirmavit quod sit Filius suus; et ipse quidem Christus ostendit se per miracula; sed quia cum Judæis loquitur, ut ne turbentur, ad Patrem recurrit, et dicit ab illo se signatum esse, hoc est, monstratum et testimoniis confirmatum esse; quia et imago est Patris Filius, et signaculum et character, intellige ab illo hunc signatum, quatenus imago et sigillum est; et ita se habet quod dicit, Hunc enim qui videbatur Filius hominis, signavit Pater, hoc est signaculum suum et imaginem genuit, quæ haberet in se omne quod ipse habebat, et naturalem cum ipso identitatem.

« Εἶπον οὖν πρὸς αὐτόν· Τί ποιῶμεν, ἵνα ἐργαζώμεθα τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ; Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Τοῦτό ἐστι τὸ ἔργον τοῦ Θεοῦ, ἵνα πιστεύσητε εἰς ὃν ἀπέστειλεν ἐκεῖνος. Εἶπον οὖν αὐτῷ· Τί οὖν ποιεῖς σὺ σημεῖον, ἵνα ἴδωμεν, καὶ πιστεύσωμέν σοι; Τί ἐργάζῃ; » Ζητοῦσιν οἱ Ἰουδαῖοι μαθεῖν τὸ ἔργον τοῦ Θεοῦ, οὐχ ἵνα τοῦτο πράξωσιν, ἀλλ' ἵνα δράξωνται ἀφορμάς. Εἰδὼς οὖν αὐτοὺς μηδὲν ὠφεληθησομένους, ὅμως διὰ τὸ κοινωφελὲς τῆς διδασκαλίας ἀποκρίνεται, καὶ ὑποδείκνυσιν αὐτοῖς, μᾶλλον δὲ πᾶσιν ἀνθρώποις, ὅτι τοῦτό ἐστι τὸ ἔργον τοῦ Θεοῦ, τὸ πιστεύειν εἰς ὃν ἐκεῖνος ἀπέστειλεν. Ἡ γὰρ εἰς αὐτὸν πίστις, ἔργον ὄντως ἱερόν τε καὶ τέλειον, καὶ ἁγιάζον τοὺς ταύτην ἔχοντας. Ὁδηγὸς γὰρ γίνεται ἡ ἀκριβὴς πίστις πρὸς πᾶσαν ἀγαθὴν ἐργασίαν, καὶ ἡ ἀγαθὴ ἐργασία συντηρεῖ τὴν πίστιν. « Τά τε γὰρ ἔργα ἄτερ πίστεως νεκρὰ, καὶ ἡ πίστις χωρὶς ἔργων. » Ὅρα δὲ ἀγνωμοσύνην καὶ ἀναισθησίαν· σημεῖον πάλιν ζητοῦσιν οἱ τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα ἰδόντες, καὶ τὸ τῶν ἄρτων μᾶλλον ἀφ' ὧν ἐκορέσθησαν. Ὦ; γαστρίμαργοι οὖν, πάλιν τοιοῦτον αἰτοῦσι σημεῖον, εἰς γαστέρα αὐτοῖς συμβαλλόμενον. Ὅτι δὲ τοῦτο ἀληθὲς, δῆλον ἐκ τῶν ἑξῆς.

Vers. 28-30. « Dixerunt ergo ad eum : Quid faciemus ut operemur opera Dei? Respondit Jesus et dixit eis : Hoc est opus Dei, ut credatis in eum quem misit ille. Dixerunt ergo ei : Quod ergo tu facis signum ut videamus et credamus tibi? quid operaris? » Quærunt Judæi discere opus Dei, non ut hoc faciant, sed ut occasionem apprehendant. Dominus autem quamvis sciret eos nullam utilitatem percepturos, respondit tamen per doctrinam utilem omnibus, et ostendit eis, imo omnibus hominibus, quod hoc sit opus Dei credere in eum quem ille misit. Nam fides erga illum, opus profecto est sanctum et perfectum, et sanctificans eos qui illam habent. Dux enim fit diligens fides ad omnem bonam operationem, et bona operatio conservat fidem. « Nam et opera sine fide mortua sunt, et fides sine operibus [48]. » Vide autem ingratitudinem insensatorum : signum iterum quærunt, quamvis tanta et talia viderint, et maxime panum quibus saturati fuerant. Vere gastrimargi, qui iterum signum tale quærunt, quod ventri prodesset : et quod hoc sit verum, **589** manifestum est ex sequentibus.

« Οἱ πατέρες ἡμῶν τὸ μάννα ἔφαγον ἐν τῇ ἐρήμῳ, καθώς ἐστι γεγραμμένον· Ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἔδωκεν αὐτοῖς φαγεῖν. Εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ Μωσῆς δέδωκεν ὑμῖν τὸν ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ· ἀλλ' ὁ Πατήρ μου δίδωσιν ὑμῖν τὸν ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ τὸν ἀληθινόν. Ὁ γὰρ ἄρτος τοῦ Θεοῦ ἐστιν ὁ καταβαίνων ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ζωὴν διδοὺς τῷ κόσμῳ. Εἶπον οὖν πρὸς αὐτόν· « Κύριε, πάντοτε δὸς ἡμῖν τὸν ἄρτον τοῦτον. » Οὐ μάτην ἐλέγομεν, ὅτι ὡς τῇ κοιλίᾳ δουλεύοντες, ἐζήτουν σημεῖον· οἷον ἦν τὸ τῶν ἄρτων. Ἰδοὺ γοῦν τοῦ μάννα μέμνηνται, καὶ οὐχ ἑτέρου τινὸς θαύματος, εἴτε τῶν Αἰγυπτίων, εἴτε τῶν κατὰ τὴν Ἐρυθρὰν Θάλασσαν. Βουλόμενοι γὰρ ἐρεθίσαι αὐτὸν, ἵνα καὶ αὐτὸς τοιοῦτον σημεῖον ποιήσῃ, ὅπερ ἠδύνατο αὐτοὺς

Vers: 31-34. « Patres nostri manducaverunt manna in deserto, sicut scriptum est : Panem de cœlo dedit eis ad edendum. Dixit eis Jesus : Amen, amen dico vobis : non Moses dedit vobis illum panem de cœlo, sed Pater meus dat vobis panem de cœlo verum. Panis enim Dei est, qui de cœlo descendit, et dat vitam mundo. Dixerunt ergo ad eum : Domine, semper da nobis panem istum. » Non frustra diximus quod ventri servientes quærebant signum quale erat signum panum. Ecce et mannæ mentionem faciunt, et non alterius miraculi vel in Ægypto, vel in mari Rubro. Volentes enim incitare eum ut et ipse tale signum faceret quo carnaliter pascerentur, recordantur mannæ propter immodicam gulam. Quid igitur immensa Dei sapientia Dominus noster Jesus

[48] Jac. II, 20.

Digitized by Google

Christus respondet eis? « Non Moses dedit vobis panem, » hoc est verum panem non dedit vobis Moses. Omnia enim quæ tunc fiebant, typi erant eorum quæ nunc fiunt. Moses enim figuram habebat Dei, veri spiritualium Israelitarum ducis. Panis autem ille figura est mei, qui de cœlo descendi, et vere pasco, et vere sum. Cæterum dicit seipsum verum panem, non quod manna falsum fuerit, sed quia illud figura fuit et umbra, non ipsamet veritas. Proprie enim manna unigenitus Filius Dei factus homo, verbum et auditio obstupescere faciens. Nam manna interpretatur, *quid hoc?* Judæi enim viso illo, quod cumulatim deplutum esset ante cujusque tabernaculum, obstupefacti insolito et peregrino spectaculo, interrogabant se invicem? « Quid hoc [16]. » Dominus igitur factus homo Filius Dei, ipse est manna, quod stupefacit omnes, ita ut dicant: « Quid hoc? » Quomodo Filius Dei et Filius hominis? Quomodo ex duobus diversis una persona? quid hoc mysterium? Hic igitur panis vita secundum naturam exsistens, utpote viventis Patris Filius, facit quod sibi proprium est: vivificat enim omnia. Igitur sicut qui ex terra panis, infirmam naturam carnis continet non sinens illam corrumpi; ita et Christus per Spiritus operationem animam vivificat, atque etiam ipsum corpus ab incorruptione conservat. Per Christum enim humanæ naturæ resurrectio ex mortuis, et incorruptio corporum est concessa. Sed Judæi adhuc dediti ventri et toti terreni, de sensibili pane intelligunt dicta et dicunt, « Da nobis hunc panem. » Sic igitur stulte loquentes redarguebantur et dicunt, « Semper da nobis panem hunc, » non ad unum vel ad duos dies. Hoc autem præ avaritia dicebant. Ut enim non opus sit multa impendere in cibos dicunt, Da semper hunc facile parabilem **590** panem.

A θρέψαι σαρκικῶς, μέμνηνται τοῦ μάννα διὰ γαστριμαργίας ὑπερβολήν. Τί οὖν ἡ ἄπειρος τοῦ Θεοῦ σοφία, ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς, ἀποκρίνεται αὐτοῖς; Ὅτι « Οὐ Μωσῆς δέδωκεν ὑμῖν τὸν ἄρτον· » τουτέστι, τὸν ἀληθινὸν ἄρτον οὐ δέδωκεν ὑμῖν Μωσῆς· ἀλλὰ πάντα τὰ τότε γινόμενα, τύποι ἦσαν τῶν νῦν γινομένων. Ὁ μὲν γὰρ Μωσῆς τύπον ἐπεῖχε τοῦ Θεοῦ, τοῦ ἀληθινοῦ τῶν νοητῶν Ἰσραηλιτῶν στρατηγοῦ· ὁ δὲ ἄρτος ἐκεῖνος, τύπος ἐμοῦ τοῦ ἐκ τῶν οὐρανῶν καταβάντος, καὶ ἀληθῶς τρέφοντος, καὶ ἀληθινοῦ ὑπάρχοντος. Λέγει δὲ ἑαυτὸν ἀληθινὸν ἄρτον, οὐχ ὡς τοῦ μάννα ψευδοῦς ὄντος, ἀλλ' ἐπειδὴ ἐκεῖνος τύπος ἦν καὶ σκιὰ, καὶ οὐκ αὐτοαλήθεια. Κυρίως γὰρ μάννα ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος γενόμενος, τὸ ἐκπληκτικὸν ῥῆμα καὶ ἄκουσμα. Μάννα γὰρ ἑρμηνεύεται, *Τί τοῦτο;* Οἱ γὰρ Ἑβραῖοι, ἰδόντες αὐτὸ ἕκαστος πρὸ τῆς οἰκείας σκηνῆς σωρηδὸν κεχυμένον, καὶ τῷ ἀήθει καὶ ξένῳ τοῦ θεάματος καταπλαγέντες, ἠρώτων ἀλλήλους· Τί τοῦτο; Ὁ τοίνυν Κύριος γενόμενος ἄνθρωπος ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, αὐτός ἐστι τὸ πάντας ἐκπλῆττον μάννα, ὥστε ἕκαστον διαπορεῖν τὰ λέγειν· Τί τοῦτο; Πῶς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ Υἱὸς ἀνθρώπου; Πῶς ἐκ δύο τῶν ἐναντίων ἓν πρόσωπον; Τί τοῦτο τὸ μυστήριον; Οὗτος οὖν ὁ ἄρτος, ζωὴ κατὰ φύσιν ὤν, οἷα ζῶντος Πατρὸς Υἱὸς, ποιεῖ τὸ οἰκεῖον· ζωοποιεῖ γὰρ τὰ πάντα. Ὥσπερ οὖν ὁ ἐκ γῆς ἄρτος τὴν ἀσθενῆ φύσιν τῆς σαρκὸς συνέχει, καὶ οὐκ ἐᾷ καταφθείρεσθαι· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς διὰ τῆς τοῦ Πνεύματος ἐνεργείας τὴν ψυχὴν ζωοποιεῖ, καὶ μὴν καὶ αὐτὸ τὸ σῶμα συνέχει εἰς ἀφθαρσίαν. Διὰ γὰρ Χριστοῦ ἡ ἐκ νεκρῶν ἀνάστασις τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει κεχάρισται, καὶ ἡ τῶν σωμάτων ἀφθαρσία. Ἀλλ' οἱ Ἰουδαῖοι περὶ γαστέρα ἔτι νεύοντες, καὶ τὸ ὅλον γῇ ὄντες, περὶ αἰσθητοῦ ἄρτου νοοῦσι τὰ εἰρημένα, καί φασι· « Δὸς ἡμῖν τὸν ἄρτον τοῦτον. » Οὕτως οὖν ἀνοηταίνοντες, ἠλέγχοντο, καὶ, « Πάντοτε δὸς ἡμῖν τὸν ἄρτον τοῦτον, » φασὶν, οὐ μίαν ἡμέραν οὐδὲ δύο. Τοῦτο δὲ καὶ ἀπὸ φιλαργυρίας ἔλεγον. Ἵνα γὰρ μὴ ἀναλίσκωμεν τὰ χρήματα ἡμῶν περὶ τὴν τῆς τροφῆς εὐπορίαν, ὃς πάντοτε τοῦτον τὸν εὐπόριστον ἄρτον.

B

C

Vers. 35, 38. « Dixit autem eis Jesus: Ego sum panis vitæ: qui venit ad me, non esuriet; et qui credit in me, non sitiet unquam. Sed dixi vobis quod etiam vidistis me, nec creditis. Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet: et qui venerit ad me, non ejicio foras, quia descendi de cœlo ut faciam non quod ego volo, sed quod vult qui me misit. » Cum Judæi, utpote terreni, de sensibili pane Christum loqui putarent, et propter hoc urgerent et quærerent: redarguens eos Dominus, monstrat quod quandiu sensibilem panem exspectent, accurrant: quando autem discunt quod spiritualis sit, non ultra accurrant. Unde dicit: « Ego sum panis vitæ. » Non dixit autem, panis alimoniæ, sed *vitæ*. Nam cum omnia mortificata essent, vivificavit nos per semetipsum Christus, qui est panis, eo quod fermentum humanæ conspersionis credimus coctum esse igne deitatis. Panis autem vitæ non hujus soli-

« Εἶπε δὲ αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς· ὁ ἐρχόμενος πρὸς μὲ, οὐ μὴ πεινάσῃ· καὶ ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, οὐ μὴ διψήσῃ πώποτε. Ἀλλ' εἶπον ὑμῖν, ὅτι καὶ ἑωράκατέ με, καὶ οὐ πιστεύετε. Πᾶν ὃ δίδωσι μοι ὁ Πατὴρ, πρὸς ἐμὲ ἥξει· καὶ τὸν ἐρχόμενον πρὸς μὲ, οὐ μὴ ἐκβάλω ἔξω· ὅτι καταβέβηκα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, οὐχ ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με. » Τῶν Ἰουδαίων οἷα δὴ γηΐνων, περὶ αἰσθητοῦ ἄρτου νομιζόντων λέγειν τὸν Κύριον, καὶ διὰ τοῦτο ἐπικειμένων, καὶ ζητούντων, ἐλέγχων αὐτοὺς ὁ Κύριος, καὶ δεικνὺς, ὅτι ἐω; μὲν αἰσθητὴν ὑπώπτευον τὴν τροφὴν, ἐπέτρεχον· ὅταν δὲ μάθωσιν, ὅτι πνευματική ἐστιν, οὐκ ἔτι ἐπιδραμοῦνται, φησίν· « Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς. » Οὐκ εἶπε δὲ, Ἄρτος τροφῆς, ἀλλὰ, « Ζωῆς. » Ἐπειδὴ γὰρ τὰ πάντα νενέκρωτο, ἐζωοποίησεν ἡμᾶς; δι' ἑαυτοῦ ὁ Κύριος, ὅς ἐστιν ἄρτος, καθὸ τὴν ζύμην τοῦ ἀνθρωπίνου φυράματος

D

[16] Exod. xvi, 15.

Digitized by Google

πιστεύομεν ἐξοπτηθῆναι τῷ πυρὶ τῆς θεότητος· ζωῆς δὲ ἄρτος οὐ τοιαύτης συνήθους, ἀλλὰ παρηλλαγμένης, καὶ θανάτῳ μὴ διακοπτομένης. Ὁ πιστεύων δὲ εἰς τὸν τοιοῦτον ἄρτον, οὐ μὴ πεινάσῃ, οὐδ' οὐ μὴ λιμώξῃ λιμὸν τοῦ ἀκοῦσαι λόγον Θεοῦ, οὐδὲ διψήσῃ δίψαν νοητὴν, ἀπὸ τοῦ μὴ ἔχειν τὸ ὕδωρ τοῦ βαπτίσματος, καὶ τὸν ἁγιασμὸν τοῦ Πνεύματος, γινομένην. Ὁ μὲν γὰρ ἀβάπτιστος, δίψαν ἔχει καὶ ξηρότητα πολλὴν, ἀμοιρῶν τοῦ ἀναψύχοντος ἁγίου ὕδατος· ὁ δὲ βεβαπτισμένος, ἔχων τὸ Πνεῦμα, ἀεὶ ψυχαγωγεῖται δι' αὐτοῦ. Δεικνύων δὲ, ὅτι καὶ ἡ πίστις ἡ εἰς αὐτὸν οὐ τὸ τυχὸν ἐστι πρᾶγμα, ἀλλὰ δῶρον Θεοῦ, τοῖς ἀξίοις καὶ εὐθέσι τῇ καρδίᾳ παρὰ τοῦ Πατρὸς διδόμενον, φησὶν, ὅτι « Πᾶν ὃ δίδωσί μοι ὁ Πατὴρ, πρὸς ἐμὲ ἥξει, » τουτέστιν, ἐκεῖνοι πιστεύσουσιν εἰς ἐμὲ, οὓς δίδωσί μοι ὁ Πατήρ. Ὑμεῖς δὲ οἱ Ἰουδαῖοι, ὡς ἀνάξιοι ὄντες, οὐ δίδοσθέ μοι παρὰ τοῦ Πατρός· διὸ οὐδὲ ἔρχεσθε πρὸς μὲ, οὐ γὰρ ἔχετε εὐθεῖαν τὴν καρδίαν, ἵνα ὑμᾶς ἀγαπήσας ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ, ἀγάγῃ εἰς τὴν ἐμὴν πίστιν. « Ἐγὼ δὲ τὸν ἐρχόμενον πρός μὲ, οὐ μὴ ἐκβάλω ἔξω » τουτέστιν, οὐ μὴ ἀπολέσω, ἀλλὰ σώσω, καὶ ἐπιμελείας ἀπολαῦσαι παρασκευάσω πολλῆς. Καταβέβηκα γὰρ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, οὐχ ἵνα ἄλλο τι πράξω παρὰ τὸ θέλημα τοῦ Πατρός. Ταῦτα δέ φησιν, ἵνα μάθωσι, ὅτι ὁ μὴ δεχόμενος αὐτὸν, ἀντίθεός ἐστιν, ἐναντιούμενος τῷ θελήματι τοῦ Πατρός. Ἐπεὶ γὰρ αὐτὸν ἀντίθεον ἔλεγον ἐκεῖνοι, αὐτὸς τὸ ἔγκλημα εἰς αὐτοὺς περιτρέπει καί φησιν, εἰ καὶ μὴ φανερῶς, ὅτι, Ὑμεῖς ἐστε ἀντίθεοι, οἱ μὴ δεχόμενοι τὸν τῷ τοῦ Πατρὸς θελήματι ἀκολουθοῦντα. Ποῦ ἐστι Νεστόριος ἐνταῦθα, ὁ λέγων, ὅτι μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐθεοποιήθη ὁ Χριστός; Οὐκ ἀκούεις, ταλαίπωρε, ὅτι καταβέβηκεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ; Ὁ δὲ καταβὰς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, οὐ ψιλὸς ἄνθρωπος δήπου ἦν, ἀλλὰ Θεός. Ψιλὸς γὰρ ἄνθρωπος οὐ καταβαίνει, ἀλλ' εἰ ἄρα ἀναβαίνει εἰς οὐρανὸν, χαριζομένου δι' ἀρετὴν τοῦτο τοῦ Θεοῦ. Ἐπεὶ οὖν τοῦ Κυρίου ἡ κατάβασις προέλαβε τὴν ἀνάβασιν, ὁ αὐτὸς οὖν καὶ κατέβη ἐξ οὐρανοῦ, ὡς Θεὸς δηλονότι, διὰ τὸ ἐνανθρωπῆσαι συγκαταβάς· καὶ ἀνέβη εἰς οὐρανοὺς, μετὰ σαρκὸς δηλαδὴ ὡς ἄνθρωπος, ἔνθα ἦν τὸ πρότερον ὡς Θεός. Οὐκ ἄρα ψιλὸς ἄνθρωπος ὁ Χριστὸς, θεωθεὶς ὕστερον, ὡς ἑλήρει Νεστόριος, ἀλλὰ Θεὸς προαιώνιος ἐνανθρωπήσας ἐν ἐσχάτοις καιροῖς.

« Τοῦτο δέ ἐστι τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με Πατρὸς, ἵνα πᾶν ὃ δέδωκέ μοι, οὐ μὴ ἀπολέσω ἐξ αὐτοῦ, ἀλλὰ ἀναστήσω αὐτὸ ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ. Τοῦτο δέ ἐστι τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με, ἵνα πᾶς ὁ θεωρῶν τὸν Υἱὸν, καὶ πιστεύων εἰς αὐτὸν, ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον· καὶ ἀναστήσω αὐτὸν ἐγὼ ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ. » Συνεχῶς τίθησι τὸ, « Δέδωκέ μοι ὁ Πατὴρ, » ἵνα πλήξῃ τὰς καρδίας αὐτῶν, καὶ ἐπιγνῶσιν, ὅτι τῆς τοῦ Θεοῦ δωρεᾶς ἀνάξιοί εἰσιν. Εἰ γὰρ ὁ Πατὴρ δίδωσιν ὡς μέγα τι τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν, αὐτοὶ δὲ ταύτην οὐκ ἔχουσι, πρόδηλον ὅτι τῆς τοῦ Θεοῦ δωρεᾶς ἀποπεπτώκασιν. Ἐγὼ τοίνυν, φησὶν, οὐκ ἀπολέσω οὓς δίδωσί μοι ὁ Πατὴρ, τουτέστι, τοὺς πιστεύοντάς μοι· ἀλλ' ἀναστήσω αὐτοὺς, ὅπερ ἐστὶν, ἀναστάσεως ἀξιώσω λαμπρᾶς. Διττὴ γάρ ἐστιν ἡ ἀνάστασις· ἡ μὲν κοινὴ καὶ καθολικὴ, ἣν πάντες οἱ ἁμαρτωλοὶ ἀνίστανται· ἡ δὲ, ἣν μόνοι οἱ δίκαιοι εἰς

A tæ, sed immutatæ, et morte non deficientis. At qui credit in illum panem, non esuriet neque famem feret audiendi sermonem Dei, neque sitiet spiritualem sitim, eo quod habeat aquam baptismi et sanctificationem Spiritus. Nam qui non baptizatus est, sitim patitur, et magnam ariditatem, expers aquæ sanctæ refrigerantis. Baptizatus autem Spiritum habet, per quem semper refrigeratur. Ostendens autem quod fides quæ in Christum, non vulgaris quæpiam res sit, sed donum Dei dignis et rectis corde a Patre datum, dicit quod « Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet, » hoc est, illi credent in me, quos dat mihi Pater. Vos autem Judæi, cum indigni sitis, non damini mihi a Patre : propterea neque venitis ad me, neque habetis rectum cor, ut

B vos diligens Deus et Pater ducat ad meam fidem. « Ego autem eum qui venit ad me non ejiciam foras, » hoc est non perdam, sed salvabo, et magna cura illum refocillabo. Descendi enim de cœlo, non ut aliud quiddam faciam præter voluntatem Patris. Cæterum hæc dicit, ut discant quod qui eum non recipit, Deo sit adversarius, Patris voluntati repugnans. Quia enim illum adversarium Dei dicebant, ipse crimen in illos vertit, tametsi non manifeste, et dicit : Vos estis adversarii Dei, qui me non recipitis, qui facio voluntatem Patris. Ubi est Nestorius hoc loco, qui dicit quod post resurrectionem deificatus sit Christus? Non audis, miser, quod descendit de cœlo? Jam qui de cœlo descendit, non utique nudus erat homo, sed Deus. Nudus enim

C homo non descendit, sed si quidem ascendit in cœlum, hoc illi concedit propter virtutem Deus. Solius Domini descensus prævenit ascensum. Ipse igitur et descendit de cœlo sicut Deus, quandoquidem incarnari dignatus est : et ascendit in cœlum cum **591** carne, ut homo scilicet, ubi erat prius ut Deus. Non igitur nudus homo erat Christus postea deificatus, sicut delirabat Nestorius, sed Deus ante sæcula, incarnatus novissimis temporibus.

VERS. 39, 40. « Hæc est autem voluntas ejus, qui misit me, Patris, ut omne quod dedit mihi, non

D perdam ex eo, sed resuscitem illud in novissimo die. Hæc est autem voluntas ejus qui misit me, ut omnis qui videt Filium, et credit in eum, habeat vitam æternam, et ego suscitabo eum in novissimo die. » Subinde ponit, « Dedit mihi Pater, » ut perstringat corda illorum ut agnoscant se Dei munere indignos. Nam si Pater dat ut magnum quiddam, dignam in Christum fidem, ipsi autem illam non habent, manifestum est quod dono Dei exciderint. Igitur ego, inquit, non perdam quos dat mihi Pater, hoc est eos qui credunt mihi, sed resuscitabo illos, hoc est in resurrectione claritate illos dignabor. Duplex enim est resurrectio : una quidem communis et generalis, qua omnes etiam peccatores resurgunt; altera, qua soli justi assumuntur in occursum Do-

Digitized by Google

mini in aera, et prius cum magna fiducia Domino occurrunt. Hanc autem resurrectionem Paulus ἐξανάστασιν, hoc est, « exsurrectionem » nominat, propter elevationem a terra. Peccatores enim resurgent quidem ex sepulcris in terram, de terra autem non exsurgent in aerem. Infra enim manebunt sicut condemnati. Itaque justi resurgunt et exsurgunt, qui rapiuntur in nubibus in occursum Domini [47]: peccatores autem resurgunt tantum. Porro Dominus interpretans quid sit, « Omne quod dedit mihi Pater, non perdam (*a*), » dicit eamdem sententiam aliis verbis, « Ut omnis qui videt Filium, et credit, habeat vitam æternam. » Nihil enim aliud dicit, quam id quod dixit superius. Nam hoc quidem, « Omne quod dedit mihi Pater, » idem est cum illo, Omnis qui videt Filium et credit. » Hoc autem quod dicit, « Non perdam, » idem est cum eo quod dicit, « Habet vitam æternam. » Sæpe autem mentionem facit resurrectionis, ut persuadeat hominibus, ne iis solum quæ videntur, Dei providentiam circumscribant, sed sciant esse et alium statum in quo absque dubio fruituri sint remunerationibus virtutis: quamvis nunc non sit perspicua in hac vita retributio, et propterea non omittendum virtutis cursum.

VERS. 41-44. « Murmurabant ergo Judæi de illo quod dixisset: Ego sum panis ille qui de cœlo descendi, et dicebant: Nonne hic est Jesus filius Joseph, cujus nos novimus patrem et matrem? Quomodo ergo dicit hic: De cœlo descendi? Respondit ergo Jesus et dixit eis: Nolite murmurare inter vos: Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum, et ego resuscitabo eum in novissimo die. » Murmurabant **592** igitur Judæi dicente Domino, « Ego sum panis, » veluti decepti. Nam hucusque quidem existimabant de pane sensibili eum loqui, et mansuete ipsum ferebant, sperantes quod daturus esset panem hunc, et ventri ipsorum gratificaturus: nunc autem quia revelavit eis quod non de sensibili pane, sed spirituali sermonem haberet, contempto illo, murmurant. Qui enim illi intelligerent spiritualem cibum, et vitam et resurrectionem? Scandalizabantur itaque in eo, videntes ejus matrem, audientes autem dicentem, « De cœlo descendi. » Igitur non intelligentes quod ipse etiam esset Deus, sed in hoc respicientes quod apparebat, murmurabant, tanquam ostentator esset Dominus, et dicebant: « Nonne hic est filius Joseph? » Ipse autem Salvator non respondit eis: Non sum filius Joseph. Non enim poterant intelligere partum ineffabilem qui erat ex virgine. Et quia non capax fuit mens illorum nativitatis secundum carnem, multo minus ejus, quæ ante sæcula ex Patre. Quid autem respondet eis? « Nullus potest venire ad me, nisi Pater traxerit eum. » Hoc autem dicit non ut libertatem tollat arbitrii, absit! sed ut ostendat quod multa habeat opus cooperatione a Deo is qui ere-

[47] Thess. IV, 16.

(*a*) Edit. Lut. omisit, *non perdam*.

A ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου εἰς ἀέρα ἀναλαμβανόμενοι, καὶ προσαπαντῶντες τῷ Κυρίῳ μετὰ παῤῥησίας. Ταύτην δὲ τὴν ἀνάστασιν, ὁ Παῦλος ἐξανάστασιν ὀνομάζει, διὰ τὴν ἐκ τῆς γῆς ἔπαρσιν. Οἱ γὰρ ἁμαρτωλοὶ, ἀνίστανται μὲν ἐκ τῶν μνημείων, ἐκ δὲ τῆς γῆς οὐκ ἐξανίστανται εἰς ἀέρα· κάτω γὰρ μένουσιν ὡς κατάκριτοι. Ὥστε οἱ δίκαιοι, καὶ ἀνίστανται, καὶ ἐξανίστανται ἁρπαζόμενοι ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου· οἱ δὲ ἁμαρτωλοὶ ἀνίστανται μόνον. Ἑρμηνεύων δὲ ὁ Κύριος τί ἐστι τὸ, « Πᾶν ὃ δέδωκέ μοι ὁ Πατὴρ, οὐ μὴ ἀπολέσω, » φησὶ τὴν αὐτὴν ἔννοιαν δι' ἄλλων λέξεων· « Ἵνα πᾶς ὁ θεωρῶν τὸν Υἱὸν, καὶ πιστεύων, ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον. » Οὐδὲν γὰρ ἄλλο λέγει, ἢ ὅπερ εἶπεν ἀνωτέρω. Τὸ μὲν γὰρ, « Πᾶν ὃ δέδωκέ μοι ὁ Πατὴρ, » ταὐτόν ἐστι B τῷ, « Πᾶς ὁ θεωρῶν τὸν Υἱὸν, καὶ πιστεύων· » τὸ δὲ, « Οὐ μὴ ἀπολέσω, » ταυτὸν τῷ, « Ἔχει ζωὴν αἰώνιον. » Συνεχῶς δὲ μέμνηται ἀναστάσεως, ἵνα πείσῃ τοὺς ἀνθρώπους, μὴ τοῖς ὁρωμένοις μόνοις περιγράφειν τὴν τοῦ Θεοῦ πρόνοιαν, ἀλλ' εἰδέναι ὡς ἔστι καὶ ἄλλη κατάστασις, καθ' ἣν ἀναμφιβόλως ἀπολαύσουσι τῶν τῆς ἀρετῆς μισθῶν· εἰ καὶ μὴ νῦν προφαίνεταί τις ἡ βιωτικὴ ἀμοιβὴ, διὰ τοῦτο μὴ καθυφιέναι τοῦ πρὸς ἀρετὴν δρόμου.

« Ἐγόγγυζον οὖν οἱ Ἰουδαῖοι περὶ αὐτοῦ, ὅτι εἶπεν, Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς, καὶ ἔλεγον· Οὐχ οὗτός ἐστιν Ἰησοῦς ὁ υἱὸς Ἰωσὴφ, οὗ ἡμεῖς οἴδαμεν τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα; Πῶς οὖν λέγει οὗτος, ὅτι, Ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβέβηκα; Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Μὴ γογγύζετε C μετ' ἀλλήλων. Οὐδεὶς δύναται ἐλθεῖν πρὸς μὲ, ἐὰν μὴ ὁ Πατὴρ ὁ πέμψας με ἑλκύσῃ αὐτὸν, καὶ ἐγὼ ἀναστήσω αὐτὸν ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ. » Ἐγόγγυζον οἱ Ἰουδαῖοι, εἰπόντος τοῦ Κυρίου, ὅτι, « Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος, » ὡς ἀπατηθέντες. Ἄχρι μὲν γὰρ ἐνόμιζον περὶ ἄρτου αἰσθητοῦ λέγειν αὐτὸν, πράως ἔφερον, ἐλπίζοντες, ὅτι δώσει αὐτοῖς τὸν ἄρτον τοῦτον, καὶ τῇ γαστρὶ αὐτῶν χαρίσεται· ἐπεὶ δὲ ἀπεκάλυψεν αὐτοῖς, ὅτι οὐ περὶ αἰσθητοῦ ἄρτου, ἀλλὰ περὶ πνευματικοῦ ἐστιν ὁ λόγος αὐτῷ, ἀπογνόντες γογγύζουσι. Ποῦ γὰρ αὐτοῖς τὸ νοεῖν πνευματικὴν τροφὴν, καὶ ζωὴν, καὶ ἀνάστασιν; Ἐσκανδαλίζοντο οὖν ἐπ' αὐτῷ, ὁρῶντες μὲν αὐτοῦ τὴν μητέρα, ἀκούοντες δὲ, ὅτι, « Ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβέβηκα. » Μὴ νοοῦντες τοί- D νυν, ὅτι καὶ Θεός ἐστιν ὁ αὐτὸς, ἀλλ' εἰς τὸ φαινόμενον ἀποβλέποντες, ἐγόγγυζον, ὡς ἀλαζονευομένου τοῦ Κυρίου, καὶ ἔλεγον· « Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς Ἰωσὴφ; » Αὐτὸς δὲ ὁ Σωτὴρ οὐκ ἀποκρίνεται αὐτοῖς, ὅτι, Οὐκ εἰμὶ υἱὸς Ἰωσὴφ· οὐ γὰρ ἠδύναντο νοῆσαι τὸν τόκον τὸν ἄῤῥητον τὸν ἐκ Παρθένου. Εἰ δὲ τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν οὐκ ἐχώρει ἡ διάνοια αὐτῶν, πολλῷ μᾶλλον τὴν ἐκ τοῦ Πατρὸς προαιώνιον. Τί δὲ ἀποκρίνεται αὐτοῖς; « Οὐδεὶς δύναται ἐλθεῖν πρὸς μὲ, ἐὰν μὴ ὁ Πατὴρ ἑλκύσῃ αὐτόν. » Τοῦτο δὲ λέγει, οὐ τὸ αὐτεξούσιον ἀναιρῶν, ἄπαγε! ἀλλὰ δεικνύων, ὅτι πολλῆς δεῖται συνεργείας παρὰ Θεοῦ ὁ μέλλων

Digitized by Google

καὶ πρὸς διαβολὴν τοῦ γείτονος τοιούτοις λόγοις χρώμενος· Πάντως γάρ, φησὶν, ἔκλεψε τὴν ἐσθῆτα. Οὕτω; οὖν καὶ οἱ Ἰουδαῖοι· « Πῶς οὗτος οἶδε γράμματα; » Πάντως ἐν τῷ Βεελζεβούλ. Καίτοι ἐχρῆν αὐτοὺς ἀπὸ τούτου μᾶλλον ἐννοῆσαι, ὅτι οὐδὲν ἀνθρώπινον ἦν αὐτῷ. Ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτο αὐτοὶ οὐκ ἤθελον ὁμολογῆσαι, αὐτὸς ἀποκρίνεται αὐτοῖς, ἀναδιδάσκων, ὅτι ἀπὸ τοῦ Πατρὸς καὶ Θεοῦ ἐστιν ἡ διδασκαλία. Οὐδὲν γὰρ ἐμόν ἐστι, φησὶ, οὐδὲν ἀπ' ἐμαυτοῦ ὡς ἀντίθεος φθέγγομαι, ἀλλ' ἅπερ ἂν εἴη τοῦ Πατρὸς, ταῦτα καὶ ἐμά ἐστι ῥήματα.

« Ἐάν τις θέλῃ τὸ θέλημα αὐτοῦ ποιεῖν, γνώσεται περὶ τῆς διδαχῆς, πότερον ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστιν, ἢ ἐγὼ ἀπ' ἐμαυτοῦ λαλῶ. Ὁ ἀφ' ἑαυτοῦ λαλῶν, τὴν δόξαν τὴν ἰδίαν ζητεῖ. Ὁ δὲ ζητῶν τὴν δόξαν τοῦ πέμψαντος αὐτὸν, οὗτος ἀληθής ἐστι, καὶ ἀδικία οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ. » Εἰπὼν, ὅτι « Ἡ ἐμὴ διδαχὴ οὐκ ἔστιν ἐμὴ, » τουτέστιν, ἐναντία Θεῷ, « ἀλλὰ τοῦ Πατρός μοῦ ἐστιν, » φησὶν, ὅτι Ἐάν τις τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ ποιῇ, τουτέστιν, Ἐάν τις ἀρετῆς ἀντιποιῆται, καὶ οὐ φθόνῳ δουλεύῃ, οὐδὲ τῷ πρός με ματαίῳ φθόνῳ ἐπισκοτῆται, γνώσεται τῶν ἐμῶν λόγων τὴν δύναμιν, ἐάν τε τὰ τοῦ Πατρὸς λαλῶ, ἐάν τε ξένα τινὰ καὶ παρηλλαγμένα. Θέλημα δὲ τοῦ Θεοῦ ποιεῖ, καὶ ὁ τὰς Γραφὰς καὶ τοὺς προφήτας ἐρευνῶν. Ὁ γοῦν τοιοῦτος δύναται γνῶναι περὶ τῆς τοῦ Κυρίου διδαχῆς, ὅτι ἀπὸ Θεοῦ ἐστιν. Οἱ προφῆται γὰρ οὐκ ἀντίθεον εἰσάγουσι τὸν Κύριον καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ λαλοῦντα, ἀλλὰ πάντα τὰ τῷ Θεῷ δοκοῦντα, καὶ λέγοντα καὶ πράττοντα. Εἶτα καὶ ἕτερον λογισμὸν ἐπιφέρει, λέγων· Ὁ ἀφ' ἑαυτοῦ λαλῶν, τουτέστιν, ὁ βουλόμενος ἰδίαν στῆσαι διδασκαλίαν, δι' οὐδὲν ἕτερον τοῦτο ποιεῖ, ἢ χάριν τοῦ δόξαν τινὰ ἐκ τούτου καρπώσασθαι. Εἰ δὲ ἐγὼ, φησὶν, οὐ βούλομαι καρπώσασθαι δόξαν ἰδίαν, ἀλλὰ τὴν δόξαν τοῦ πέμψαντός με ζητῶ, τίνος ἕνεκεν βουλοίμην ἂν ἕτερα διδάσκειν; Ἀληθὴς οὖν εἰμι, καὶ οὐκ ἔστιν ἀδικία ἐν ἐμοί· τουτέστιν, Οὐ δόξαν ἑτέρῳ ἁρμόζουσαν ἁρπάζω· τοῦτο γὰρ ἀδικία. Ὥστε ἡ διδαχή μου καὶ ἀλήθειαν ἔχει, καὶ δικαιοσύνην ἐν ταὐτῷ. Οὐ γὰρ ἐξ ἀλαζονείας γίνεται, ἵνα καὶ τὸ ψευδὲς ἔχῃ καὶ τὸ ἄδικον. Ὁ γὰρ ἀλαζὼν καὶ ψεύδεται, καθὸ περὶ αὐτοῦ τὰ ὑπὲρ τὴν ἀξίαν αὐτοῦ λέγει, καὶ ἀδικεῖ, καθὸ τὴν ἀλλοτρίαν καὶ μηδὲν αὐτῷ προσήκουσαν δόξαν ἁρπάζει. Ὁ δὲ Κύριος ἐπειδὴ τὰ τοῦ Πατρὸς ἐζήτει, καὶ οὐδὲν περὶ ἑαυτοῦ ἠλαζονεύετο, καὶ ἀληθής ἐστι πάντως καὶ δίκαιος. Πολλαχοῦ δὲ εἴπομεν, καὶ νῦν λέγομεν, ὅτι ὅταν ταπεινά τινα λέγων φαίνηται ὁ Κύριος, οὐ δεῖ νομίζειν, ὅτι ὡς ἐλάττων ὢν τοῦ Πατρὸς κατὰ φύσιν, ταῦτα φθέγγεται, ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ ἀντίθεος νομισθῆναι, καὶ διὰ τὴν ἀσθένειαν τῶν ἀκουόντων, καὶ διὰ τὸ σάρκα περιβεβλῆσθαι, καὶ διὰ τὸ διδάσκειν ἡμᾶς μετριάζειν, καὶ μηδὲν μέγα λέγειν περὶ ἑαυτῶν. Ὅταν δέ γε ὑψηλὰ καὶ περὶ τῆς οἰκείας δόξης φθέγγηται, χρὴ πιστεύειν ἡμᾶς, ὅτι ὡς τῷ ὄντι ἴσος τῷ Πατρὶ, ταῦτα τὰ ὑψηλὰ φθέγγεται, διὰ τὸ μέγεθος τῆς οἰκείας φύσεως.

« Οὐ Μωσῆς δέδωκεν ὑμῖν τὸν νόμον; Καὶ οὐδεὶς ἐξ

A mus erat? Unde huic vestis illa? Hæc autem dicit non quod reipsa admiretur, sed quod aduratur invidia, ad vicini calumniam usus talibus sermonibus. Omnino enim, dicit, furatus est vestem. Sic igitur et Judæi : « Quomodo hic scit litteras? « Profecto ex Beelzebul habet. Tametsi inde illos conjectare potius oportebat non esse hoc humanum : sed quia hoc ipsi fateri noluerunt, ipse respondet eis, docens quod a Deo et Patre sit doctrina illa. Nihil meum est, inquit, neque a meipso, tanquam adversarius Deo, loquor : sed quæcunque illa fuerint Patris, hæc et mea verba sunt.

Vers. 17, 18. « Si quis voluerit voluntatem ipsius facere, sciet de doctrina utrum ex Deo sit, an ego a meipso loquar. Qui a semetipso loquitur, gloriam B propriam quærit : qui autem quærit gloriam ejus qui misit ipsum, hic verax est, et injustitia in eo non est. » Dixerat : « Mea doctrina non est mea, » hoc est, adversaria Deo, « sed Patris mei est, » inquit. Si quis voluntatem Dei fecerit, hoc est, si virtutem amplexatus fuerit, et invidiæ non servierit, neque vano contra me odio obtenebratus fuerit, sciet meorum sermonum virtutem, num ea quæ Patris sunt loquar, an aliena et indigna quædam. Voluntatem autem Dei facit et qui Scripturas et prophetas scrutatur. Igitur qui talis est, poterit scire de doctrina Domini quod ex Deo sit. Nam prophetæ non inducunt Dominum Deo adversarium, et a seipso loquentem, sed omnia quæ Deo congruunt et dicentem et facientem. Insuper et aliam ratio- C nem subdit, dicens : Qui a seipso loquitur, hoc est qui vult propriam statuere doctrinam, propter nihil aliud hoc facit, quam ut gloriam quamdam inanem inde percipiat. Si autem ego, inquit, gloriæ propriæ fructum nolo, sed gloriam ejus qui me misit quæro, cujus gratia velim alia docere : verax igitur sum, et non est injustitia in me : hoc est non rapio gloriam alteri debitam. Hoc enim injustitiæ foret. Atque ita doctrina mea et veritatem complectitur, et justitiam in se. Non enim ex arrogantia fit, ut mendacium habeat ac injustitiam. Arrogans vero et mentitur, eo quod de se plus quam meretur, dicit, et injuste agit, quia alienam et sibi inconvenientem gloriam rapit. At Dominus quia quæ Patris D sunt quærebat, et nihil de se arroganter dicebat, omnino et verax est et justus. Sæpe autem diximus, et nunc quoque dicimus, **606** quod quando Dominus humilia quædam dicere videtur, non existimandum hæc illum dicere quod natura minor sit Patre, sed ne habeatur adversarius Deo, et propter auditorum imbecillitatem, et propterea quod carne amictus sit, utque nos doceat modestos esse, et nihil magnum de nobis ipsis dicere. Quando autem sublimia et de sua divina gloria loquitur, oportet credere nos quod grandia hæc ut æqualis Patri loquatur, propter magnitudinem suæ naturæ.

Vers. 19, 20. « Nonne Moses dedit vobis legem?

Digitized by Google

et tamen nemo ex vobis factis præstat legem? Quid me quæritis interficere? Respondit turba, et dixit : Dæmonium habes, quis te quærit interficere? » Videntur quidem hæc cum superioribus non cohærere, bene autem consideranti et valde consequentia apparent. Nam cum criminarentur eum quod Sabbatum solveret, et legem prævaricaretur, ad hoc urget, ostendens eis quod ipsi magis prævaricatores sint legis. Nam lex quidem inquit : « Non occides [46] : » vos autem quæritis me occidere : et ita vos solvitis legem, non ego. Igitur cum a vestra condemnatione desistitis, me calumniamini quasi prævaricantem legem, eo quod hominem in Sabbato curaverim. Nullus autem ex vobis facit legem, dixit, eo quod omnes cum quibus loquebatur, quærebant eum occidere. Vide autem quomodo ipse quidem mansueta voce his loquatur, illi autem contumeliose et audacter dicunt, « Dæmonium habes : » eo quod putabant se terrere illum, et animam ejus contumeliis cruciari. Cæterum Mosen dicit dedisse legem (quamvis ipse erat Dominus Mosi, et legislator) propter infirmitatem Judæorum, et quod insensati erant. Nam quomodo sustinuissent dicentem : Non Moses dedit vobis legem, sed ego, qui Dominus Mosis et legis?

VERS. 21-24. « Respondit Jesus, et dixit eis : Unum opus feci, et omnes miramini propter hoc. Moses dedit vobis circumcisionem, non quod ex Mose sit, sed ex patribus : et tamen in Sabbato circumciditis hominem. Si circumcisionem accipit homo in Sabbato, ut non solvatur lex Mosis, mihi indignamini quod totum hominem sanum fecerim in Sabbato? Nolite judicare secundum aspectum, sed justo judicio judicate. » Syllogismo quodam ostendit eos sine causa odio sui laborare, et dicit : « Unum opus feci » in Sabbato, paralytici videlicet sanationem, « et omnes admiramini propterea, » hoc est turbamini et tumultuamini : quamvis Moses ille legislator Sabbatum solverit, eo quod jusserit omnem animam die octavo circumcidi. Sæpe enim accidit, octavum diem, in quo necesse est ut circumcidatur puer, diem Sabbati esse : atque si Sabbatum solutum est ab ipso Mose propter circumcisionem, et nihil prohibebat Sabbati die circumcidi hominem : et si Sabbatum fuerit ille **607** octavus dies, solvitur lex de otio Sabbati, ut ne solvatur lex circumcisionis. Si hæc igitur ita se habent, quid mihi succensetis et irascimini quod in Sabbato hominem integrum sanum feci? quamvis circumcisio non Mosis fuerit, sed patrum : attamen illa etiam quæ non est Mosis, legem de Sabbato a Mose datam solvit. Et circumcisio quidem quæ dolorem affert, non prohibetur in Sabbato : ego autem, qui liberum feci hominem a dolore, et sanum feci, arguor? Ne judicate secundum faciem, id est, Juste et absque personarum acceptione judicate. Neque Mosen, qui solvit Sabbatum propter circumcisionem, extra

[46] Exod. xx, 13; Deut. v, 17.

A ὑμῶν ποιεῖ τὸν νόμον; Τί με ζητεῖτε ἀποκτεῖναι; Ἀπεκρίθη ὁ ὄχλος, καὶ εἶπε· Δαιμόνιον ἔχεις· τίς σε ζητεῖ ἀποκτεῖναι; » Φαίνεται μὲν, ὡς οὐδεμίαν ἀκολουθίαν σώζει πρὸς τὰ πρότερα τοῦτο, ὁ λέγει νῦν· καλῶς δὲ σκοποῦσιν ἡμῖν, καὶ λίαν ἀκόλουθα. Ἐπειδὴ γὰρ ἐνεκάλουν αὐτῷ, ὅτι τὸ Σάββατον ἔλυε, καὶ τὸν νόμον παρέλυε, πρὸς τοῦτο ἐνίσταται, δεικνύων αὐτοὺς μᾶλλον παραβάτας τοῦ νόμου. Ὁ μὲν γὰρ νόμος φησί· Μὴ φονεύσεις· ὑμεῖς δὲ ζητεῖτε ἀποκτεῖναι. Ὥστε ὑμεῖς παραλύετε τὸν νόμον, οὐκ ἐγώ. Ἀφέντες οὖν τὸ ἑαυτοὺς καταδικάζειν, ἐμοὶ ἐγκαλεῖτε ὡς παραβαίνοντι τὸν νόμον, διότι ἄνθρωπον ἐθεράπευσα ἐν Σαββάτῳ. Τὸ δὲ, « Οὐδεὶς ἐξ ὑμῶν ποιεῖ τὸν νόμον, » εἶπε, διότι πάντες, πρὸς οὓς διελέγετο, ἐζήτουν αὐτὸν ἀποκτεῖναι. Ὅρα δὲ, πῶς B αὐτὸς μὲν πραεῖᾳ τῇ φωνῇ αὐτοῖς διαλέγεται· ἐκεῖνοι δὲ ὑβριστικῶς καὶ μετὰ θράσους, « Δαιμόνιον ἔχεις, » φασί· διὰ τοῦτο γὰρ ὑβρίζουσι, προκαταπλήττειν αὐτὸν καὶ ἐκφοβεῖν οἰόμενοι. Τὸν Μωσέα δέ φησι δοῦναι τὸν νόμον, καίτοι αὐτὸς ὢν Κύριος Μωσέως, καὶ τοῦ νόμου πάροχος, διὰ τὴν ἀσθένειαν καὶ ἀναισθησίαν τῶν Ἰουδαίων. Ποῦ γὰρ ἂν ἠνέσχοντο ἀκοῦσαι, ὅτι οὐχ ὁ Μωσῆς δέδωκε αὐτοῖς τὸν νόμον, ἀλλ' αὐτὸς ὁ τοῦ Μωσέως Δεσπότης καὶ Κύριος;

« Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Ἓν ἔργον ἐποίησα, καὶ πάντες θαυμάζετε διὰ τοῦτο. Μωσῆς δέδωκεν ὑμῖν τὴν περιτομὴν, οὐχ ὅτι ἐκ τοῦ Μωσέως ἐστὶν, ἀλλ' ἐκ τῶν πατέρων· καὶ ἐν Σαββάτῳ περιτέμνετε ἄνθρωπον. Εἰ περιτομὴν λαμβάνει ὁ C ἄνθρωπος ἐν Σαββάτῳ, ἵνα μὴ λυθῇ ὁ νόμος Μωσέως, ἐμοὶ χολᾶτε, ὅτι ὅλον ἄνθρωπον ὑγιῆ ἐποίησα ἐν Σαββάτῳ; Μὴ κρίνετε κατ' ὄψιν, ἀλλὰ τὴν δικαίαν κρίσιν κρίνατε. » Ἀπὸ συλλογισμοῦ τινος δείκνυσιν αὐτοὺς μάτην κατ' αὐτοῦ λυττῶντας, καὶ φησιν· « Ἓν ἔργον ἐποίησα » ἐν Σαββάτῳ, τὴν τοῦ παραλύτου ἀνόρθωσιν, καὶ πάντες θαυμάζετε διὰ τοῦτο, » ἀντὶ τοῦ, Ταράττεσθε, θορυβεῖσθε. Καίτοι Μωσῆς αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ νομοθέτης ἔλυσε τὸ Σάββατον, διὰ τὸ κελεῦσαι πᾶσαν ψυχὴν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ὀγδόῃ περιτέμνεσθαι. Συνέβαινε γὰρ πολλάκις τὴν ἡμέραν τὴν ὀγδόην, καθ' ἣν ἀνάγκη ἦν περιτέμνεσθαι, Σάββατον εἶναι. Ὥστε εἰ τὸ Σάββατον παρελύθη ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Μωσέως διὰ τὴν περιτομὴν, καὶ οὐδὲν κωλύει ἡ τοῦ Σαββάτου ἡμέρα περιτμηθῆναι ἄνθρωπον, ἀλλὰ κἂν Σάββατον τύχῃ εἶναι ἡ ὀγδόη ἡμέρα, παραλύεται ὁ περὶ τῆς ἀργίας τοῦ Σαββάτου νόμος, ἵνα μὴ λυθῇ ὁ τῆς περιτομῆς· εἰ ταῦτα τοίνυν οὕτως ἔχει, τί ἐμοὶ χολᾶτε καὶ ὀργίζεσθε, ὅτι ἐν Σαββάτῳ ἄνθρωπον ὁλόκληρον ὑγίασα; » εἴτοι ἡ περιτομὴ οὐ τοῦ Μωσέως ἦν, ἀλλὰ τῶν πατέρων· ἀλλ' ὅμως αὕτη, καίτοι μὴ οὖσα Μωσέως, τὸν περὶ τοῦ Σαββάτου νόμον τὸν ὑπὸ τοῦ Μωσέως τεθέντα, παρέλυσε. Καὶ ἡ μὲν περιτομὴ, ὀδύνην ἐμποιοῦσα, οὐ κωλύεται παρὰ τοῦ Σαββάτου· ἐγὼ δὲ ὀδύνης ἐλευθερώσας ἄνθρωπον, καὶ ὑγιῆ ποιήσας, διαβάλλομαι; « Μὴ κρίνετε κατ'

Digitized by Google

ὄψιν, » ἀντὶ τοῦ, Δικαίως καὶ ἀπροσωπολήπτως ψηφίσασθε. Μὴ τὸν μὲν Μωσέα λύοντα τὸ Σάββατον διὰ τῆς περιτομῆς, ἔξω μέμψεως τίθετε· ἐμὲ δὲ κατακρίνετε, καὶ ταῦτα ἐπ' εὐεργεσίᾳ ἀνθρώπου τὸ Σάββατον καταλύσαντα. Τὸ γὰρ τὸν μὲν Μωσέα ἔξω μέμψεως τιθέναι διὰ τὸ τοῦ προσώπου ἀξίωμα, ἐμὲ δὲ δοκοῦντα ἄξιον, κατακρίνειν, προσωπολημψία σαφής.

A reprehensionem ponitis, si me iudicaveritis maxime benefaciendo homini, Sabbatum non observantem. Manifestum enim quod personam recipiatis, si me propter humilitatem condemnatis, et Mosen propter ejus dignitatem non condemnatis.

« Ἔλεγον οὖν τινες ἐκ τῶν Ἱεροσολυμιτῶν· Οὐχ οὗτός ἐστιν ὃν ζητοῦσιν ἀποκτεῖναι; Καὶ ἴδε παῤῥησίᾳ λαλεῖ, καὶ οὐδὲν αὐτῷ λέγουσι. Μήποτε ἀληθῶς ἔγνωσαν οἱ ἄρχοντες, ὅτι οὗτός ἐστιν ἀληθῶς ὁ Χριστός; Ἀλλὰ τοῦτον οἴδαμεν, πόθεν ἐστίν· ὁ δὲ Χριστὸς ὅταν ἔρχηται, οὐδεὶς γινώσκει πόθεν ἐστίν. » Οὐχ ἁπλῶς καὶ μάτην πρόσκειται τὸ, « Τινὲς τῶν Ἱεροσολυμιτῶν, » ἀλλ' ἵνα δείξῃ, ὅτι οἱ μάλιστα τῶν μεγάλων ἀπολαύσαντες σημείων, οὗτοι πάντων ἦσαν ἀθλιώτεροι. Πῶς γὰρ οὐκ ἄθλιοι, ὅτι μέγα σημεῖον τῆς αὐτοῦ θεότητος ἰδόντες, ἔτι διεφθαρμένοι εἰσὶ τῇ κρίσει; Μέγα μὲν γὰρ σημεῖον εἶχον, εἴπερ ἠβούλοντο, τὸ ἐν μέσῳ τῶν κατ' αὐτοῦ λυττώντων παῤῥησιάζεσθαι αὐτὸν, καὶ μηδὲν ὑπ' αὐτῶν πάσχειν. Ἀλλ' οὐκ ἠβούλοντο ἀπὸ τούτου τοῦ σημείου ἐπιγνῶναι τὴν δύναμιν αὐτοῦ. Διστάζουσι δὲ, λέγοντες· « Μή ποτε ἔγνωσαν οἱ ἄρχοντες, ὅτι οὗτός ἐστιν ἀληθῶς ὁ Χριστός; » Καὶ οὐδὲ ἐπὶ ταύτης τῆς γνώμης μένουσιν, ἀλλὰ συλλογίζονται, ὅτι Τὸν μὲν Χριστὸν οὐδεὶς οἶδε, πόθεν ἔρχεται· τοῦτον δὲ οἴδαμεν, πόθεν ἐστίν· οὐκ ἄρα οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός. Καίτοι ὅρα τὴν κακίαν, πῶς καὶ ἑαυτῇ ἐναντιοῦται· οἱ ἄρχοντες αὐτῶν ἐρωτώμενοι ὑπὸ Ἡρῴδου, ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας φασὶ γεννᾶσθαι τὸν Χριστόν· οὗτοι δὲ λέγουσιν, ὅτι οὐδεὶς οἶδε τὸν Χριστὸν, πόθεν ἐστίν. Ὁρᾷς ἐναντιοφωνίαν; Καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ μέν φασιν, ὅτι « Ἡμεῖς οἴδαμεν, ὅτι Μωσεῖ λελάληκεν ὁ Θεός· τοῦτον δὲ οὐκ οἴδαμεν πόθεν ἐστίν » Εἶδες (27) μαινομένων λόγους; Οἴδαμεν, καὶ, Οὐκ οἴδαμεν. Τί ταύτης τῆς μανίας ἴσον; Πρὸς μὲν γὰρ ἓν μόνον ἐώρων, τὸ μὴ πεισθῆναι. Διὸ ὅταν μὲν αὐτοῖς συνέφερεν, ἔλεγον, ὅτι Οἴδαμεν· ὅταν δὲ πάλιν οὐ συνέφερε, διετείνοντο, ὡς Οὐκ οἴδαμεν. Τῆς κακίας οὖν ἐστιν αὐτῶν ἡ τοσαύτη ἐναντιοφωνία. Ζητήσειε δ' ἄν τις, Πόθεν κινούμενοι οὗτοι λέγουσιν, ὅτι « Ὁ Χριστὸς ὅταν ἔρχηται, οὐδεὶς γινώσκει πόθεν ἐστίν; » Οὐ γὰρ ἄν, εἰ μὴ μαρτυρίαν τινὰ εἶχον ἀπὸ τῶν Γραφῶν, ἢ παραδόσεις βεβαίας, οὕτω προδήλως ἐναντία ἐφθέγγοντο τοῖς ἐπὶ τοῦ Ἡρῴδου Γραμματεῦσιν, εἰποῦσι προφανῶς, ὅτι « Ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας γεννᾶται· » καὶ πάλιν τοῖς λέγουσιν, ὅτι « Ἐκ Βηθλεὲμ τῆς κώμης ὁ Χριστὸς ἔρχεται. » Τί οὖν ἐστιν εἰπεῖν; Ὅτι ἀπὸ τῶν προφητῶν ἀμφότεροι ταῦτα ἔλεγον. Οἵ τε γὰρ ἐν Βηθλεὲμ αὐτὸν γεννᾶσθαι, καὶ ἐκ τῆς κώμης τοῦ Δαυὶδ εἶναι λέγοντες,

Vers. 25-27. « Dicebant ergo quidam ex Hierosolymitanis: Nonne hic est quem quærunt interficere? Atqui ecce palam loquitur, et nihil ei dicunt. Num vere cognoverunt principes hunc esse vere Christum? Sed hunc novimus unde sit: Christus autem cum venerit, nemo scit unde sit. » Non simpliciter absque causa adjecit. « Quidam ex Hierosolymitanis, » sed ut ostendat quod cum maxima illis miracula evenissent, omnium fuerint miserrimi. Quomodo enim non (a) miseri, qui viso magno deitatis illius signo, adhuc corruptum habent judicium? Etenim magnum quidem habuissent signum, si volnissent, quod invitis et insanientibus ipsis contra eum, libere in medio ipsorum ambularet, neque patereturque ab eis. Sed nolebant hoc signo virtutem ejus cognoscere. Dubitant autem dicentes: « Num forte et principes cognoverunt quod hic est vere Christus? » et neque in hac sententia permanent, sed colligunt quod Nullus quidem scit unde venturus sit Christus, illum autem scimus unde sit: non igitur hic est Christus. Cæterum vide malitiam, quomodo et illi sibi adversarii sint. Principes enim ipsorum cum interrogarentur ab Herode, dicunt in Bethleem Juda nasci Christum [56]. Illi autem dicunt quod nullus sciat unde sit Christus. Vides dictorum contrarietatem? Et iterum alibi quidem dicunt: « Nos scimus quod Mosi locutus est Deus, hunc autem nescimus unde sit [57]. » Porro hoc loco dicunt: « Hunc scimus unde sit. » Vidisti insanientium sermones? Scimus et nescimus. Quid huic insaniæ verborum par? Ad unum enim spectabant, ne credant. Itaque quando in illorum rem erat, dicebant, Scimus: quando vero minus, negabant. Unde eorum malitiæ fuerit hæc sententiarum varietas. At forte quæsiverit aliquis, Unde moti isti dicunt quod « Christus, quando venerit, nemo novit unde sit? » Nequaquam enim nisi testimonium aliquod habuissent a Scripturis, aut solidas traditiones, 608 adeo aperte contraria scribis illis dixissent qui Herodis erant tempore, qui clare dixerant, quod « in Bethleem Judææ nascatur; » atque rursum iis qui dicunt quod « ex Bethleem castello Christus veniet. » Quid igitur dicendum? Quod ex prophetis utrique ista dicebant. Nam qui in Bethleem ipsum nasci, et ex civitate David esse dicebant, manifeste prophetam

[56] Matth. II, 5. [57] Joan. IX, 29.

Ex collatione codd. Venet. S. Marci.

(27) Cod. 26, *Τοῦτον δὲ οὐκ οἴδαμεν πόθεν ἐστίν.* Ἐνταῦθα δέ φασιν, ὅτι *Τοῦτον οἴδαμεν πόθεν ἐστίν.* Εἶδες, κ. τ. λ.

(a) In Edit. Lut. omittitur, *non.*

Digitized by Google

habebant testem Michæam dicentem, quemadmodum et Matthæus ait: « Et tu, Bethleem, terra Juda, nequaquam minima es in principibus Juda: ex te enim egredietur dux qui regat populum meum Israel[58]. » Et contra hi qui dicebant quod Christum non novit quis unde veniat, prophetas habebant testes hujusmodi sententiæ: quin et ipsum Michæam [59] dicentem: « Egressus ipsius ab initio, a diebus sæculi; » id quod ignotum ejus egressum, hoc est nativitatem declarat. Nullus enim hominum scit quomodo ab initio et a diebus sæculi exitum, hoc est, nativitatem habeat. Homines enim in tempore, ille autem a diebus sæculi, et ab initio. Quod autem æternum, quomodo hi qui sub tempore, cognoscunt? Sed et Isaias dicit: « Generationem ejus quis enarrabit [60]? » Ex his igitur persuasi dicebant: Nemo scit unde sit Christus. Non enim intelligebant quod duplex esset Dominus Jesus: et secundum nativitatem carnalem, quæ erat e Virgine, sciebatur unde erat, nempe quod in Bethleem natus; secundum incorpoream vero et ineffabilem ejus nativitatem, qua a Patre ante sæcula natus est, supra omnem sermonem nativitas ejus est. Hierosolymitani igitur illi nativitatem in carnem fatentur se scire unde sit: illam autem quæ ante sæcula, secundum quam nemo scit Christum unde sit, non fatentur. Idcirco, cum non intelligerent eum duplicis naturæ, et una quidem sciebatur, altera vero non, dicunt quod non sit Christus.

VERS. 28, 29. « Clamavit igitur in templo docens Jesus, et dicens: Et me scitis, et scitis unde sim: et a meipso non veni, sed est verax qui misit me, quem vos non novistis. Ego vero novi eum, quia ab ipso sum, et ille me misit. » Quoniam non alia de causa dicebant, Hunc unde sit scimus, quam ostendere volentes quod de terra sit, et quod fabri filius, propterea reducit eos ad cœlum, dicens: « Et me scitis, et scitis unde sim, » hoc est, quamvis propter malitiam reticeatis, scitis tamen unde sim, quod de cœlo. Quoniam enim Pater meus illinc est, manifestum quod et ego illinc sum, et quod ab illo missus sum, qui est verus. Quia autem ille verus, ideo et ego utique verax et non mendax. Non enim verax impostorem et mendacem mittere vellet. Hunc autem qui misit me, vos quidem nescitis et ignoratis, quandoquidem id operibus non declaratis. Nam (sicut Paulus inquit [61]) in scientia ignorantia **609** est. « Deum, inquit, fatentur scire, opere autem inficiantur eum. Et vos quidem Judæi nescitis Patrem meum, propter opera vestra mala, et pessimum animum. Ego autem illum scio, neque enim obstant mihi vel mens mala, vel opera quæ illi displicent, quominus illum cognoscam. « Ab ipso enim sum, » hoc est, ex ipso, non ab alia substantia, vel alienus ab eo, « et ille me misit. » Vide autem et hoc loco duas naturas in Christo manifestari: per hoc enim quod ait Apostolus, « Ab ipso sum, » sub-

προφανῶς τὸν προφήτην Μιχαίαν εἶχον μάρτυρα λέγοντα, ὡς καὶ ὁ Ματθαῖός φησι· « Καὶ σὺ, Βηθλεὲμ γῆ Ἰούδα, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα· ἐκ σοῦ γὰρ ἐξελεύσεται ἡγούμενος ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου Ἰσραήλ. » Καὶ οὗτοι δὲ πάλιν οἱ λέγοντες, ὅτι τὸν Χριστὸν οὐκ οἶδέ τις, πόθεν ἔρχεται, τοὺς προφήτας εἶχον μάρτυρας τῆς τοιαύτης γνώμης· καὶ αὐτὸν δὲ τὸν Μιχαίαν λέγοντα, ὅτι « Αἱ ἔξοδοι αὐτοῦ ἀπ' ἀρχῆς ἐξ ἡμερῶν αἰῶνος· » ὅπερ ἄγνωστον τὴν αὐτοῦ ἔξοδον, ἤτοι τὴν γέννησιν ἐμφαίνει. Τὸν γὰρ, « ἀπ' ἀρχῆς, » καὶ « ἐξ ἡμερῶν αἰῶνος, » τὰς ἐξόδους ἔχοντα, ἤτοι τὴν γέννησιν, οὐκ ἄν τις ἀνθρώπων εἰδείη. Ἄνθρωποι γὰρ ἐν χρόνῳ, ἐκεῖνος δὲ ἐξ ἡμερῶν αἰῶνος καὶ ἀπ' ἀρχῆς· τὸ δὲ αἰώνιον πῶς ὁ ὑπὸ χρόνον γινώσκει; Ἀλλὰ καὶ Ἡσαΐας φησί· « Τὴν δὲ γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; » Ἐκ τούτων οὖν πειθόμενοι ἔλεγον, ὅτι Τὸν Χριστὸν οὐκ οἶδέ τις, πόθεν ἐστίν. Οὐ γὰρ ἤδη ἐνενόουν, ὅτι διπλοῦς ὢν ὁ Κύριος Ἰησοῦς, κατὰ μὲν τὴν ἐκ Παρθένου ἐν σαρκὶ γέννησιν, ἐγνωρίζετο πόθεν ἐστὶν, ὅτι ἐκ Βηθλεέμ· κατὰ δὲ τὴν ἀσώματον καὶ ἀπορρητοτέραν τὴν ἐκ Πατρὸς πρὸ πάντων τῶν αἰώνων, λέγεται γενεὰν ἔχειν ὑπερτέραν πάσης διηγήσεως. Οὗτοι τοίνυν οἱ Ἱεροσολυμῖται τὴν μὲν ἐν σαρκὶ γέννησιν ὁμολογοῦσιν εἰδέναι, καὶ πόθεν ἐστί· τὴν δὲ πρὸ αἰώνων, καθ' ἣν οὐκ οἶδέ τις τὸν Χριστὸν, πόθεν ἐστὶν, οὐχ ὁμολογοῦσιν. Διὸ μὴ λογιζόμενοι ὅτι διπλοῦς ὤν, τὸ μέντοι γινώσκεται, τὸ δ' οὔ, φασὶν, ὡς οὐκ εἴη ὁ Χριστός.

« Ἔκραζεν οὖν ἐν τῷ ἱερῷ διδάσκων ὁ Ἰησοῦς, καὶ λέγων· Κἀμὲ οἴδατε, καὶ οἴδατε πόθεν εἰμί· καὶ ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐκ ἐλήλυθα, ἀλλ' ἔστιν ἀληθινὸς ὁ πέμψας με, ὃν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε. Ἐγὼ δὲ οἶδα αὐτὸν, ὅτι παρ' αὐτοῦ εἰμι, κἀκεῖνός με ἀπέστειλεν. » Ἐπειδὴ τὰ, « Οἴδαμεν τοῦτον, πόθεν ἐστὶ; » δι' οὐδὲν ἕτερον ἔλεγον, ἀλλ' ἢ δεῖξαι θέλοντες, ὅτι ἐκ τῆς γῆς ἐστι, καὶ ὅτι τέκτονος υἱὸς, διὰ τοῦτο αὐτὸς ἀνάγει αὐτοὺς εἰς τὸν οὐρανὸν λέγων· « Καὶ ἐμὲ οἴδατε, καὶ οἴδατε πόθεν εἰμί· τουτέστι, Κἂν εἰ διὰ τὴν κακίαν συγκαλύπτητε, ὅμως οἴδατε πόθεν εἰμὶ, ὅτι ἐξ οὐρανοῦ. Ἐπεὶ γὰρ ἐκεῖθέν ἐστιν ὁ Πατήρ μου, πρόδηλον, ὅτι καὶ αὐτὸς ἐκεῖθέν εἰμι, καὶ ὅτι παρ' ἐκείνου ἀπεστάλην, ὃς ἐστιν ἀληθής. Ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνος ἀληθὴς, κἀγὼ ἂν εἴην ἀληθὴς, καὶ οὐ πλάνος. Οὐ γὰρ ἂν ὁ ἀληθὴς πλάνον καὶ ψευδῆ ἠθέλησεν ἀποστεῖλαι. Τοῦτον δὲ τὸν ἀποστείλαντά με, ὑμεῖς μὲν οὐκ οἴδατε, ἀλλ' ἀγνοεῖτε ἄγνοιαν τὴν διὰ τῶν ἔργων. Ὡς γὰρ ὁ Παῦλός φησιν, ἔστιν ἄγνοια ἐν γνώσει. « Θεὸν, φησὶν, ὁμολογοῦσιν εἰδέναι, τοῖς δὲ ἔργοις ἀρνοῦνται. Καὶ ὑμεῖς οὖν οἱ Ἰουδαῖοι οὐκ οἴδατε τὸν Πατέρα μου διὰ τὰ ἔργα ὑμῶν τὰ πονηρὰ, καὶ τὴν κακίστην γνώμην. « Ἐγὼ δὲ οἶδα αὐτόν. » Οὐ γὰρ ἐμποδίζουσί μοι οὔτε γνώμη πονηρὰ, οὔτε ἔργα ἀπαρέσκοντα ἐκείνῳ, πρὸς τὴν γνῶσιν αὐτοῦ. « Παρ' αὐτοῦ γάρ εἰμι· » τουτέστιν, ἐξ αὐτοῦ, οὐκ ἀπ' ἄλλης οὐσίας, ἢ ἀλλότριος αὐτοῦ, « κἀκεῖνός με ἀπέστειλεν. » Ὅρα δὲ ἐνταῦθα τὰς δύο φύσεις τοῦ Χριστοῦ δηλουμένας· διὰ

[58] Matth. II, 6; Mich. V, 2. [59] Ibid. [60] Isa. LVIII, 8. [61] Tit. I, 16.

Digitized by Google

μὲν τοῦ, « Παρ' αὐτοῦ εἰμι, » τὴν οὐσίαν τῆς θεότητος· διὰ δὲ τοῦ, « Κἀκεῖνός με ἀπέστειλε, » τὸ ἀνθρώπινον· ἀπόστολος γὰρ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον λέγεται, καθὸ καὶ δοῦλος ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ.

« Ἐζήτουν οὖν αὐτὸν πιάσαι, καὶ οὐδεὶς ἐπέβαλεν ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας, ὅτι οὔπω ἐληλύθει ἡ ὥρα αὐτοῦ. Πολλοὶ οὖν ἐκ τοῦ ὄχλου ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν, καὶ ἔλεγον, ὅτι Ὁ Χριστὸς ὅταν ἔλθῃ, μήτι πλείω σημεῖα τούτων ποιήσει, ὧν οὗτος ἐποίησεν; » Δεικνύων ὁ εὐαγγελιστὴς, ὅτι ἀοράτως κατείχοντο, καὶ ὅτι ἑκὼν ἔπαθε, καὶ οὐκ ἐξ ἀδυναμίας, φησὶν, ὅτι « Ἐζήτουν αὐτὸν πιάσαι, καὶ οὐδεὶς ἐπέβαλεν ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας. » Τὸ δὲ, Οὔπω ἦλθεν ἡ ὥρα αὐτοῦ, » ἔφη, οὐχ ὅτι καιροῖς ὑπέκειτο, ἀλλ' ὅτι πάντα ἐν ὥρᾳ, καὶ ἐπιτηδείῳ καιρῷ καὶ τῷ προσήκοντι ποιεῖ. Ἡνίκα γὰρ τὸ παθεῖν εὔκαιρον ἐλογίσατο, δηλαδὴ κατὰ τὸν ὡραῖον καὶ ἐπιτήδειον χρόνον, τότε δὴ καὶ τοῖς σταυρωταῖς συνεχώρησε. Πάντα γὰρ ἐν καιροῖς ὡραίοις καὶ ἐπιτηδείοις ποιεῖ καὶ οἰκονομεῖ. Οἷον, ἔδει δοθῆναι τὸν νόμον, ἀλλ' ἐν καιρῷ τῷ προσήκοντι, τοὺς προφήτας ὁμοίως, καὶ τὸ Εὐαγγέλιον. Τὸ οὖν τῆς ὥρας ὄνομα, τὸ ἀκριβὲς τῆς σοφίας καὶ τῆς προνοίας τοῦ Σωτῆρος ἐνδείκνυται. « Πολλοὶ δὲ ἐπίστευσαν αὐτῷ, λέγοντες· Μὴ ὁ Χριστὸς πλείω σημεῖα ποιήσει, ὧν οὗτος ἐποίησε; » Λέγουσι δὲ περὶ τοῦ οἴνου τοῦ ἐν Κανᾷ, τοῦ υἱοῦ τοῦ βασιλικοῦ, τοῦ παραλύτου, τῶν ἄρτων, καὶ ἁπλῶς τῶν ἄλλων πάντων, ὧν οὐδὲ οἱ εὐαγγελισταὶ, διὰ τὸ πλῆθος, ὀνομαστὶ ἐπιμέμνηνται. Πλὴν εἰ καὶ ἀκούεις, ὅτι ἐπίστευσαν πολλοὶ, ἀλλ' οὖν οὐκ ἀκριβὴς ἦν ἡ πίστις αὐτῶν, ἀλλ' οἷαν εἰκὸς εἶναι πλήθους χυδαίου, ἄλλοτε ἄλλως μετατατταμένου ταῖς γνώμαις.

« Ἤκουσαν οἱ Φαρισαῖοι γογγύζοντος τοῦ ὄχλου περὶ αὐτοῦ ταῦτα· καὶ ἀπέστειλαν ὑπηρέτας οἱ Φαρισαῖοι καὶ οἱ ἀρχιερεῖς, ἵνα πιάσωσιν αὐτόν. Εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Ἔτι μικρὸν χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμι, καὶ ὑπάγω πρὸς τὸν πέμψαντά με. Ζητήσετέ με, καὶ οὐχ εὑρήσετε· καὶ ὅπου ἐγώ εἰμι, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν. Εἶπον οὖν οἱ Ἰουδαῖοι πρὸς ἑαυτούς· Ποῦ οὗτος μέλλει πορεύεσθαι, ὅτι ἡμεῖς οὐχ εὑρήσομεν αὐτόν; Μὴ εἰς τὴν διασπορὰν τῶν Ἑλλήνων μέλλει πορεύεσθαι, καὶ διδάσκειν τοὺς Ἕλληνας; Τίς ἐστιν ὁ λόγος οὗτος ὃν εἶπε· Ζητήσετέ με, καὶ οὐχ εὑρήσετε· καὶ ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν; » Δι' ὧν ἐγόγγυζεν ὁ ὄχλος, ἐνέφηνεν ὡς ἄρα χρηστοτέραν ἕσχον διάθεσιν, καὶ μερικήν τινα πίστιν πρὸς τὸν Κύριον, καὶ ὡς ἀποσχισθῆναι τῶν ἀρχόντων ἠβούλοντο· οὕπερ ἐκεῖνοι αἰσθόμενοι, ἔπεμψαν συλλαβέσθαι τοῦτον, διὰ τοῦτο μόνον ὅτι ἐπιστεύετο εἶναι Χριστός. Ἔπεμψαν δὲ, ἀλλ' οὐκ αὐτοὶ ἦλθον, φοβούμενοι τὸν ὄχλον, μή τι νεωτερίσωσι· διὸ τοὺς ὑπηρέτας στέλλουσιν, ἑαυτοὺς μὲν ὑπεξάγοντες τοῦ ἴσως συμβησομένου κινδύνου, ἐκείνους δὲ τῷ θυμῷ τοῦ ὄχλου ἐνδιδόντες· οὕτω πανταχοῦ τὸ ἑαυτῶν ἐσκόπουν. Ὁ δὲ Κύριος ταπεινοφροσύνης γέμοντα ῥήματα φθέγγεται· « Ἔτι μικρὸν μεθ' ὑμῶν εἰμι. » Τί, φησὶ, σπουδάζετέ με ἀπελθεῖν; Τί διώκετε; Μικρὸν ἀναμείνατε χρόνον, καὶ οὐδὲ θελόντων ὑμῶν

stantia divina declaratur; cum vero ait, « Et ille misit me, humana: secundum enim humanam naturam missus dicitur atque etiam servus, qui Filius est Dei.

Vers. 30, 31. « Quærebant igitur illum apprehendere, et nemo misit manus in illum, quia nondum venerat hora ejus. Multi autem ex turba crediderunt in eum, et dicebant quod Christus cum venerit, num signa plura edet iis quæ hic edidit? » Ostendens evangelista quod invisibiliter cohiberentur, et quod sponte pateretur, non ex imbecillitate, dicit: « Quærebant illum apprehendere, nullus autem misit in illum manus. » Quod autem « Nondum venerit hora ejus, » dixit non quod temporibus esset obnoxius, sed quod omnia tempore opportuno et hora convenienti fecerit. Quando enim tempestivum existimavit quod pateretur, tunc et crucifixoribus se permisit. Omnia enim temporibus opportunis et accommodis facit ac moderatur: et sicut legem dari conveniebat tempore congruo, ita similiter et prophetas, et Evangelium. Unde nomen horæ ostendit evidentem prudentiam et sapientiam Salvatoris. « Multi autem crediderunt ei, dicentes: Nunquid Christus plura signa faciet, quam hic fecit? » Dicunt autem de vino in Cana Galilææ, de filio regio, de paralytico, de panibus, et in summa de aliis omnibus, de quibus neque evangelistæ propter multitudinem ipsorum nominatim mentionem fecerunt. Verumtamen cum audieris quod multi crediderint, scias illorum fidem exactam non fuisse, sed qualem verisimile est esse in vulgari multitudine, subinde mutante sententiam.

Vers. 32-36. « Audierunt Pharisæi turbam murmurantem de illo hæc, et miserunt Pharisæi ac principes sacerdotum ministros ut apprehenderent eum. Dixit ergo eis Jesus: Adhuc pusillum temporis vobiscum sum, et abeo ad eum qui me misit. Quæretis me, nec invenietis. Et ubi ego sum, eo vos non potestis venire. Dixerunt ergo Judæi inter sese: Quo hic iturus est, quia non inveniemus eum? Num in dispersionem gentium iturus est, et docturus gentes? Quis est hic sermo quem dixit, Quæretis me, et non invenietis, et ubi ego sum, eo vos non potestis venire? » Quia murmurabat turba, manifestum quod affectionem habuerit blandiorem, et fidem quamdam erga Dominum **610** diminutam, nam a principibus separari volebat id quod illi sentientes, miserunt ad comprehendendum Jesum, ob eam duntaxat causam, quod Christus esse credebatur. Miserunt autem, sed non ipsi venerunt, metuentes turbam, ne tumultuaretur: et propterea ministros mittunt, seipsos subducentes, ne quid periculi suboriretur, illos autem furori populi exponentes. Ita undequaque quod suum erat, sectabantur. At Dominus verba humilitate plena loquitur: « Adhuc parvo tempore vobiscum sum. » Quid anhelatis, inquit, ut ego discedam? quid persequimini? ad parvum exspectate tempus, et neque impe-

Digitized by Google

diam vos, si me tenere volueritis. Cæterum cum dicitur, « Vobiscum sum, » sensum habet hunc: Etiamsi persecuti fueritis, etiamsi abegeritis, ego adhuc vobiscum sum: hoc est, pro vobis curam gero, et loquor ea quæ ad salutem vestram spectant, et vado ad eum qui me misit. Hic etiam illis metum incutit, tanquam futurum sit ut in eum impingant qui miserat ipsum. Nam qui eum, qui missus est, ignominia afficiunt, manifestum quod impingunt in eum qui misit. Dicendo autem, « Vado, » significavit mortem suam voluntariam. Porro monstrans quod mors sua non sit talis qualis communis, dicit: « Quo ego vado, vos non potestis venire. » Nam si communis, et similis omnibus fuisset mors ejus, et mansurus fuisset in morte, non dixisset: « Vos non potestis venire. » Omnes enim ad communem mortem abimus. Igitur monstrare volens, id quod dicebam, quod mors sua non sit talis qualis est mors communis, dicit: « Quo ego vado, vos non potestis venire. » Et dicendo: « Quæretis me, et non invenietis, » indicat se eis fore desiderabilem. Quando autem quæsiverunt eum? Lucas dixit quod multæ mulieres lugebant super eo [61]. Verisimile autem et aliis multis hoc evenisse: et dum caperetur civitas, Christi atque miraculorum ejus fore memores, quæsiverunt præsentiam ejus. Porro hæc omnia dicebat, volens illos sibi conciliare et demulcere. Nam ubi ministri eorum venerunt, volentes comprehendere eum, ostendit quod sciat causam profectionis illorum, et quod vellent ipsum occidere. Idem prædicit eis mortem suam, quod parvum tempus sit, et vadat ad Patrem; prædicere autem mortem, magnum est, et non humanum. Idcirco et David dicit: « Notum fac mihi, Domine, finem meum [62]. » Dicebant autem Judæi: « Num in dispersionem gentium abiturus est? » Vide quomodo evenerit eis, et confracti sint ad ea quæ ab illo dicebantur: id quod manifestum ex eo quod interrogabant, « Nunquid in dispersionem gentium abiturus est? » Nam nisi hoc erat, **611** dixissent utique: Visne abire? Nos hoc precabamur, hoc nobis gratum erit. Nunc autem nihil tale dicunt, sed quasi dolentes ne illo privarentur, quærunt quo sit abiturus. Manifestum etiam hoc quia dicunt, Abiturus est ad gentes, et docturus eas. Non enim dixerunt, Seducturus illas, sed Docturus. Dispersionem vero vocabant gentiles, utpote in omnem locum dispersos. Judæi enim olim illis non commiscebantur, sed uno loco Palæstinæ coacti opprobrabant gentilibus ut quocunque dispersis, id quod postea in illos versum est. Ipsi enim Hebræi facti sunt dispersio.

A κατέχειν με, ἀντέξομαι. Ὅρα δὲ καὶ τὸ, « Μεθ' ὑμῶν εἰμι· » τουτέστι, Κἂν διώκητε, κἂν ἐλαύνητε, ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι· ἤγουν, Τὰ ὑπὲρ ὑμῶν οἰκονομῶ, καὶ τὰ πρὸς σωτηρίαν λέγω. « Καὶ ὑπάγω πρὸς τὸν πέμψαντά με. » Ἐνταῦθα καὶ ἐκφοβεῖ αὐτούς, ὡς μέλλοντας ἐκείνῳ προσκρούειν τῷ πέμψαντι αὐτόν. Οἱ γὰρ τὸν πεμφθέντα ἀτιμάζοντες, εὔδηλον ὅτι τῷ πέμψαντι προσκρούουσιν. « Ὑπάγω » δὲ εἰπών, ἐδήλωσε τὸ ἑκούσιον τοῦ θανάτου. Δεικνύων δέ, ὅτι ἡ τελευτὴ αὐτοῦ οὐκ ἔσται τοιαύτη οἵα ἡ κοινή, φησίν, ὅτι « Ὅπου ἐγὼ ὑπάγω, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν. » Εἰ γὰρ κοινὴ καὶ ὁμοία ἦν τοῖς πᾶσιν ἡ τελευτὴ αὐτοῦ, καὶ ἔμελλεν ἀναπομεῖναι τῷ θανάτῳ, οὐκ ἂν εἶπεν, ὅτι « Ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν· » πάντες γὰρ εἰς τὸν κοινὸν θάνατον ἀπιμεν. Ὅπερ οὖν εἶπεν, B δεῖξαι βουλόμενος, ὅτι ὁ αὐτοῦ θάνατος οὐκ ἔστι τοιοῦτος, οἷος ὁ κοινός, φησίν, ὅτι « Ὅπου ἐγὼ ὑπάγω, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν. » Καὶ τὸ εἰπεῖν δέ, ὅτι « Ζητήσετέ με, καὶ οὐχ εὑρήσετε, » δείκνυσιν ὅτι ποθεινὸς αὐτοῖς ἔσται. Πότε δὲ ἐζήτησαν αὐτόν; Ὁ Ἀσυκὰς εἶπεν, ὅτι « Πολλαὶ γυναῖκες ἐκόπτοντο ἐπ' αὐτῷ· » εἰκὸς δὲ καὶ ἄλλους πολλοὺς τοῦτο πάσχειν, ἀλλὰ καὶ τῆς πόλεως ἁλισκομένης, μεμνῆσθαι τοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν θαυμάτων αὐτοῦ, καὶ τὴν παρουσίαν ζητεῖν τὴν αὐτοῦ. Ταῦτα δὲ πάντα ἔλεγεν, ἐφελκύσασθαι αὐτοὺς καὶ κατακάμψαι βουλόμενος. Ἐπεὶ γὰρ οἱ ὑπηρέται ἦλθον, συλλαβεῖν αὐτὸν βουλόμενοι, δείκνυσιν, ὡς οἶδε τῆς ἀφίξεως αὐτῶν τὴν αἰτίαν, καὶ ὅτι φονεῦσαι αὐτὸν βούλονται. Διὸ προλέγει αὐτοῖς C τὸν ἑαυτοῦ θάνατον, ὅτι μικρὸν, καὶ ὑπάγει πρὸς τὸν Πατέρα. Καὶ τὸ προειπεῖν δὲ τὸν θάνατον, μέγα καὶ οὐκ ἀνθρώπινον. Διὸ καὶ ὁ Δαυὶδ, « Γνώρισόν μοι, φησὶ, Κύριε, τὸ πέρας μου. » Ἔλεγον δὲ οἱ Ἰουδαῖοι· « Μὴ εἰς τὴν διασποράν τῶν Ἑλλήνων μέλλει ἀπέρχεσθαι; » Ὅρα πῶς ἔπαθόν τι, καὶ κατεκλάσθησαν πρὸς τὰ λεχθέντα ὑπ' αὐτοῦ· δῆλον δὲ ἀπὸ τοῦ ἐρωτᾷν· « Μὴ εἰς τὴν διασποράν τῶν Ἑλλήνων μέλλει πορεύεσθαι; » Εἰ γὰρ οὐ τοῦτο ἦν, εἶπον ἄν· Βούλει ἀπελθεῖν; Ἡμεῖς τοῦτο εὐχόμεθα, τοῦτο ἀσμενίζομεν. Νῦν δὲ οὐδὲν τοιοῦτον, ἀλλ' ὥσπερ ἀγωνιῶντες μὴ στερηθῶσιν αὐτοῦ, ζητοῦσι, ποῦ μέλλει ἀπελθεῖν, δῆλον δὲ τοῦτο καὶ ἀπὸ τοῦ εἰπεῖν, ὅτι Εἰς τοὺς Ἕλληνας μέλλει πορεύεσθαι, καὶ διδάσκειν αὐτούς. Οὐ γὰρ εἶπον, ὅτι Μέλλει πλανᾷν D αὐτοὺς, ἀλλὰ, « Διδάσκειν. » Διασποράν δὲ ἐκάλουν τοὺς ἐθνικοὺς, ὡς ἐν παντὶ τόπῳ διεσπαρμένους. Αὐτοῖς γὰρ οἱ Ἰουδαῖοι τὸ παλαιὸν οὐκ ἐμίγνυντο, ἀλλ' ἐν ἑνὶ τόπῳ, τῇ Παλαιστίνῃ συνηγμένοι, ὠνείδιζον τοὺς ἐθνικοὺς, ὡς πανταχοῦ διεσπαρμένους· ὅπερ εἰς αὐτοὺς περιετράπη ὕστερον· διασπορὰ γὰρ μᾶλλον αὐτοὶ οἱ Ἑβραῖοι γεγόνασιν.

Vers. 37, 38. « In novissimo autem die magno festi stabat Jesus, et clamabat, dicens: Si quis sitit, veniat ad me, et bibat. Qui credit in me, sicut dixit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ. » Primum diem festi, et novissimum hunc

« Ἐν δὲ τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ τῇ μεγάλῃ τῆς ἑορτῆς, εἱστήκει ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἔκραζε λέγων· Ἐάν τις διψᾷ, ἐρχέσθω πρός με, καὶ πινέτω. Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, καθὼς εἶπεν ἡ Γραφὴ, ποταμοὶ ῥεύσουσιν ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ὕδατος ζῶντος. » Τὴν πρώτην

[61] Luc. XXIII, 27. [62] Psal. XXXVIII, 5.

Digitized by Google

ἡμέραν τῆς ἑορτῆς καὶ τὴν ἐσχάτην, ἤτοι τὴν ἑβδόμην, μεγάλην ὠνόμαζον, ἐπεὶ καὶ ὁ νόμος τὴν ἑβδόμην ἡμέραν τῆς ἑορτῆς, κλητὴν ἁγίαν ἐκάλεσε. Τούτῳ γοῦν ἑπόμενος καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς, τὴν ἐσχάτην ἡμέραν, μεγάλην ὀνομάζει. Εἰκότως οὖν ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ διαλέγεται τοῖς ὄχλοις, ἐφόδια οἱονεί τινα διδοὺς αὐτοῖς μέλλουσιν ἀπιέναι οἴκαδε. Τὰς γὰρ ἐν τῷ μέσῳ ἡμέρας εἰς τρυφὴν ἀνειμένοις, ἄκαιρον ἦν προσλαλήσεσθαι· οὐδὲ γὰρ προσεῖχον ἄν. Ἔκραξε δὲ ὁ Ἰησοῦς, ἅμα μὲν ἵνα ἐξάκουστος εἴη, ἅμα δὲ τὴν παῤῥησίαν δεικνύων, καὶ ὡς οὐδένα πτοεῖται. Τί οὖν φησιν; « Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, καθὼς εἶπεν ἡ Γραφή· » ἐνταῦθα γὰρ δεῖ στίξαι, εἶτα ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς ἀναγνωστέον τὸ, « Ποταμοὶ ῥεύσουσιν ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ. » Ἐπεὶ γὰρ πολλοὶ ἀπὸ τῶν σημείων ἐπίστευον, δεικνὺς ὅτι οὐκ ἀπὸ τῶν σημείων δεῖ πιστεύειν οὕτως ὡς ἀπὸ τῶν Γραφῶν (ἡ γὰρ διωρθωμένη πίστις ἀπὸ τῶν Γραφῶν ἐστι), τούτου ἕνεκέν φησιν· « Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, καθὼς εἶπεν ἡ Γραφή· » τουτέστι, Καθὰ μαρτυρεῖ ἡ Γραφὴ περὶ ἐμοῦ, ὅτι Υἱός εἰμι Θεοῦ, ὅτι Κτίστης, ὅτι Κύριος τοῦ παντὸς, ὅτι Σωτὴρ τοῦ κόσμου. Πολλοὶ γὰρ ἔδοξαν πιστεύειν, ἀλλ' οὐχ ὡς εἶπεν ἡ Γραφὴ ὡς δὲ αὐτοὶ ταῖς αὐτῶν αἱρέσεσιν ἠκολούθησαν· τοιοῦτοι πάντες οἱ αἱρετικοί. Ποταμοὺς δὲ εἶπεν ἐκ τῆς κοιλίας τοῦ οὕτω πιστεύσαντος ῥεῦσαι, κοιλίαν μὲν τροπικῶς ὀνομάζων τὴν καρδίαν· ὡς καὶ ὁ Δαυὶδ· « Καὶ τὸν νόμον σου ἐν μέσῳ τῆς κοιλίας μου· » τουτέστι, Τῆς καρδίας μου. Ποταμοὺς δὲ ῥεῦσαι ἔφη, καὶ οὐ ποταμὸν, ὕδατος ζῶντος, τὴν τοῦ Πνεύματος ἄφθονον χάριν καὶ τὴν δαψίλειαν αἰνιττόμενος. Τοιοῦτον γάρ ἐστι τὸ Πνεῦμα, εἰς οἷαν ψυχὴν εἰσέλθοι, καὶ ἐν ᾗ ἂν ἱδρυνθείη, ποιοῦν αὐτὴν ἀναβλύζειν πάσης πηγῆς ἀφθονώτερον. Καὶ μάθοι ἄν τις, πῶς ποταμοὶ ῥεύσουσιν ἐκ τῆς κοιλίας τοῦ πιστεύοντος κατὰ τὰς Γραφὰς, εἴγε τὴν τοῦ Πέτρου γλῶτταν, καὶ τὴν τοῦ Παύλου ῥώμην, καὶ τὴν τοῦ Στεφάνου σοφίαν κατασκέψαιτο· οὓς οὐδὲν ὑφίστατο λέγοντας, ἀλλὰ πάντες παρεσύροντο ὥς τινων ποταμῶν ῥεύμασιν ἀνυποστάτοις τὴν φοράν.

septimum, magnum dicebant : quia et lex septimum diem festi vocatum, sanctum nominavit. Illam igitur sequens evangelista, novissimum diem magnum nominat[61]. Merito autem in novissimo die loquitur cum turbis, quasi viatica illis data domum redituris. Cum his enim, qui in diebus intermediis deliciis erant intenti, intempestivum erat colloqui, neque enim attendissent. Clamavit autem Jesus partim ut magis audiretur, partim ut libertatem suam in dicendo manifestaret, et quod nullum metueret. Quid autem dicit? « Qui credit in me, sicut dicit Scriptura; » hoc enim loco punctum oportet facere, deinde aliud faciendum est principium : « Flumina fluent ex ventre ejus. » Quia enim multi propter signa credebant, ostendit non tam propter signa credendum esse, quam propter Scripturam. Fides enim recta ex Scripturis est. Ejus gratia inquit : « Qui credit in me, sicut Scriptura dicit, » hoc est, quemadmodum testatur de me Scriptura, quod Filius sum Dei, quod Creator, quod Dominus universi (multi enim putant se credere, sed non ut dicit Scriptura, atque ita suas secuti sunt sectas, quales sunt omnes hæretici). At flumina dixit ex ventre ejus qui vere fidelis est, fluere, ventrem quidem « cor » nominans tropo Hebraico, sicut et David inquit : « Et legem tuam in medio ventris mei [62], » hoc est, cordis mei. Flumina autem fluere dicebat, et non flumen aquæ vivæ, Spiritus liberalem gratiam et largitatem insinuans. Talis enim est Spiritus, ut in quamcunque animam introierit, et in qua resederit, faciat illam scaturire quovis fonte uberius. Et discet quis quomodo fluant flumina ex ventre credentis secundum Scripturam, si quidem Petri linguam, et Pauli impetum, et Stephani sapientiam consideraverit, quos dicentes nihil effugit, sed omnes sequuntur **612** tanquam a fluminibus quibusdam impetu ruentibus rapti.

« Τοῦτο δὲ εἶπε περὶ τοῦ Πνεύματος, οὗ ἔμελλον λαμβάνειν οἱ πιστεύοντες εἰς αὐτόν. Οὔπω γὰρ ἦν Πνεῦμα ἅγιον, ὅτι Ἰησοῦς οὐδέπω ἐδοξάσθη. » Ἑρμηνεύων ὁ εὐαγγελιστὴς ἵνες εἰσὶν οἱ ποταμοὶ τοῦ ζῶντος ὕδατος, φησὶν, ὅτι « Τοῦτο δὲ εἶπε περὶ τοῦ Πνεύματος, οὗ ἔμελλον αμβάνειν οἱ πιστεύοντες. Οὔπω γὰρ ἦν, φησὶ, Πνεῦμα ἅγιον. » Ἀλλ' ἐνταῦθα ζητήσειεν ἄν τις· Πῶς φησιν ὁ εὐαγγελιστὴς, ὅτι οὔπω ἦν Πνεῦμα ἅγιον, δοθὲν δηλονότι; καὶ μὴν οἱ προφῆται Πνεύματι ἐλάλουν; Καὶ οἱ ἀπόστολοι δὲ πῶς ἄρα τὰς ἰάσεις ἐτέλουν; Φαμὲν οὖν, ὅτι οἱ προφῆται Πνεύματι ἐλάλουν ὁμολογουμένως, ἀλλ' ἡ χάρις αὕτη συνεστάλη, καὶ ἀπὸ τῆς γῆς ἀνεχώρησεν. Ὥστε εἰ καὶ ἐν τοῖς χρόνοις τῶν προφητῶν ἐνήργει, ἀλλὰ τότε διὰ τὸ ἀνάξιον τοῦ λαοῦ, ὅτε, φημὶ, Χριστὸς ἐν σαρκὶ περιεπάτει, οὐκ ἐπεχωρίαζεν ἡ προφητεία, οὐδὲ ἐπόπτευεν αὐτῶν τὰ ἅγια καὶ τὸν ναὸν ἡ χάρις. Ἐπεὶ οὖν τότε μὲν οὐκ ἦν ἡ τοῦ Πνεύματος ἐνέργεια, ἔμελλε δὲ δοθῆναι, διὰ τοῦτό φησιν,

Vers. 39. « Hoc autem dixit de Spiritu quem accepturi erant credentes in ipsum. Nondum enim erat Spiritus sanctus, quia Jesus nondum erat glorificatus. » Interpretans evangelista quæ sint flumina aquæ vivæ, dicit : « Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes. « Nondum enim erat, inquit, Spiritus sanctus. » Sed hoc loco quæsiverit quispiam ; Quomodo inquit evangelista quod Spiritus sanctus nondum erat, datus, videlicet? Annon et prophetæ Spiritu locuti sunt? Et apostoli quoque quomodo sanitates perfecerunt? Dicimus igitur quod prophetæ absque controversia Spiritu locuti sunt, sed donum hoc contractum erat, et a terra secesserat : atque ideo quamvis in temporibus prophetarum operabatur, tunc tamen propter populi indignitatem, quando, inquam, Christus in carne ambulabat, non familiaris erat prophetia, neque illorum sancta et templum respiciebat gratia. Quia igitur tunc quidem non erat operatio Spiritus,

[61] Exod. xxxv, 2. [62] Psal. xxxix, 9.

Digitized by Google

sed erat danda : propter hoc, inquit, quia « Nondum datus erat Spiritus sanctus, » hoc est, non versabatur in Judæis, nec apparebat per operationes. Apostoli autem non Spiritu, sed in potestate Domini miracula faciebant. Audi enim Evangelium quid dicat, quia Missurus illos dedit eis potestatem, sed non Spiritum sanctum : atque quæcunque faciebant miracula, non Spiritu, sed potestate et nomine Domini faciebant [66]. Nam cum resurrexisset e sepulcro, tunc dixit eis : « Accipite Spiritum sanctum [67]. » Et in Pentecoste venit super eos Spiritus sanctus [68]. Et aliter : Erat et in prophetis Spiritus virtus, et in apostolis ante crucem : sed non sic ut post assumptionem, largus scilicet ac copiosus, ita ut fluminibus comparari debuerit. Atque ita merito evangelista dixit quod nondum fuerit datus Spiritus sanctus, hoc est nondum ita largiter effusus sicut postea : quia et ante crucem erat datus quidem, sed non tam largus. Nondum enim Jesus glorificatus erat, gloriam hoc loco crucem nominante evangelista. Per crucem enim dejecit tyrannum, et regnavit. Nondum igitur cruce firmata, neque peccato abolito, neque natura nostra in Christo victrice mundi, et conciliata Deo, merito non datum fuisse largum Spiritus donum dicitur. Oportebat enim nos prius fieri amicos Dei, id quod per crucem consummatum est. Insuper sic accipiendum donum Dei sicut et mundanum. Primum aliquis fit amicus regis, deinde accipit dona. Gratia Deo, qui tantum nobis largitus est beneficium, quantum neque prophetis. Nam prophetæ gratiam quidem habebant Spiritus, sed aliis non exhibebant. **613** Apostoli vero innumeros impleverunt.

Ὅτι « Οὐδέπω ἦν Πνεῦμα ἅγιον, » τουτέστιν, ἐμποδιζόμενον τοῖς Ἰουδαίοις, καὶ ἐπιφαινόμενον διὰ τῶν ἐνεργειῶν. Οἱ δέ γε ἀπόστολοι, οὐκ ἐν Πνεύματι, ἀλλ' ἐν τῇ τοῦ Κυρίου ἐξουσίᾳ τὰ θαύματα ἐτέλουν. Ἄκουε γὰρ καὶ τοῦ Εὐαγγελίου, τί φησιν, ὅτι « Μέλλων αὐτοὺς πέμπειν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν, » ἀλλ' οὐ Πνεῦμα ἅγιον. Ὥστε, ὅσα ἐποίουν θαυμάσια, οὐ Πνεύματι, ἀλλ' ἐξουσίᾳ καὶ ὀνόματι Κυρίου ἐποίουν. Ὅτε μέντοι ἐξανέστη τοῦ τάφου, τότε εἶπεν αὐτοῖς· « Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον· » καὶ ἐν τῇ Πεντηκοστῇ ἦλθεν ἐπ' αὐτοὺς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ἄλλως τε, εἰ καὶ ἐν τοῖς προφήταις ἦν ἡ τοῦ Πνεύματος δύναμις, καὶ ἐν τοῖς ἀποστόλοις πρὸ τοῦ σταυροῦ, ἀλλ' οὐχ οὕτως, ὡς μετὰ τὴν ἀνάληψιν, δαψιλὴς δηλαδὴ καὶ ἄφθονος, ὡς καὶ ποταμοῖς παραβάλλεσθαι. Ὥστε εἰκότως ὁ εὐαγγελιστὴς εἶπεν, ὅτι « Οὔπω ἦν Πνεῦμα ἅγιον, » τουτέστιν, οὕτως ἐκχυθὲν δαψιλῶς ὡς ὕστερον· ἐπεὶ καὶ πρὸ τοῦ σταυροῦ ἦν μέν, ἀλλ' οὐχ οὕτω δαψιλῶς. « Οὐδέπω γὰρ Ἰησοῦς ἐδοξάσθη, » δόξαν ἐνταῦθα τὸν σταυρὸν ὀνομάζοντος τοῦ εὐαγγελιστοῦ. Διὰ γὰρ τοῦ σταυροῦ κατέβαλε τὸν τύραννον, καὶ ἐβασίλευσεν. Οὔπω οὖν τοῦ σταυροῦ παγέντος, οὐδὲ τῆς ἁμαρτίας καταργηθείσης, οὐδὲ τῆς φύσεως ἡμῶν ἐν Χριστῷ νικησάσης τὸν κόσμον, καὶ καταλλαγείσης τῷ Θεῷ, εἰκότως οὐκ ἐδόθη ἡ δαψιλὴς τοῦ Πνεύματος χάρις. Ἔδει γὰρ πρότερον ἡμᾶς γενέσθαι τοῦ Θεοῦ φίλους, ὃ διὰ τοῦ σταυροῦ ἐτελέσθη, εἶθ' οὕτως λαβεῖν τὴν δωρεὰν τοῦ Θεοῦ· ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς κοσμικοῖς, πρότερόν τις γίνεται τοῦ βασιλέως φίλος, εἶτα λαμβάνει τὰς δωρεάς. Χάρις οὖν τῷ Θεῷ, τῷ τοσαύτην ἡμῖν ἐπιδαψιλευσαμένῳ τὴν χάριν, ὅσην οὐδὲ τοῖς προφήταις. Οἱ γὰρ προφῆται χάριν μὲν εἶχον Πνεύματος, ἄλλοις δὲ οὐ παρεῖχον· οἱ δὲ ἀπόστολοι μυριάδας ἐνέπλησαν.

Vers. 40-43. « Multi ergo de turba cum audissent hunc sermonem, dicebant : Hic est vere propheta, Alii dicebant : Hic est Christus. Quidam autem dicebant : Num a Galilæa veniet Christus? Nonne Scriptura dicit quod ex semine David, et de Betheem castello, ubi erat David, veniet Christus? Dissensio itaque orta est in turba propter eum. » Verborum libertate placati quidam de turba, non ex principibus (nam principes semper propter invidiam reluctabantur) confitentur quod hic sit propheta ille qui exspectabatur. Alii autem qui erant ex imperita et incircumspecta turba, dicebant, Christus est, non intelligentes quod idem esset et non alius et alius Christus et propheta ille. Ingratiores autem : Non, inquiunt, ex Galilæa Christus veniet, sed ex Bethleem, et ex semine David. Hoc autem dicebant maligna mente, et non sicut Nathanael legis peritus et accuratus inquit, « Quid e Nazareth (*a*) boni potest esse [69]? » Ideo et Dominus laudat eum sicut non dolosum, sed magis ob legis studium hoc dicentem. Hi autem dolose hoc dicunt

« Πολλοὶ οὖν ἐκ τοῦ ὄχλου ἀκούσαντες τὸν λόγον, ἔλεγον· Οὗτός ἐστιν ἀληθῶς ὁ προφήτης. Ἄλλοι ἔλεγον· Οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός. Ἄλλοι ἔλεγον· Μὴ γὰρ ἐκ τῆς Γαλιλαίας ὁ Χριστὸς ἔρχεται; οὐχὶ ἡ Γραφὴ εἶπεν, ὅτι ἐκ τοῦ σπέρματος Δαυὶδ, καὶ ἀπὸ Βηθλεὲμ τῆς κώμης, ὅπου ἦν Δαυὶδ, ὁ Χριστὸς ἔρχεται; Σχίσμα οὖν ἐν τῷ ὄχλῳ ἐγένετο δι' αὐτόν. » Τὴν παῤῥησίαν τῶν ῥημάτων καταδυσωπηθέντες τινὲς ἐκ τοῦ ὄχλου, οὐκ ἐκ τῶν ἀρχόντων (οἱ γὰρ ἄρχοντες ἀεὶ διὰ βασκανίαν ἀντέπιπτον), ὁμολογοῦσιν, ὅτι « Οὗτός ἐστιν ὁ προφήτης, » ὁ προσδοκώμενος. Ἄλλοι δὲ, οἷα ὄχλος ὄντες ἀμαθὴς καὶ ἀπερίσκεπτος, ἔλεγον, ὅτι « Ὁ Χριστός ἐστιν· » οὐ συνιέντες, ὅτι αὐτός ἐστι, καὶ οὐκ ἄλλος καὶ ἄλλος ὁ τε Χριστὸς καὶ ὁ προφήτης. Οἱ δὲ ἀγνωμονέστεροι, Μὴ γὰρ, φασὶν, ὁ Χριστὸς ἐκ τῆς Γαλιλαίας ἔρχεται; ἀλλ' ἐκ Βηθλεὲμ καὶ ἐκ σπέρματος Δαυίδ. Τοῦτο δὲ ἔλεγον κακούργῳ γνώμῃ, καὶ οὐ κατὰ τὸν Ναθαναήλ. Ὁ μὲν γὰρ, ὡς νομομαθὴς καὶ ἀκριβὴς, ἔλεγεν, ὅτι « Ἐκ Ναζαρὲτ δύναταί τι ἀγαθὸν εἶναι; » Διὸ καὶ ὁ Κύριος ἐπαινεῖ αὐτὸν, ὡς οὐ κακούργως, ἀλλὰ κατὰ νομικὴν

[66] Matth. x, 40; Luc. x, 19. [67] Joan. xx, 22. [68] Act. i, 2, seqq. [69] Joan. i, 46.

(*a*) Ita Bil. Lut. desunt, *peritus et accuratus inquit, Quid e Nazareth.*

Digitized by Google

ἀκρίβειαν τοῦτο λέγοντα. Οὗτοι δὲ ὁλοσχερῶς τοῦτό φασιν, ὅτι οὐκ ἐκ τῆς Γαλιλαίας ὁ Χριστὸς ἔρχεται. Ἔοικασι γὰρ γινώσκειν μὲν, ὅτι ἐκ Βηθλεὲμ ἐστιν ὁ Ἰησοῦς, εἰ καὶ ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ ἀνετράφη ἐκ βασκανίας δὲ μὴ θέλειν ὁμολογεῖν τὴν ἐκ Βηθλεὲμ γέννησιν, ἀλλὰ Γαλιλαῖον αὐτὸν προσονομάζειν. Ἔστω δὲ, ὅτι ἠγνόουν αὐτὸν ἐκ Βηθλεὲμ εἶναι· τὸ, « ἐκ σπέρματος Δαυὶδ, » πῶς ἀμφέβαλλον; Ἢ γὰρ οὐ προδήλως ἐκ Δαυὶδ ἡ Μαρία εἵλκε τὸ γένος; Ἐκ τούτου οὖν δῆλον, ὅτι κακούργως ἔλεγον ταῦτα. « Σχίσμα δὲ ἐγένετο ἐν τῷ ὄχλῳ, » οὐκ ἐν τοῖς ἄρχουσιν. Οἱ γὰρ ἄρχοντες, μιᾶς γνώμης ἦσαν, τοῦ μὴ δέχεσθαι αὐτὸν ὡς Χριστόν.

« Τινὲς δὲ ἤθελον ἐξ αὐτῶν πιάσαι αὐτὸν, ἀλλ' οὐδεὶς ἐπέβαλεν ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας. Ἦλθον οὖν οἱ ὑπηρέται πρὸς τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ Φαρισαίους· καὶ εἶπον αὐτοῖς ἐκεῖνοι· Διὰ τί οὐκ ἠγάγετε αὐτόν; Ἀπεκρίθησαν οἱ ὑπηρέται· Οὐδέποτε οὕτως ἐλάλησεν ἄνθρωπος, ὡς οὗτος ὁ ἄνθρωπος. » Οἱ μὲν οὖν μετριώτεροι ἐν κακίᾳ, ἐν λόγοις μόνοις ἠναντιοῦντο τῇ δόξῃ τοῦ Χριστοῦ· οἱ δὲ ἀναισχυντότεροι, καὶ χεῖρας ἤθελον ἐπάγειν· ἀλλ' ὅμως ἀοράτως πεπέδηντο, τῆς θείας αὐτοὺς κατεχούσης δυνάμεως· καὶ οὐδὲ ὑπὸ τούτου τοῦ θαύματος κατενύσσοντο. Ὄντως ὁ Δαυὶδ περὶ τούτων εἶπε τό· « Διεσχίσθησαν, καὶ οὐ κατενύγησαν. » Οἱ δὲ ὑπηρέται οἱ σταλέντες, ὥστε ἀγαγεῖν αὐτὸν, ἴδωμεν τί ἀποκρίνονται τοῖς Φαρισαίοις, ὡς λίαν εὐγνώμονες. Οἱ μὲν γὰρ Φαρισαῖοι καὶ σοφώτεροι δοκοῦντες εἶναι, καὶ Γραφὰς ἀναγινώσκοντες, καὶ θαύματα ὁρῶντες, λυττῶσι κατὰ τοῦ Κυρίου, καὶ ἐρωτῶσι λῃστρικῶς· « Διὰ τί οὐκ ἠγάγετε αὐτόν; » Οἱ δὲ καὶ χωρὶς σημείων ἀπὸ διδασκαλίας μόνης ἐπείσθησαν· οὕτως ἦσαν εὐφυεῖς πρὸς τὸ ἀγαθόν. Ὅτι δὲ οὐκ ἀπὸ σημείων, ἀλλ' ἀπὸ τῆς διδασκαλίας ἐάλωσαν, ὃ μεῖζόν ἐστι, δῆλον ἐντεῦθεν. Οὐ γὰρ εἶπον, ὅτι Οὐδέποτε οὕτως ἐθαυματούργησεν ὁ ἄνθρωπος, ἀλλ', « Οὕτως ἐλάλησεν· » οὕτως ἦσαν συγκεκροτημένοι καὶ ὀξεῖς εἰς τὸ παραδέξασθαι λόγον σωτηρίας. Χρὴ δὲ οὐ μόνον τὴν σύνεσιν αὐτῶν θαυμάσαι, ἀλλὰ καὶ τὴν παῤῥησίαν. Οὐ γὰρ ὑπέπτηξαν τὸν θυμὸν τῶν Φαρισαίων, οὐδὲ ὡς ὑπηρέται ὑπεστάλησαν, καὶ τὰ ἀρεστὰ τοῖς ἄρχουσιν αὐτῶν εἶπον, ἀλλὰ μαρτυροῦσι τῇ ἀληθείᾳ. Οὓς δεῖ μιμεῖσθαι πάντας τοὺς τοῖς ἄρχουσι παρεπομένους, καὶ μὴ ὑπακούειν αὐτοῖς ἐφ' οἷς ἂν ἀδίκως προστάξαιεν· ὥσπερ καὶ ἐπὶ τοῦ Σαοὺλ γέγονε. Καὶ γὰρ τούτου προστάξαντος τοὺς ἱερεῖς τοῦ Θεοῦ παρανόμως ἀναιρεθῆναι, οἱ παρεστῶτες αὐτῷ ποιῆσαι οὐκ ἐπείσθησαν.

« Ἀπεκρίθησαν οὖν αὐτοῖς οἱ Φαρισαῖοι· Μὴ καὶ ὑμεῖς πεπλάνησθε; Μή τις ἐκ τῶν ἀρχόντων ἐπίστευσεν εἰς αὐτὸν, ἢ ἐκ τῶν Φαρισαίων; Ἀλλ' ὁ ὄχλος οὗτος ὁ μὴ γινώσκων τὸν νόμον, ἐπικατάρατοί εἰσιν. Λέγει Νικόδημος πρὸς αὐτοὺς, ὁ ἐλθὼν νυκτὸς πρὸς αὐτὸν, εἷς ὢν ἐξ αὐτῶν· Μὴ ὁ νόμος ἡμῶν κρίνει τὸν ἄνθρωπον, ἐὰν μὴ ἀκούσῃ παρ' αὐτοῦ πρότερον, καὶ γνῷ τί ποιεῖ; » Τίνος ἕνεκεν τοῖς ὑπηρέταις οὐκ ὀργίλως, ἀλλὰ πράως προσφέρονται οἱ Φαρισαῖοι, ἡπίως

A quia non ex Galilæa Christus venit. Videntur enim scire quidem quod ex Bethleem sit Jesus, etiam si in Galilæa enutritus fuerit, præ invidia tamen nolebant fateri nativitatem ex Bethleem, sed Galilæum nominabant. Esto autem quod ignorarint eum ex Bethleem esse, at ex semine David esse quomodo dubitarunt? Annon manifeste ex David Maria traxit genus? Ex hoc igitur manifestum quod dolose hæc dicebant. Dissensio autem facta est in turba, non in principibus. Nam principes unius sententiæ fuerunt, ne susciperetur ipse ut Christus.

Vers. 44-46. « Quidam autem ex ipsis volebant apprehendere eum, sed nemo conjecit in eum manus. B Venerunt ergo ministri ad pontifices et Pharisæos: et dixerunt eis illi: Quare non adduxistis illum? Responderunt ministri, Nunquam sic locutus est homo, sicut hic homo. » Qui non tantæ malitiæ erant, solis sermonibus gloriæ Christi erant adversarii: at qui impudentiores, etiam manus in eum injicere volebant: ligabantur tamen invisibiliter, cohibente illos divina virtute: et neque hoc miraculo compuncti erant. Profecto David de his dixit: « Discissi sunt, et non compuncti [70]. » Ministri autem missi ut ipsum adducerent, videamus quid responderint Pharisæis, quoniam valde sapientes. Nam Pharisæi qui et sapientiores videbantur esse et Scripturas legentes, et miracula videntes, sævie bant contra Jesum, et interrogabant latronum more: C « Quare non adduxistis illum? » At illi etiam absque signis a sola doctrina persuasi fuerunt: ita ad bonum erant idonei. Quod autem non a signis, sed a sermonibus **614** capti fuerint, quod majus est, manifestum est inde. Non enim dixerunt: Nunquam tale miraculum fecit homo; sed, « Sic locutus est: » ita compositi et alacres erant ad suscipiendum verbum salutare. Oportet autem non solum sapientiam illorum admirari, sed et libertatem. Neque enim curaverunt iram Pharisæorum, neque quia ut servi missi fuerant, quæ placita erant principibus, dixerunt, sed testabantur veritati. Hos omnes principum ministros imitari oportebat, et non obedire in his quæ Deo sunt adversa, sicut et Sauli non obtemperatum est, cum astantibus imperasset ut contra D legem sacerdotes Dei interimerentur [71].

Vers. 47-51. « Responderunt ergo eis Pharisæi: Num et vos seducti estis? Num quis ex principibus credidit in eum, aut ex Pharisæis? Sed turba hæc quæ non novit legem, exsecrabiles sunt. Dicit Nicodemus ad eos, is qui nocte venerat ad eum, qui unus erat de numero eorum: Num lex nostra judicat hominem, nisi prius audierit ab ipso, et cognoverit quid faciat? » Quam ob causam ministris non iracunde, sed mansuete loquuntur Pharisæi, placide

[70] Psal. xxxiv, 16. [71] I Reg. xxii, 16.

Digitized by Google

